POLYDORI RIPÆ I.C. IN Ticinenſi Gymnaſio Iuris Interpr. Excell.

Tractatus

DE NOCTVRNO TEMPORE, PROINDEQ. DE IIS QVÆ NOCTV

ſiue conſultò, ſiue temerè fiunt
atq; committuntur,

IN QVO ABSOLVTA
CRIMINALIVM PRAXIS, VSVS
Feudales, Contractus, Seruitutes, Iudicia Ciuilia,
Vltimæ voluntates, Priuilegia, Conſuetudines, Re-
ſcripta, Mandata, Compromiſſa, Sententiæ, Cano-
nicaq; materia Beneficiorum præcipuè,
dilucide explicantur, il-
luſtrantur.

COMMVNES OPINIO-
NES DOCTORVM HOC SI-
gno * notantur, plæraque etiam alia tu-
multuaria ſubiiciuntur.

ACCESSERVNT SVMMARIA,
cum duplici Indice cùm Capitum, tùm Rerum
notabilium locupletiſſimo.

Cum Gratia & Priuilegio.

FRANCOFVRTI
Sumptibus ac Typis Ioannis Spieſſii, & Hæ-
redum Romani Beati. 1602

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

ILLVSTRISSI-
MO ET REVERENDIS-
SIMO D.D. IOAN. BAPTISTÆ

Arcimboldio, Viro Patricio
Mediolanenſi.

*ABBATI DIGNISSI-
MO, VTRIVSQVE SIGNATVRÆ
Referendario, mox Cameræ Apoſto-
licæ Clerico,*

POLYDORVS RIPA
I. C. P. F.

S*CIVNT omnes, Præſul Illuſtriſſime, ARCIMBOLDIAM familiam fontem quendam inexhauſtū, ac ſeminariū fæcundiſſimū fuiſſe ſemper, ex quo religioſiſſimi creati fuerint Antiſtites, Principes Sereniſſimi*

ſint exorti, doctiſsimi prodierint I. C. fortiſsimi Duces effluxerint. Nec enim potui librum quempiam, vel à limine ſalutare, quod aiunt, ſi tamen ibi de præclaris heroibus actum eſt quicquam, quin ſtatim occurrerint IOAN. ARCIMBOLDIVS S. R. E. Cardinalis, GVIDO ANTONIVS, OCTAVIANVS, IOANNES ANGELVS, quatuor ex hac familia omnes Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopi, vt alios omittam Antiſtites, Epiſcopos, cæteroſque Præſules, quos omnes de Sancta Dei Eccleſia optime meritos inſcripti quoque Archiepiſcoporum Aulæ Mediolanenſis parietes teſtantur adhuc, ſemperque teſtabuntur. Nec enim ego hiſtoriam contexo, ſed epiſtolam ſcribo. Reges præterea, Duces, Comites, aliique Principes innumeri, qui ſe, vel ex ARCIMBOLDIA familia originem duxiſſe gloriati ſunt, & aliqui ſuperſtites adhuc gloriantur, vel certe cum hac familia affinitate coniungi Illuſtriſsimarum nuptiarum præſidio voluerunt. Senatus Excellentiſsimi Mediolanenſis Princeps, ac Præſes NICOLAVS. IOANNES inter ordinarios Quæſtores, & ipſe Præſes. Senatores, NICOLAVS, IOANNES, GVIDO ANTONIVS, ALOYSIVS, IOAN. ANGELVS, ANTONELLVS.

Atque

4

Atque plerique Mediolanenſium Ducum à ſecretis Conſiliarii. Duces, MAVRITIVS, IERICVS, ALOYSIVS, IOANNES, ANTONELLVS Senior, & alii innumeri; NICOLAVS ſecundus Generalis in Mediolanenſi ditione Commiſſarius; ALOYSIVS frater tuus à Potentiſſimo noſtro Hiſpaniarum Rege Præfectus Venationum creatus; vt miſſos faciam antiquiores illos, qui & litterariam, & militarem palæſtram illuſtrantes, à CAROLO MAGNO, aliiſque id genus heroibus, præclariſſimis honoribus per omnia ſecula decorati fuerunt, eoſque taceam, qui plurimi, & his, & aliis dignitatibus, & Nuncii præterea munere ad Summos Pontifices, Imperatores, Reges, alioſque Principes functi fuerunt.

Nec ideo tibi hunc librum nuncupaui, vt inde quadam quaſi nacta occaſione, longiſſimam ſeriem heroum progenitorum tuorum recenſerem, doctiores enim ampliſſimum huius rei teſtimonium perhibuere, quos apud pleroſque de tua familia vidi, à te enim, vel à tuorum quopiam ſubuerendum fuit percunctari, tanta eſt animi tui modeſtia.

Vulgo autem non ſunt eiuſmodi communicanda, recondita enim ſunt, & ſecretiora.

Sed, nec te appellaui vir Illuſtriſſime, vt tutæ magis hæ meæ lucubrationes Clariſſimi nominis tui auctoritate exirent: exibunt profectò tutiores: ſed mihi cum improbis nullũ negocium, cum probis viris ſumma neceſſitudo, illos enim tanti facio, quanti volo, hos vero tanti, quanti poſſum.

Sunt tamen præclara hæc, & alia omnia, quæ de tua familia dici poſſunt, omnia ſunt Illuſtriſſima, quæ ſuſpiciant omnes, omnes admirentur, aſſequi autem pleriq; ſe poſſe diffidãt. His tu omnibus paterni, auiti, atq; vlterioris ſplendoris hæres certiſſimus, es omnium iudicio maxime cumulatus. Sed quid dicam de illa tua voluntatis inclinatione, qua in optimos propendes? Cætera profectò te reddunt Illuſtriſſimum, hoc verò me hercule te multò reddit Illuſtriorem.

Quantò mihi ipſi ſum ipſe charior, dum à te diligor Præſul Ampliſſime, qui enim te norunt, norunt autem omnes, me tibi acceptiſſimum digito oſtendunt; quod dum faciunt, me virum probum tuo prædicant teſtimonio. Vide quantum tibi debeam. Vellem autem aliquid aliud, & illud quidem maximum pro collatis in me officiis, tibi, tuæq; familiæ debere, volo tamen debere, ſed vellem publicè debere, dum facit ſingularis, qua præditus es animi modeſtia, vt in tuas laudes geſtientem

entem

entem vocem vi inuitam cohibeam, animique mei ſenſa compeſcam. Sed tua, familiæq́ tuæ virtus, ac in bonos omnes ſingularis quædam animi propenſio, ſuos habet fulgores, qui te conſpicuum reddant, & illuſtrem, tota non modo Italia, ſed etiam vltimas, ac remotiſſimas terrarum orbis partes clariſſima ſua luce perfundat.

Hæc ſunt potiora, cur nomini tuo hoſce dicauerim labores. Video enim optimè mecum agi tua de cauſſa, idq́ volui, breui quidem, ſed publica teſtificatione profiteri. Accipe igitur Præſul Ampliſſime, virtutum omnium, dignitatum, atque nobilitatis compendium Illuſtriſſimum, à Summis Pōtificibus decoratum olim, nouiſſimè etiam à Sanctiſſimo Pontifice Maximo CLEMENTE VIII. auctum, accipe hoſce, tenues licet, laborum meorum fructus, quantū maximum vellem meæ erga te obſeruantiæ argumentum, accipe, lege, ama, diu felix viue.

IN POLYDORI RIPÆ PHILOSOPHIÆ, LEgumq; Doctoris Clariſſimi, atq; in Intentorum Acad. Riſoluti, Tempus Nocturnum.

BARTHOLOMÆI REGII Intenti Carmen.

FLuctibus errorum nocturno tempore RIPA
Oppoſita eſt: illos alueus vſq; tenet.
Securus dormi: vigilat cuſtodia RIPÆ,
Inſomniſq; parat, quæ meminiſſe decet.
Lumina ſi mentis figes, lucubrataq; cernes,
Næ tibi luciferi tùm grauis ortus erit.

Eiuſdem in Zoilum.

HOrtulus hic gratos cui non ſpirarit odores,
Naribus auerſis fætida quæq; probet.

INDEX

INDEX TITVLORVM, AD ORDINEM ALPHABETICVM REVOCATVS.

ABNOCTATIONE capite 168
Adulterio 36
Accuſationibus,& Inquiſitionibus 53
Animo deliberato 150
Apoſtolis 135
Appellationibus 137
Aqua 119
Arbitramento 136
Arbitrariis 90
Armis 8
Auibus 15

B.

BAnnito capite 239
Bonorum poſſeſſionibus 145

C.

CAmpana capite 5
Campario 77
Canibus 51
Captura 17
Carceribus,& eorum fractura 82

Caſtro 75
Certa hora noctis 161
Choreis 38
Circumſtantia 17
Citatione 124
Clandeſtinitate 89
Codicilillis 142
Cœtibus 40
Collatione beneficiorum 100
Comparitione 127
Conſilio, & Præparatione 10
Conſilio malo 11
Conſummatione actus 46
Contractibus 113
Conuiuio 66
Culpa 12
Cuſtodia animalium 79
Cuſtodia ciuitatis 78
Cuſtodia quantitatis, vel ſpeciei 80
Cuſtodia reorum 74

D.

DAmno dato 30
Definitorio 99
Depopulatoribus agrorum 25
Depoſito 104
Dictionibus 63
Diſdicta 115
Diſtributionibus quotidianis 95
Dolo 16
Donatione 105
Donatione mortis cauſſa 143

E.

Ecclipſi 170
Edicto eorũ, ꝗ effuderint vel deiecerint 43
Edicto publico 125
Effractoribus 20
Electione beneficiarii 98
Eunte de nocte 7
Excubiis 50
Executione pœnali 91
Extraiudicialibus 116

F.

Falſis 62
Fama 67
Foribus,& Apotheca 12
Frugibus 149
Fulmine 28
Fure 24

G.

Gallicinio 160

H.

Homicidio 32
Horis Canonicis 94

I.

Ieiunio 97
Ignorantia 64
Incendio 27
Inuentario 146
Itinere 118
Iudiciis 123
Iuramento 30

Iuramento in litem 51
Iuriſdictione 122

L.

LAmiis 165
Laruis, & Habitu ementito 164
Latronum excubiis 52
Laudo 135
Litis conteſtatione 128
Luminaribus 147

M.

MAgiſtratibus, quo ad nomina 47
Magiſtratibus, quo ad munera 48
Magiſtratibus, quo ad honorarium 49
Maledictis, & maleſcriptis 44
Marito 34
Matrimonio 102
Mendacio 73
Meretricio 37
Miſſa 93
Mixto 4
Morbo incubo 166
Muris, & Portis ciuitatis 19

N.

NAtali die 152
Nauta, Caupone, Stabulario 81
Nocte ſatis 156
Noctilucis 159
Noctis coniugio 154
Noctis ornatu 155
Noctis parentibus 153
Noctis partibus 257

Notario

Notario 117
Notorio 68
Nox quid ſit 1
Nox vnde dicta 2
Nox quando dicatur. 3
Numeratione reali 109

O.

OBlatione 107
Operario 41
Operis 42
Optione anonica 101

P.

PArtibus diei naturalis 158
Partu ſuppoſito 162
Periurio 110
Perſeuerantia 85
Pignoribus 140
Piratis 26
Piſcatore 13
Pluralitate delictorum 45
Pœnis temperandis, aut remittendis 86
Præſcriptionibus 55
Præſentia 65
Priuilegiatis perſonis 88
Probationibus 56
Probationibus in ciuilibus 133
Problematis 151
Proceſſu in cauſſa 129
Proprietate ſermonis 169
Proteſtatione 131

R.

RAtione teſtis 61
Relatione 83
Relaxatione 83
Religioſis domibus 70
Reſcriptis 103
Reſignatione beneficiorum 148
Retractu 108

S.

SAcris paganorum 39
Saluaguardia 76
Satiſdatione 139
Scalarum vſu 18
Sententia 134
Sepultura 92
Seruitutibus 120
Sexta hora noctis 6
Socio criminis 60
Somno, & Somniis 9
Sponſis 33
Stipulatione 114
Symbolis 54

T.

TEſtamentis 141
Teſte in criminalibus 59
Teſtibus recipiendis 130
Tortura 72
Tranſactione 111
Treuga 112

V.

VEnatione 14

Venditione	106
Verborum ſignificationibus	167
Vi	22
Viatoribus	87
Vicinis	66
Vigilis	96
Vinea ſucciſa	29
Violentia	23
Viſu	57
Vltimis voluntatibus	114
Voce, & auditu	58
Vſu & habitatione	121
Vxore	35

POLYDORVS RIPA AD LECTOREM.

Libero tandem Clariſſimi Collegæ olim mei PAVLI BELLONII *I.C. fidem, quam tibi meo nomine tunc is dedit, cum de* ACTIS IN MORTIS ARTICVLO *ſcriptos Commentarios in lucem edidi. Quam ſi relaxatam potius, quam exſolutam exiſtimes, quod profuſiori obligatione humaniſſimus vir ille promiſerit: age ex legibus, meq́ priorem excute, ſum certe ſoluendo; Quin, Reſponſorum librum propediem deponam, ac quotannis de meo aliquid conferam, donec tibi ex aſſe ſatisfactum putes. Cæterum ſi nos magis correos velis, iam fidem præſtitit* BELLONVS, *qui doctiſſimos edidit Commentarios de* TESTAMENTIS, *alioſq́ ſcriptos habet domi in literaria penu repoſitos, quos pro arbitrio promere ad vſum poſſit. Vale.*

COM-

POLYDORI RIPÆ MEDIOLANENSIS I.C. IN Ticinenſi Gymnaſio Iuris Ciuilis Profeſſoris Clariſſimi

TRACTATVS,

De Nocturno Tempore.

CAPVT I.

Nox quid ſit.

ARGVMENTVM.

Nox penes effectus congruentes, neceſſarios,& mixtos deſcripta; mox penes eſſentiam ex variis varie, nouiſſime etiam ab Authore definita. Tandem illius,& multiplex, & metaphorica acceptio obſeruata.

SVMMARIA:

1 *Definitio in omni negotio præmittenda, & quare.*
2 *Definitio duplex alia quid nominis, alia quid rei, & quæ ſit earum vnaquaq;.*
3 *Definitio quid rei eſt in duplici differentia, ſtrictior & liberior.*
4 *Noctis definitio penes effectus congruentes.*
Interdum à ſilentio. ibid.
Interdum à ſomno, num. 5.
Interdum à curis, quæ nocturno tempore augentur, numer. 6.
Interdum à curis, quæ nocturno tempore leniuntur, numer. 7.
8 *Noctis definitio penes effectus neceſſarios.*
Interdum à ſyderum multitudine. ibid.
Interdum ab vmbris num. 9
10 *Definitio ab effectu neceſſario, & immediato vera definitio.*
11 *Noctis definitio penes effectus mixtos.*
12 *Lunæ lumen quo modo effectus mixtus dici poſſit.*
13 *Nox eſt vmbra terræ ex communi.*
14 *Noctem è terra genitam cur fabulentur poetæ.*
15 *Vmbra terræ non nox, ſed noctis cauſa ex Cicerone. Et male num. 16.*
17 *Nox eſt ſolis priuatio ex Speuſippo.*
18 *Dies eſt poſitio lucis ex Natta.*
19 *Nox eſt priuatio lucis ex eod.*
20 *Nox ab Authore nouiſſime definita, noctiſq; definitio declarata.*
21 *Nox eſt ſpacium tenebrarum, &*
Dies eſt ſpacium lucis ex Natta, quomodo intelligendum.
22 *Noctis & varia, & metaphorica acceptio.*

1 QVONIAM omnis, quæ a ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à † definitione proficiſci, vt intelligatur, quid ſit id, de quo diſputatur, vt voluit Cicero *in princip. Officio-*

rum

num verſ. Placet igitur. Paul. Granucc. in ſuis additionibus ad Tractatum de Reſeruationibus Beneficiorum Cardina. Iacobi Simonetæ in principio, Cagnol. in l. ſi emancipati nu. 6. C. de Collat. Bellon. in Rubr. num. 1. Inſtit. de verb. oblig. Hippolyt. Marſi. in tractat. de fideiuſſ. in princ. num. 2. verſ. Quæro ego ſolus, Ricciar. Piſtor. in Rubr. de bonor. poſſ. num. 5. verſ. 3. cum omnis diſputatio Ideo priori loco videndum erit quid ſit Nox, vt inde manifeſte liquere poſſit, quid ſit nocturnum tempus.

Eſt autem definitio † duplex, alia quid nominis, quæ 2
verſatur circa alluſionem vocabuli, alia quid rei, quæ rei ipſius per vocabulum ſignificatæ notitiam continet, ita eruditiſſimus Alciat *libr. 9. Parerg. Iur. cap.* 21. Quod reſpicit definitionem quid nominis, de hac inueſtigandum erit *in ſequenti capite*, quod vero pertinet ad definitionem quid rei, eſt animaduertendum ex Dec. & Cagnolo *in l. omnis definitio ff. de reg. iur. quod.*

Definitio quid rei eſt † in duplici differentia, alia 3
enim ſtrictius ſubiicitur verę definitionis regulis, alia largius, illam appellant Philoſophi deſcriptionem, hanc vero definitionem, hæc eſſentiam interius, & medullitus tangit ac declarat, illa eandem exterius penes corticem manifeſtat.

Quod pertinet ad deſcriptionem noctis, illam vidi ego manifeſtatam interdum penes effectus congruens, interdum penes neceſſarios, interdum etiam penes effectus mixtos.

Penes effectus † congruens deſcribitur Nox. 4

Interdum à ſilentio Ouid *lib. 10. Metam.*

Tempus erat, quo cuncta ſilent, interq. Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

Interdum à † ſomno, Virg. *lib. 1. Georg.* 5

Libra die, ſomniq. pares vbi fecerit horas,
Et medium luci, atq. vmbris iam diuidet orbem,
Exercete viri tauros ſerite ordea campi, &c.

Interdum à curis, atque hoc.

Interdum à † curis, quæ nocturno tempore augeantur, & de his Ouid. *lib. 8. Metamorph.* 6

Talia dicenti curarum maxima nutrix
Nox interuenit, tenebriſq; audacia creuit.

7 Interdum à curis, quæ noctu † leniantur, vt apud Virgil. *lib. 4. Aeneidos.*

Nox erat, & placidum carpebant feſſa ſoporem
Corpora, per terras, ſyluæq; & ſæua quierant
Aequora, cum medio voluuntur ſydera lapſu,
Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæq; volucres
Quæq; lacus late liquidos, quæq; aſpera dumis
Rura tenent, ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.

8 Penes effectus † neceſſarios deſcribitur Nox.

Interdum à ſyderum multitudine, Ouidius *libr. 4. Metamorph.*

Poſtea nocturnos Aurora remouerat ignes,
Solq; pruinoſas radiis ſiccauerat herbas.

Idem *lib 14. Metamorph.*

Candidas oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat denſiſſima ſydereum nox.

Et Virg. *lib. 4. Aeneid.*

Me patris Anchiſæ, quoties humentibus vmbris
Nox operit terras, quoties aſtra ignea ſurgunt.
Admonet in ſomnis, & turbida terret imago.

9 Interdum ab † vmbris, & tenebris, Virgilius *libr. 1. Georg.*

Libra die, ſomniq; pares vbi fecerit horas,
Et medium luci, atq; vmbris iam diuidet orbem.
Exercete viri tauros &c.

Verum, quia non deſunt qui noctem definiant per
10 vmbram, ac tenebras, atque definitionem ab effectu † neceſſario, & immediato, definitionem veram, non autem deſcriptionem eſſe voluit Decian. *in l. omnis definitio num. 3. verſ. Et non eſt bona. ff. de regul. iur.* idem *Deciſ. in rubr. de prob. num. 22. verſ. Sed pro reſponſione conſiderandum eſt*, ideo de hoc poſtremo diſſerendum erit, vbi de vera definitione agemus.

11 Penes † mixtos effectus deſcribitur Nox a Luna. Virg. *lib. 4. Aeneid.*

Poſt vbi digreſſi, lumenq́; obſcura viciſſim
Luna premit, ſuadentq; cadentia ſydera ſomnos:
Sola domo mœret vacua, ſtratiſq; relictis
Incubat.

Idem *lib. 10. Aeneid.*

Iamq́; dies Cælo conceſſerat, almaq; curru
Noctiuago Phœbe medium pulſabat olympum.

Dixi lunam, ſeu lunæ † lumen effectum mixtum no- 12
ctis, participantem ſcilicet, & de neceſſario, & de contingenti, ſtatis enim temporibus menſiſque diebus ornatiſque obſeruatis interſtitiis lumen effundit luna, atq; ideo dicitur effectus neceſſarius noctis, ſed quoniam toto obſeruato menſis interuallo, modo adeſt luna, modo deeſt, ideo ſatis dici poteſt contingens in ordine ad integrum menſem, ſingulaſq; illius noctes.

Quod autem ſpectat ad veram Noctis definitionem.

Nox * communiter definitur, quod ſit † vmbra terræ, *
ſic Ouid. *lib. 15. Metamorph.* 13

Dum dubitant, ſeram pepulère crepuſcula lucem,
Vmbraq; telluris tenebras induxerat orbi.

Idem voluit Natta *conſ. 469. Extat decretum num. 12. verſ. Præterea nox*, dum dixit, quod Nox eſt vmbra terræ obiecta ſoli, vnde optime dixit Cælius Rhodig. *part. 3. lectionum antiquarum lib. 25. c. 16.*

Quod nam ex elementis, paulo poſt medium, Noctem
è † terra genitam fabulari Poetas, quem denſitati cor- 14
poris ſeſe ſoli obiectantis adſcribit Mathematica diſciplina.

Sed Cicero vmbram terræ noluit eſſe Noctem, ſed
potius † cauſſam noctis, dum *lib. 2. de natura Deorum di-* 15
cit, quod vmbra terræ Soli officiens noctem efficit.

Non tamen † bene, nec enim vmbra, aut tenebræ a- 16
gunt in ſolem, ſed ex defectu ſolis ipſæ exoriuntur. Speu-
ſip. definit Noctem, quod ſit ſolis † priuatio; Natta *conſi.* 17
469. Extat decretum, num. 13. dicit quid † dies eſt poſitio 18
lucis, nox vero lucis † priuatio, idem voluit Ang. *in l. Ti-* 19
tius. § Lucius nu. 4. verſ. Item nota quod illud ff. de liber. & poſth. Aret. in tract. Malefic. in verbo de Nocte, n. 2. in pri.

 Dico

20 Dico ego nouiſſime, quod Nox nihil eſt aliud, quam † totalis defectio ſolis ex occaſu.

Dixi defectio ſolis loco generis, cuius occaſione conuenit cum Eclipſi ſolari, & cum aliis vmbris, ac tenebris; ex occaſu vt ab iiſdem differat; totalis, ne à die excludantur crepuſcula, pars ſcilicet temporis qua adhuc viget aliquid ſolis, illius ſcilicet radii, aerq; illuminatus ex ſolis maxima vicinitate, de quibus *inſerius paulo in cap. 3. Nox quando dicatur.*

Qua de re videmus adhuc vbi continuo ſol occiderit lunares radios à ſolaribus offendi prohiberiq; ne ſecernantur, per aliquod temporis interuallum; vana ſiquidem Lucis ante ſolis occaſum, prope occaſum flaueſcens, albeſcens in occaſu, inde crocea, mox in cœlo ſplendeſcens, paulum deinde in terris rutilans, tandem omnia colluſtrans; deficit iterum paulatim ante ſolis ortum, albeſcit, flaueſcit, euaneſcit. Quanquam non defuerunt, qui crepuſculum voluerint eſſe partem Noctis, ſed de hoc 3 *cap.*

Sed nec prorſus reiicienda illa definitio, de qua Natta *conſi. 469. nu.* 12. ſic tamen addendo; dicit ipſe, quod dies
21 eſt † ſpacium lucis, nox eſt ſpacium tenebrarū, dico ego quod dies eſt regulare ſpacium lucis, & Nox regulare ſpacium tenebrarum.

Atq; hæc de noctis ſignificatione propriæ ſumpta; Cę-
22 terum obſcœnæ mulieres † locare noctes dicuntur, negare noctem, atq; amatores poſcere noctes dicuntur, rogare noctes. Exturbare noctem interdum pro exturbare ſomnum ex *Statio.* Accipere noctem pro accipere ſomnū dixit Virg. *lib. 4. Aeneid.* & ex *eod lib. 10. Aeneid.* Nox æterna pro Marte ſumitur. Nox animi pro ignorātia ex *Ouid.*

CAPVT II.

Nox vnde dicta.

ARGVMENTVM.

Alluſionis, etymologiæ, & expoſitionis vocabuli,

vocabuli, communi opinione reiecta, Alciati ſentētia comprobatur. Noctis cũ etymologia, tũ alluſio, tum vtrumque ſimul, noua Authoris conſideratione detegitur.

SVMMARIA.

1 *Expoſitio vocabuli quid ſit.*
2 *Etymologia, Alluſio, & Expoſitio vocabuli idem ex cõmuni important.*
Differunt tamen, num. 3.
3 *Definitio ad ſubſtantiam rei pertinet.*
Etymologia ad deriuationem vocabuli, ibid.
Alluſio ad ſolius vocis ſimilitudinem, ibid.
5 *Lapis quaſi lædens pedem, reiecta reſolutio.*
6 *Lapidis etymologia ſeu deriuatio ex Authore.*
7 *Lares apud ignorantem olim antiquitatem, qui.*
8 *Lateres quaſi latipedes, & quare.*
9 *Nox penes Etymum dicta eſt Græco νὺξ, & à nocendo; Et quare, noua conſideratio nu. 10.*
11 *Lemures noctu vagantur.*
12 *Tenebræ facinoroſos ad delinquendum inuitant.*
13 *Nox penes alluſionem vnde dicta ex Authore.*
14 *Etymologia & alluſio concidunt interdum, & quando.*
15 *Teſtamenti alluſio, & etymologia vnica dictione.*
16 *Poſſeſſionis etymologia, & alluſio ſimul ex Authore.*
17 *Nox penes etymologiam, & alluſionem quaſi noxia per figuram Apocopen ex Authore.*

CAſtrenſ. *in l. 1 in prin. nu. 2 ff. de acq poſſ.* dixit, quod hæc tria Etymologia, Alluſio, & Expoſitio vocabuli idem important, eſt enim † expoſitio vocabuli per aliud 1
magis notum, vt lapis quaſi lædens pedem,* paſſimq; interpretes indiſtincte his vtũtur † nominib. vt optime ob- 2
ſeruat chariſſimus olim Collega meus D. Paulus Bellonus *in ſuis cõmentariis ad tit. de teſtam. ordinand. in rubr. cap. 2. Quod attinet ad primum, n. 5 verſ. Licet paſſim interpretes,*

 cuius

cuius elucubratiſſimas vigilias lætabundus video nuperrime,cum hiſce meis laboribus,quicunq. ſint,ſub eodem prælo connaſci.

3 Alciat.mihi † rectius ſenſiſſe videtur in *l. Taberna,n.9. ff.de verb.ſignif.* dum inter definitionē,alluſionem,& ety-
4 mologiā eam conſtituit differentiā , vt † definitio pertineat ad ſubſtantiā rei,etymologia ad deriuationē vocabuli,alluſio vero ad ſolius vocis ſimilitudinem. Nec mirū,cum in his mihi videatur parū verſatus Caſtrenſ.quod
5 vel ex eo liquet , dum voluit quod † lapis diceretur quaſi lædens pedem, niſi forte cōmunis error, qui inter humaniores literas profitentes inualuit iamdiu, illum excuſet, *l.Barb.Philipp.ff. de off prat.§.ſed cum aliquis,Inſt. de teſta.* Ego enim vt id obiter dixerim,exiſtimo lapides dici,qua-
6 ſi laripedes , ſeu † lariū pedes; nec enim aliquid cōmune habet ſonus huius dictionis lapis cum ſono illarū dictionū lædēs pedem. Olim inter plures Deos,quos ignara illa colebat antiquitas,erant & Dii quidā domeſtici,ac fami-
7 liares,qui Lares † appellabantur ex eo,quod ſecundū alios totam domū,ex aliorum autē veriori forte ſentētia focū incolebant,qui & lar appellatur. Focus autē non conſtruitur ex aſſeribus,alias ſæpius domus vniuerſa,& combureretur,& ſubuerteretur,conſtruitur autē focus ex ſolidiſſimo marmore, & duris lateribus,quos quidem focos,
8 quoſue lateres cū Dii Lares incolerēt, merito † lateres,& eiuſmodi alia lapides dicti ſunt, quaſi laripedes , ſeu larium pedes, quod & perſuadetur , dum Mantuanus poeta illos appellat ſaxicolas hoc carmine,

Saxicolaſq; lares,& dæmones arce latentes.

Quanquā non defuerunt ēt eruditiores noſtræ tēpeſtatis interpretes, qui eandē,& obſeruarint, & ſecuti fuerint etymologiam, atq; vt innumeros prope omittā conſulto,is ſit omnium inſtar D.Alciat. Iunior ad *l. 1. in prin. ff.de acquir. poſſeſſ.verſ.Hic oſtendo.*

Videamus ergo vnde dicta ſit Nox penes etymologiam,deinde penes alluſionem.

9 Nox penes † etymologiam dicta eſt à græco *νύξ* , vel etiā à nocendo,quod oculis noceat,ſed arbitror ego non

ſolum

ſolum dictam eſſe noctem à nocẽdo, quia oculis noceat,
ſed etiam, † quia eo potiſſimum tempore nocere con- 10
ſueuerunt aduerſarii. Vnde Virgil. *lib.2.Æneid.*

Vertitur interea Cœlum,& ruit Oceano nox,
Inuoluens vmbra magna terramq; polumq;
Myrmidonumq; dolos.

Atque nocentes † lamias noctu vagari, & bacchari te- 11
ſtatur Sylueſter *in ſua ſumma in verbo, Hæreſis el* 1. vnde
qui male agit odit lucem, *c.conſuluit de offic. deleg.gl.in c.*
in verbo occulta, vt eccleſiaſt.benef. Abb.in c. 1. *de Clandeſt.*
Deſponſ. Bal in cap. 2. *de fide inſtrum.*& in pulchro caſu de
nocturnis incendiariis,de quibus *ſuo loco.Crauet.conſil* 35.
*Ex pluribus concludendum eſt, num.*11. *verſic.*5. *præſumitur*
*dolus, lib.*1. tenebraſque homines ad † delinquendum in- 12
uitare ſcripſit Iaſ.*in l.Titius.§.Lucius,num.*17.*verſic.Nam*
tenebræ inuitant,ff.de lib.& poſth.

Penes autem alluſionem non vidi, qui deduceret No-
ctem. Dico ego quod Nox dicitur quaſi † Non Vox,quia 13
eo tẽpore omnia animalia ſilere,nec aliquã vocem emit-
tere conſueuerũt,vt diximus *in c.*1. ex Ouid *li* 10.*Metam.*

Tempus erat,quo cuncta ſilent,interq; Triones
Flexerat obliquo plauſtrum temone Bootes.

Licet autem differant alluſio,& etymologia,non ideo
tamen æſtimandum eſt hæc duo,alluſionem & etymolo-
giam eſſe contraria,aut adeo diuerſa, vt nunquam in idẽ
poſſint coire,aut conuenire, quinimo † coincident tunc 14
ſaltem, & eadem deflexio erit & etymologia ſimul, & ſi-
mul alluſio, ſi ſimilitudini nominis ſimilitudo quoque
rationis accedat, *Alciat. in l.Tabernæ, num.*11. *ff.de verb.*
ſignific. Qua de re dixi ego aliquando illud Imperat.*Inſt.*
de teſtament in princip. Teſtamentum ex eo dictum eſt,
quod ſit teſtatio mentis, continere, † tam alluſionem, 15
quam etymologiam, quia adeſt, & ſimilitudo nominis,
ſeu vocis,& ſimilitudo rationis, ſeu ſignificati. Atq; cum
inueſtigarem nouam poſſeſſionis etymologiam, dum
IC.*in l.*1. *de acquir. poſſeſſ.* dicit, quod poſſeſſio dicta eſt à
ſedibus,dixi, quod poſſeſſio dicitur quaſi † poſſibilis ſeſ- 16
ſio, ſuſtinuique illam non ſolum eſſe etymologiam,

 quoniam

quoniam rei veritatem importet, ſed etiam alluſionem, quia ad viuum vocis ſonum refert.

Atque in re propoſita conſiderabam dici poſſe penes
17 vtrunque quod Nox diceretur quaſi † Noxia per figuram apocopen.

CAPVT III.

Nox quid ſit.

ARGVMENTVM.

Diei multiplex acceptio; Nox cuinam aduerſetur illius acceptioni; Eadem quotuplex; Diluculum, & Serum an diei adſcribantur an nocti; Omnia, & accurate inueſtigantur, & diligenter examinantur.

SVMMARIA.

1 *Dies quadruplicem habet diuiſionem.*
Obſeruatur, & alia quadruplex diei diuiſio, num. 3.
2 *Dies ceremonialis quis.*
3 *Dies emergens computatur de momento ad momentum.*
4 *Dies communiter diuiditur in naturalem, & artificialem.*
Dies artificialis eſt à mane ad Veſperam ibid.
5 *Dies naturalis eſt integrum ſpatium Viginti quatuor horarum.*
6 *Dies naturalis interdum computatur ab occaſu ad occaſum.*
Interdum ab ortu ad ortum, iuxta Varias opiniones, numero 7.
8 *Treuga dies commenſuratur ab ortu ad ortum.*

9 *Dies*

9 *Dies naturalis interdum calculatur à meridie ad meridiem.*

Sæpius tamen à media nocte, ad mediam noctem, numero 10.

Maxime contractibus, num 11.

Rationes ad id plures remiſſiue, num. 12.

10 *Nox appellari poteſt dies, quia diei ſeruit.*

Non è contra, nu. 14.

11 *Dies naturalis interdum incipit poſt Gallicinium.*

Interdum computatur de veſpera ad veſperam, numero 16.

17 *Diei appellatione venit regulariter ſpatium viginti quatuor horarum.*

18 *Dies viginti quatuor horarum ab aliis naturalis, ab aliis vulgaris nuncupatur, & quare.*

19 *Nox in ordine ad diem naturalem non eſt conſiderabilis, & quare.*

20 *Dies interdum pro integro totius anni ſpatio.*

21 *Nox diuiditur in naturalem, & artificialem ex Authore.*

22 *Nox artificialis modo longior, modo breuior.*

23 *Dies ſtatutarius eſt regulariter duodecim horarum.*

24 *Nox poteſt per ſtatuta augeri, & minui ad ſigna Campanæ.*

25 *Dies cur artificialis vocatur ex Tiraq.*

Cur, ex Angelo, nu. 26.

27 *Dies eſt dum Sol eſt ſuper terram.*

28 *Nox eſt dum adeo denſæ ſunt tenebræ, vt difficulter quis poſſit cognoſci.*

29 *Crepuſcula an diei, an noctis adſcribantur late.*

30 *Crepuſcula cui adſcribantur extremo, dubium.*

31 *Noctis partes vndecim ex Cenſorino, & quæ.*

32 *Crepuſcula ex aliquorum ſententia cum nocte computantur.*

Infertur ad ſtatutum duplicans pœnam in nocturnis delictis, nu. 33.

34 *Aurora & Serum pars noctis.*

35 *Crepuſcu-*

35 *Crepuſcula in caſu recitati ſtatuti ex aliorum opinione diei aſsignantur.*

36 *Statuto ſtante quod delicta nocturna duplici pœna puniantur, non punitur maleficium ante primam noctis horam commiſſum.*

37 *Crepuſcula ſecundum alios an ſit pars diei, vel noctis, ſtandum vulgi opinioni.*

Quæ vulgi opinio in dubio eſt, vt in aduentu auroræ albeſcente Cœlo ſit dies, nu. 38.

39 *Crepuſcula ſtante ſtatuto de duplicanda pœna nocturno tempore, ſunt caſus omiſſus ſecundum aliquos.*

40 *Mixtum ſub ſimplicibus non continetur in materia pœnali.*

41 *Crepuſcula cui adſcribantur an diei, an nocti iudicis arbitrio relinquitur.*

Ita tamen, vt mitiorem partem iudex arbitretur, numero 42.

42 *Crepuſculum, ex natura rei, nec diei pars, nec noctis.*

Secundum alios ad extrema pertinet, nu. 44.

Alii volunt eſſe medium inter noctem, & diem, numero 45.

Alii dixerunt eſſe noctem in fieri, nu. 46.

Diſtinguit Author in ſerum, & diluculum, nu. 47.

48 *Crepuſculum ſecundum alios eſt ad inſtar hermaphroditi, nec nox nec dies, & vtrumq; ſimul.*

Alii voluerunt eſſe diuiduum, modo ad diem, modo ad noctem pertinens attenta claritate iudicis arbitrio, nu. 49.

50 *Hermaphroditus illi adſcribitur ſexui, in quo incaleſcit magis in indiuiduo crepuſculi.*

Aliud ſentit Author in caſu crepuſculi, nu. 51.

52 *Crepuſcula etiam ex natura rei ſemper diei adſcribenda ex Authore.*

53 *Nox, & dies contraria ſunt, & quomodo.*

54 *Contraria ſunt in duplici differentia poſitiue, & priuatiue, & quæ ſit differentia inter vtraque.*

55 *Priuatio excludit qualemcunque habitum etiam in terminis noctis.*

56 *Medium dare non eſt inter lucem, & tenebras.*
57 *Medium dare non eſt inter vitam, & mortem.*
58 *Semianimes interdum, nec viui, nec mortui appellantur, vere tamen viuunt, nu. 59.*
Proximo tamen morituri, nu. 60.
61 *Hora prima noctis inter nocturnum tempus, ſine contradictione enumeratur.*

LIcet ex diligentiori magiſque accurata inueſtigatione † quadruplicem dies diuiſionem admittat, pro- 1
ut diuiditur in naturalem, artificialem, de quibus mox ſumus facturi verba; ceremonialem, qui † & diuerſis inci- 2
pit, & diuerſis quoq; terminatur horis, diuerſis ex reſpectibus & emergentem tandem, quo ſit computatio de
† momento ad momentum, vt poſt Bald. *ibi* allegatum 3
tradit Mantua *in ſuo Dialogiſm. claſſ. 4. cap. 50.* Scio, quod dies, per totum præcipueque *num. 7. verſic. & ceremonialis*, Iac. de Nigr. *in l. 1. §. qui præſens, num. 32. verſic. Retentis tamen, ff. de verborum obligat.* qui exemplificat in diebus ad appellandum, ſeu in naturalem, artificialem, conuentionalem, & legalem, vt notat & declarat Rom. *in l. oratione, num. 4. ff. de feriis, verſic. Pro declaratione.* * Commu- *
niter tamen ſcribentes diuidunt diem in † naturalem, & 4
& artificialem, ita vt artificialis ſit à mane ad veſperam,
naturalis † ſit integrum ſpatium viginti quatuor hora- 5
rum, quod cum inferius apparebit manifeſte, tum etiam tradit ex profeſſo Hieronym. Butigel. *ad l. 1. §. qui præſens, num. 27. verſic. Tu aduerte, ff. de verborum obligat. Roman. in l. oratione, num. 3. verſic. Notatur, ff. de feriis*; vel is ſit ab
† occaſu ad occaſum ex Athenienſium more, *gl. in l. more,* 6
ff. de feriis, quibus Hebræos authoritate Bedæ addit Couarr. *lib. 4. variarum reſolut. cap. 19.* Feſti dies, *num. 5. verſic. Dies vero*, Manichæos addit Tiraquel. *de Retract. lign. ag. §. 1. gloſſ. 11. num. 1* ex D. Auguſtino *lib. 1. de Geneſ. aduerſus Manichæos* Iudæos etiam ex Chryſoſt. *in Matth. Homil. 51.* Gallos antiquo inſpecto more ex Cæſar. *lib. 6. de Bello Gallico*, quos omnes conſequuntur Itali ſi horologium animaduertamus. Vel etiam calculus fiat ab † ortu ad or- 7
tum,

tum, vt Babylonii *gloſſ. in dicta l. More, ff. de feriis*, quibus
addit Perſas Tiraquell. *loco citato*, atque etiam Hebræos
8 ex Diuo Auguſtino, quod etiam in † Treugis hodie ob-
* ſeruari * ſcripſit Iaſ. vt ſcilicet dies commenſuretur ab
ortu ad ortum, Iaſ. inquam *in dicta l. more, num. 5. ff. de fe-
riis*. Viuius *in commun. opin. 950. Teſtis deponens de nocte,
num. 20. verſic. Cæterum prædicta, not. in Syntag. commun.
opin. part. 3. loco 9. in tit. de probat. cap. 26. Pars & eſt text.
in cap. 1. de Treuga & pace. Claud. Bertaz. ad Conſ. patris
ſui, conſil. 131. Non video, in verbo, dies naturalis, part. 1.* Si-
9 ue à † meridie ad meridiem, quemadmodum Arabes,
gloſſ. *in dicta l. More, ff. de feriis*, quibus addit Tiraquell.
eadem gloſſ. 11. num. 1. Vmbros & Hetruſcos. Vel etiam
10 à † media nocte ad mediam noctem, vt Romani, de qui-
bus *text. in l. more Romano, ff. de feriis, ibid. omnes, præci-
pueque Albert. num. 2. Guido Papa Singul. 983. Dies inci-
pit, Simon de Prat. conſil. 94. Quæſtio eſt de menſe, num. 11.
verſic. Sumendo diem naturaliter, lib. 1. Marcus Antonius
Eugen. Conſil. 48. Contracta ſocietate, num. 24. verſic. Et
dies incipiat lib. 1. Roman. in l. oratione, numero 3. verſiculo
Notat. ff. de feriis, & ibidem numero 4. verſiculo Aut vis,
gloſſ. in l. qua ætate, ff. de teſtament. Ripa in l. quod iuſſit,
numero 58. verſiculo Quinto intellige. ff. de re iudicat.
Dominus meus Alexand. Raud. Conſil. 26. numero 23. libro
2. Felin. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, numero 53. verſiculo
Quinta declaratio, de Conſtitut. Couarruuias lib. 4. Varia-
rum reſolut. cap. 19. Feſti dies, numero 5. Bart. in dicta l. Mo-
re Romano, numero 1. ff. de feriis, ibidem Bald. & Alexand.
numero 1. latiſſime Cotta in ſuis Memorabilibus, in verbo,
diem, late etiam Alciat. in l. Vrbis appellatione, numero 8.
verſiculo cuiuſque diei, ff. de verborum ſignificationib. Ti-
ber. Decian. Conſil. 65. Licet autem, num. 22. verſic. Et quan-
quam ſciam, vol. 2.*

Quæquidem viginti quatuor horarum ſupputatio à
media nocte ad mediam noctem, cum in aliis pleriſque
11 tum præcipue in † contractibus locum habet, vt ſcilicet
dies contractuum a media ad mediam enumeretur no-
ctem, Henricus Boich *ſuper ſecundo decretalium, in titulo*

de feriis

de ſeriis, numero 2. & per totum titulum plura de dierum calculo, ad quod videri poteſt etiam Ioannes de Turre cremat. in capitulo Quod patribus, diſtinctione 75. numero 3. & 4. & in capitulo 1. de conſecrat. diſtinctione 3. numero 28 & 29. Idem addit Claudius Bertaz. ad Conſilia patris ſui, Conſilio 131. *Non video, in verbo, dies naturalis, part.* 1.
poſt Simeonem de Præt. *ibi* allegatum, *vbi de* * *commu-* *
ni. Eorundem morum recenſet Ægyptios, & Aipparchios Tiraquell. *de Retraction. lignag.* §. 1. *gloſſ.* 11 *numero* 1. plures ad id, cur ſcilicet talis fiat dierum calculus à
media nocte ad mediam noctem, rationes † addens *ibi-* 12
dem numero 2. poſt Plutarchum *in Problemat. Roman. cap.* 8. quas eaſdem rationes recenſet etiam Cotta *in ſuis Memorabilibus, in verbo, diem,* quarum ea potiſſima videtur Tiraquell. quia ſcilicet diei ortus, principium agendi eſt, nox vero conſilii, oportet autem præparatos rem aggredi, non agentes præparari. Quanquam hæc ratio magis fauet Athenienſibus, qui ab occaſu ad occaſum dies enumerant, de quo latius *ſuo loco in capitulo de Conſilio, & Præparatione.* Illuſtrat tamen interim hæc ratio mirum in modum id quod poſt Baldum *in authent. Hodie, in vltima colum. C. de appellat.* ſcripſit Iaſ. *in dicta l. More, numero* 19. *ff de feriis,* quod ſcilicet Nox poſſit ap-
pellari † dies, quia diei deſeruit, ita etiam Baldus *in capi-* 13
tulo Ego N. numero 2. de iureiuran. Mantua in ſuo Dialogiſm. claſſ. 4. *capitulo* 50. *Scio quod diei, numero* 8 *verſiculo*
Igitur diei, vbi dicit de hoc non eſſe * dubitandum, ſubii- *
ciens ideo appellatione † noctis, nunquam ſignificatum 14
iri die, aut demonſtratum, quoniam dies nocti non de-
ſeruiat; ſiue etiam incipiat dies poſt † Gallicinium, vt 15
voluit Angelus *in l.* 1. *numero* 2. *C. de cuſtod. reorum, & Aret. de Maleficiis, in verbo, De nocte, num.* 2. *verſic. Item dicit.* Hinc Horat. *lib.* 1. *Serm. Sat.* 1.

Agricolam laudat Iuris, legumq; peritus,
Sub galli cantum conſultor vbi oſtia pulſat.

Siue tandem id computetur ſpatium viginti quatuor
horarum à † veſpera ad veſperam, vt ſancta obſeruat Ec- 16
cleſia, tam in officiis dicundis, quam indulgentiis conce-

dundis.

dundis, Summa Hoſt. *in tit de feriis, num. 3. Cotta in ſuis Memorabilibus in Verbo, Diem, Verſic. Et ad illud, quod ſuperius, Albertus in l. More, num. 1 ff. de feriis,* & facit illud ſacræ paginæ *Geneſ. cap. 1.* Factus eſt veſpere, & mane dies vnus, Roman. *in l. oratione, num. 4. Verſic. Aut quaritur, ff. de feriis.*

Hic autem naturalis dies viginti quatuor horarum ve-
17 nit † regulariter appellatione diei ſimpliciter, & abſolute prolati, *gloſſ in cap. Quod a fratribus, 75. diſtinct. Marc. Anton Eugen. Conſ. 48 Contracta, num 27. Verſic. Quia reſpon-*
* *deo & num 28. Vbi de * communi, & alii de quibus Viuius deciſ. 266. Dies decem, num 8. Verſic Et appellatione, lib 2.* Et
* ita communiter teneri * in praxi, teſtatur Flamin. Pariſ. *de Reſignat. Beneficiorum poſt alios ibi allegatos, lib 12. quæſt. 8. num. 34. Verſic. Contraria tamen,* qui idem obſer-
* uari Romæ a ſignatura * Cancellariæ, vt ſcilicet appellatione diei veniat ſpatium viginti quatuor horarum poſt ibi allegatos, & ipſe teſtatur Pariſius *loco cit. num. 35.*
18 Qui ideo appellatur etiam vſualis dies, ſeu † vulgaris, quia illo vtuntur omnes communiter, & ita ſonat in auribus vulgi, *Mantua in ſuo Dialog. claſſ. 4. cap. 50. Scio, quod dies, in princ.*

19 Non eſt autem conſiderabilis nox in ordine ad † diem hunc naturalem viginti quatuor horarum, quoniam eo inſpecto nox non eſt vnquam, ſed dies ſemper, Tiraquel. *de Retract. lignag. §. 1. gloſſ. 11. num. 7. 8. & 9. Bald. in cap. Ego N. num. 3. de iureiur. Angel. in l. More, num. 1. ff. de feriis!*
20 quemadmodum, nec † noctem conſideramus, prout dies pro integro totius anni ſumitur interuallo, vt plura refert iura Alber. ne eius vigilias ſupprimere velle videamur, *in Verbo Dies, el primo.*

Noctem vero in ordine ad diem artificialem conſide-
21 ro ego nouiſſime, illamque diſtinguo in † naturalem, & artificialem. Nox artificialis eſt breuior modo, modo
22 longior ex † voluntate ſtatuentium; licet enim attento
23 iure ſtatutario regulariter dies ſit ſpatium † duodecim horarum, atque adeo nox ipſa, Feder. de Senis *Conſil. 44. Statuto cauetur, & Flamin. Pariſius de Reſignat. Benefic. lib. 12.*

lib.12.quaſt 8 nu.33 verſic Quod debeat, poteſt tamen nox per ſtatuta augeri, & † minui ad ſigna Campanæ, quod 24
vario variis in regionibus obſeruatur modo, in ordine ad delicta, vel armorum delationem, Abb. & alii *in cap. ſi perfodiens, de homicid. Alber. in l. More, ad fin. ff. de feriis, Angel. de Vbald. Conſil. 194. Viſis proceſſibus, nu. 3. verſic. Nam ſtatutum vult, Salycet in l. non minorem, num. 5. verſic. Quaro tunc, quando dicemus, C. de Tranſact.* Sed eccum Tiraquell. *de Retract. lignag. §.1. gloſſ. 11. numero 4. verſic. Hic tamen dies*, ideo dicentem diem à noſtris forte dici
† artificialem. Quanquam Angel *in l. more, numero 4. verſic. In gloſſ. 2. ff. de feriis*, voluit diem ex eo fuiſſe vocatum 25
artificialem, quia per † artificia à nocte diſtinguitur, 26
quod & ſatis videtur voluiſſe Alber *in eadem l. more, num. 2.* dum dicit quod dies ad operandum incipit à mane vſque ad veſperas, & Mantua *in Dialogiſm. claſſ. 4. capitulo 50. Scio, quod dies, numero 2. verſiculo In operibus hominum*, & etiam voluit Hieronymus Butigel *ad l. primam, §. qui præſens, numero 27. verſiculo Tu aduerte, ff. de verborum obligationib.*

Natura vero inſpecta certum eſt dum † ſol eſt ſuper 27
terram diem eſſe; dum vero tenebræ adeo denſæ ſunt, vt vel quis abſolute cognoſci non poſſit, vel non ſine ma-
xima † difficultate, noctem eſſe, *vt not. in Syntag. commun* 28
opinion. part. 4. loco 11. in tit de Iudiciis, cap 5. Sententia, colum. 1. in fin. & eſt text. *in cap. ſi perfodiens, de homicid. Angel. in l prima, C. de Cuſtod. reorum, Idem in l. More, numero 2. ff. de feriis, Decius conſil 354. In caſu propoſito, numero 4. verſiculo & di[illegible] Angel. Viuius communi opin. 703. Sententia late de Nocte, numero 4. verſiculo Et aduerte, Decius in capitulo conſuluit, numero 41. verſiculo In ſe tamen verum, de offic. delegat. Bart in l prima, §. hoc Senatuſconſultum, ff. ad Syllan. Idem in l. aut facta, §. tempus, in fin. ff. de pœn. Baldus in l. vnica, C. de emendat. Cod. Felinus in cap. ſi perfodiens, in princip. numero 1. de homicid. Feder. de Senis, quaſt. 44. Statuto cauetur, numero 2. verſiculo Nam tunc dies, Alexand. in l. More, numero 3. verſiculo Quia dies proprie, ff. de feriis, Natta conſilio 469. Extat decretum*

numero 2. Flamin. Pariſius de Reſignat. Benefic. lib. 12. quæ-ſtione 8. numero 34. Verſic. Quia tunc proprie, Marcus Anton. Eugen. conſil 48. Contracta ſocietate, numero 3. lib. 1. Bertaz. conſil. crimin. 131. Non video, numero 3. Verſic. Si vero volumus, par. 1. & hanc eſſe * propriam acceptionem teſtatur poſt ibi allegatos Iacobus de Nigris *in l. prima, §. qui præſens, numero 33. Verſiculo Nam ſecundum communem, ff. de Verborum obligat.*

29 Tota difficultas eſt † an crepuſcula, tempus ſcilicet inter diem, & noctem, nocti adſcribantur, illiuſque pars
30 dicantur eſſe, an vero diei. Hoc enim valde † dubium eſſe poſt alios ibi allegatos ſcripſit Bolognin. *in conſil. 37. licet alias, numero 13. Verſiculo Nam licet, poſt Bartolum, in l. aut facta, §. tempus, ff. de pœn. Bald. in l. ſecunda, C. quibus res iud. non noc. text. & ibi ſcribentes in capitulo ſi perfodiens, de homicid.* & hanc fuiſſe quæſtionem dubiam ſcripſit Romanus *in l. oratione, numero 5. Verſiculo Reſtat vnum, ff. de feriis.*

Et Cenſorinus de die Natali partem illam Nocti ad-
31 ſcribit, dum haſce conſtituit † noctis partes, Veſperam, Crepuſculum, Primam Facem, Concubium, Noctem intempeſtam, Ad mediam noctem, De media nocte, Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. Has etiam noctis partes recenſet Cherubinus Sandolinus *in ſuo Thaumalemmate poſt lib. 8. in Verbo, Nox.* Idem vult manifeſte Sandolin. *dicto lib. 8. capitulo 22.* Temporalium, *in fine, Verſiculo Sit dies artificialis*, dum voluit, quod dies artificialis prolixior ſit quindecim horarum, quod autem ſupereſt, nocti deputetur, & tamen videmus attentis crepuſculi repetiri longiores dies æſtiuo tempore. Rurſum dixit *ibidem*, longiores noctes eſſe quindecim horarum, quod ſupereſt deputandum diurno tempore, cum tamen nos experientia doceat non dari adeo longum denſarum tenebrarum ſpatium.

Idem profecto ſentit Sancta Romana Eccleſia, dum officium diuidens in nocturnum, & diurnum, per diurnum intelligit Tertiam, Sextam, Nonam, & Veſperas, per nocturnum vero Matutinum, Primam & Completorium,

torium, Cardinalis *poſt gloſſ. in clement. prima, §. primo, de relig. & venerand. Sanctorum, & notat in capitulo primo cod.* certum eſt autem, quod Prima dicitur in diluculo, ſeu aurora, Completorium vero, cum nocturnæ incipiunt tenebræ. Idem videtur ſenſiſſe Baldus *in capitulo primo de Treuga, & pace*, dum diem viginti quatuor horarum diuiſit in diem lucis, & diem tenebrarum, vt dies lucis, ſit donec dies eſt ſuper terram, dies vero tenebrarum ab occaſu ad mane.

Et ita fuiſſe alias * determinatum, vt ſcilicet † poſt ſolis 32
occaſum ſit nox, poſt *Abb. Ioannes Andr. & iura ibi allegata*, & ponderata ſcripſit Belognin. *conſil. 37. Licet alias in præſenti, numero 13. Verſiculo Nam licet dubium*, & quod in aurora ante ortum ſolis, & poſt eiuſdem ſit occaſum, de nocte fieri dicatur, de magis ** communi poſt Alexand. & Caſtrenſ. *in l. Titius, § primo, de liberis & poſthum.* teſtatus eſt Franciſcus Burſat. *conſil. 319. Di[illegible]ate Pii V. numero 6. lib. 3* Quare in caſu ſtatuti † duplicantis 33
pœnam ratione delicti de nocte commiſſi partem illam, quæ Crepuſculum appellatur, cum nocturno tempore computari ſcripſit Bartolus *in l. aut facta. §. tempus, ff. de pœn. Caſtrenſ. in l. More, numero 3. ibid. Angel numero 3 Verſic. Et eſt Vtile, Alexand. ibid.* qui dicit magis ** commu- *
nem, *ff. de feriis*, ſiue ea ſit ea pars, quæ † aurora nuncu- 34
patur, ſiue ea, quæ dicitur crepuſculum, Natta *conſil 469 extat decretum, numero 1. & numero 3.* vbi de magis ** *
communi, eandem tenuiſſe etiam antiquos tenet Ioannes Andr. *in cap. ſi perfodiens, de homicid.* vbi amplius teſtatur, ita fuiſſe * determinatum, vt refert Natta *dict. con- *
ſil. 469. numero 3. Verſiculo Eandem opinionem*, quod & manifeſte voluit Bartolus *in l. ſecunda, §. hoc Senatus, ff. ad Syllan. Bald. in prima Conſtitut. Codicis, §. Cordi, Capoll. in l. ſecunda, §. fin. ff de Verborum ſignificationib.* à contrario ſenſu.

Alii vero in caſu huius ſtatuti voluerunt crepuſcula aſſignari † diei tanquam illius partes. Is fuit Iaſon *in l.* 34
Titius, §. Lucius, numero 12. Verſiculo Quarto nota, & numero 17. Verſiculo Tu dic quod imo, ff. de liberis & poſthum.

bum. Idem Iaſon *in l. More, numero* 18. *Verſiculo Et ſi in aliqua, ibidem Alex. and. numero* 6. *Verſiculo Quid autem ſi in aliqua, ff. de feriis*, alii quoque de quibus Natta *dicto conſil.* 469 *numero* 4. *Verſiculo In contrarium, Angelus in dicta l. Tutius*, §. *Lucius Titius, numero* 4. *Verſiculo Item nota quod illud, ff. de liberis & poſthum. Bald. in l. ſecunda, ad fin. C. quibus res iudicat. Ioannes Andr. in cap. Alma mater,*
★ *de ſententia excommunicationis, in* 6. de * communi poſt Vincentium Maxillam *in conſuetudinibus Ciuitatis Bari in tit. quouſque dies intelligatur, numero* 4. *Viuius opinion.* 950 *Teſtis deponens de nocte, numero* 16. *Verſiculo Sciendum eſt igitur*, vbi plures alii allegantur, commemorat hanc opinionem Lazar. Fœnut. *in ſuo Tractatu de Momento temporis, capitulo* 24. *Aliquando eodem momento, numero* 17. *Verſiculo Alia fuit opinio*, & in fortioribus terminis id voluit *Bertaz.* dum in caſu ſtatuti Ferrariæ *ſub Rubric. Pœnæ facienti inſultum tempore noctis, fol.* 154. dixit in ſuo caſu non fuiſſe locum pœnæ, quoniam non dicebatur commiſſum delictum nocturno tempore, cum
36 adhuc † data non fuiſſet prima hora noctis, *Bertaz. conſ.* 378. *Baptiſta de Agazotis, num.* 8. *Verſic. Et tanto magis, Volum.* 2.

37 Alii voluerunt in † hoc ſtandum eſſe vulgi opinioni, atque conſuetudini, Bald. & Fulgoſ. *in l. More Romano, ff. de feriis, Salycet. in l. non minorem, numero* 5. *C. de tranſact. Verſiculo Sed vulgi opinioni, Natta conſil.* 469. *Extat decretum, numero* 7. *Verſiculo Præterea Bald. Vbi etiam refert Angel. idem Natta ibidem, numero* 15. *Verſiculo Mouet me,*
38 qui *numero* 16. declarat in † dubio hanc vulgi opinionem, vt ſcilicet ea attenta dies ſit in aduentu auroræ albeſcente cœlo, ſic etiam Alberic. de Roſate *in* 2 *part. ſtat. quæſt.* 69. *Deinde quæro.*

39 Alii voluerunt † eſſe caſum à ſtatuto omiſſum, & iuris
40 communis diſpoſitioni relictum, quoniam † in pœnalibus ſub ſimplicibus non contineatur mixtum, is in indiuiduo fuit Abbas *in capitulo ſi perfodiens, numero* 2. *Verſiculo Poſſet etiam argui, de homicid. Natta conſilio* 469. *Extat decretum, numero* 10. *Verſiculo Item quia ſub ſimplici,*

Vbi

vbi alii, Alexand in l. Titius, §. Lucius, numero 9 ff. de liberis & poſthum. vbi de* communi in ordine ad regulam, *
quod ſcilicet in materia pœnali, ſub ſimplicibus non contineatur mixtum, cui regulæ addo Aret. *in §. omnium, numero 16. Inſtitut. de action. Roman conſil 294. Hac confeſſio, numero 4. Verſiculo Certum eſt autem, eundem Roman. conſil. 259. In caſu propoſito, numero 5. Verſiculo Hac exceptio,* & latius dicemus *in cap de Mixto*

Alii tamen † in iudicis relinquunt arbitrio, Abb. *in cap. ſi perfodiens, de homicid. Natta dicto conſil. 469. numero 8. Verſiculo Item videtur dicendum*, & plures ſtantes de 41
communi * recenſet Claudius Bertazol. *ad conſil. Criminal. Bart Bertazol. conſil. 131. Non video, ſub litera C. Verſiculo Alia eſt opinio, part. prima*, ita † tamen, * vt in mitiorem partem, iudex arbitretur, vt de communi Canoniſtarum teſtatur Abbas *in cap. 3. numero 2. Verſiculo In dubio, de homicid. Auguſt. Arimin. in addit. ad Angel. de Maleſic. in Verbo, De nocte poſt numerum 4. Viuius deciſ. 950. Teſtis deponens de nocte, numero 17. Verſic. Sed reuera, Ioannes de Selua in tract. de Beneſic. part. 3 quæſt. 17. numero 5. Verſic. Et erit arbitrarium, Iaſ. in l. Titius, §. Lucius, numero 18. Verſic. Item nox, ff. de liberis & poſthum.* vbi * dicit * hoc æquius eſſe, *ibid.* Angel. *numero 4. Verſic. Item nota, idem tenet Feder. de Senis, quæſt. 44. Statuto cauetur, numero 2. Verſiculo Nam tunc dies, Ludouicus Bolognin. conſilio 37. Licet alias in præſenti, numero 13. Verſiculo Iſte tamen caſu, Alexand. in l. More, numero. 3. Verſiculo Quia dies propriæ. ff. de feriis. Natta conſilio 469. Extat decretum, numero 5. Verſiculo Item quia qualitas*, & ita fuiſſe * iudicatum * teſtatur Clarus *lib 5. recept. ſentent. quæſt. 82. in Verbo, Statutum, el. 9. num. 4.*

Verum ſi omnes loquuntur in ordine ad delicta. Nos autem examinemus quæſo, & videamus præciſis, & ſtatutis, & delictis, an ex natura rei crepuſculum ſit pars diei, an pars noctis. Et equidem ex natura rei dixerunt plures † nec diei partem eſſe, nec noctis, Alexand. *in l. Titius §. Lucius, num. 9. ff. de lib. & poſthum. Abb. in cap ſi perfodiens, num. 2. Verſic Poſſet & argui, de homicid.* *

B 3 Alii

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

44 Alii voluerunt naturaliter pertinere ad † extrema, Angel. *in dicta l. Titius, §. Lucius, numero 4. Verſiculo Item nota, quod illud ff de lib. & poſthum. poſt Cyn. in l. 3. §. 1. ff. eod. de lib. & poſthum.*

45 Alii, quod aurora, & crepuſculum teneat † medium inter diem, & noctem, vt hanc fuiſſe opinionem * antiquorum, quod tamen magis intelligere, quam verbo poſſe percipere ſcripſit Roman. *in l. oratione, num. 4. Verſic. Reſtat Vnum, ff. de feriis.*

46 Alii dixerunt crepuſcula eſſe noctem in † fieri, Iaſ. *in dicta l. Titius, §. Lucius, num. 13. Verſic. Sed Bart. ff. de lib. &*

47 *poſthum.* ſed hoc caſu † diſtinguendum eſſet inter crepuſculum poſt occaſum ſolis, quod ſerum appellat & crepuſculum ante ortum ſolis, quod dicitur diluculum, vt ſerum quidem dicatur nox in fieri, diluculum vero dies in fieri.

48 Alii ad inſtar † hermaphroditi, nec diem eſſe, nec noctem, & tamen vtrumque eſſe voluerunt, Ouid. *lib. 4. Metamorphoſ.*

Iamq; dies exactus erat tempusq; ſubibat,
Quo tu nec tenebras nec poſſes dicere lucem,
Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.

49 Alii exiſtimarunt † crepuſculum eſſe diuidum quoddam, peritique arbitrio cognoſcendum, an tanta ſit claritas, vt attribuatur diei, aut tanta obſcuritas, vt nocti adſcribatur, Angel. *in l. 1. num. 2. C. de cuſtod reor. Auguſt. de Arimin. ad Angel. de Maleſic. in Verbo, de nocte, alios citat Natta conſil. 469. Extat decretum, num. 8. Verſic. Item Videtur dicendum,* de * communi Clar. *lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quaſt. 83. Verbo, ſtatutum, el 9. nu. 4.* vbi dicit etiam ita fuiſ-

50 ſe * iudicatum, & voluit Natta *d. conſil. 469. Extat decretum, num. 8. verſ. Idem etiam tenet,* Lucas de Penna *in l. qui agros, C. de omni agro deſert. lib 11. Afflict. in conſtit. Regn.*

40 † poſt ſonum campanæ finitum pœna duplicetur, ſi inquirat iudex, & dicat poſt ſonum campanæ, ſed non dicat finitum, non concludit, nec pœna duplicatur per notata *in l. 2. §. appellata ff. ſi cert. pet. & in l. In inſulam §. fi-*
41 *ctus ff. ſolut. matrim.* quod tamen in † dubium reuocatur inferius *in cap.* de pœnis temperandis, quoniam ſimplici-
42 ter deponens aliquid geſtum fuiſſe † à prima hora noctis, intelligendus eſt de prima noctis hora finita, Franc. Aretin. *conſi. 71. Diligenter & mature num. 5. Verſ. Item prædictus.* Quanquam ibi euitata fuit difficultas, quoniam prima noctis hora ſit quid inſtantaneum, campana vero ſucceſſiuum, obſtat tamen fundamentum intentionis iudicis hoc caſu. Vide quæ dixerim tum *ibi,* tum *in cap. de Dictionibus.*
43 In teſtibus autem † aliud abſolute dicerem, vt ſcilicet in mitiorem partem intelligerentur, nec cenſerentur deponere de campana finita, multo magis ſi dicerent circa
44 campanam, quoniam dictio † Circa ad excluſionem maioris delicti in meliorem partem interpretatur, ſic in puncto campanæ Burſat. *conſi. 141. Legi ſerioſum, num. 28. Verſ. Tum rurſus, quod depoſitio Vol. 2.*
45 Amplius ſi dicat ſtatutum, quod nemo poſſit † à pulſu campa-

nocturno tempore per vrbem incedere, intelli-
finitam campanam, Ioan. de Ferrar. *in ſua pra-
p. quando teſtes producuntur ad æternam reime-*
ed de hoc latius *in cap. de Dictionib.*
que magis ſi dicat ſtatutum, † poſt ſonum cam- 46
t a fortiori intelligetur ſtatutum de ſono cam-
pleto, & ita declarari poteſt ſtatutum † Medi- 47
*riminalib. cap. 124. in rubr. De pœna euntis de no-
mine*, vbi prohibetur quilibet de nocte poſt ter-
m campanæ cum armis ſine lumine per vrbem
Debet enim intelligi ſtatutum, id eſt, poſt terti-
a campanæ finitum, ita in terminis ſtatuti Ve-
onſuluit Barſat. *conſil. 141. Legi ſerioſum, nu. 27.
ndeo ad primum Vol. 2.*
t amplius Bonifac. de Vitalin. *in ſuo tract. de Ma-
Forma libelli, nu 81. Verſ. Sed quid e contra.* Cam-
pulſauit campanam in † in matutino, cum de- 48
are in aurora diei, aliquis fuit inuentus poſt ſo-
npanæ, ante tamen horam debitam, vel ſolitam
condemnari, & tandem concludit, quod ſic,
gnoratia ſupina, & dicit ſe hanc opinionem pu-
iorem. Et quod magis eſt *ibid. num. 82. Verſ. Sed
oterit*, voluit non poſſe condemnatum agere † 49
campanarium ad intereſſe, ſubiiciens ſe hoc pu-
ius. *
eutrum verum exiſtimo. Qui enim † poſt ſonum 50
e per vrbem incedens geſtauit arma, habuit iu-
ſſam credendi hoc ſibi licere, cum concedant
quod poſt ſonum ire quilibet poſſit *argum. l. con-
bus ff. ad municip.* vt etiam obſeruat Vitalin. *loc.*
et nullo reſpondens pacto, rationem eiuſmodi
. Et ſi tenetur, cur non poteſt agere † contra cam- 51
m ad intereſſe? *argum. l. ne piſcatores ff. de incend.
nauf.* Alias fœdus ferire poſſent inter ſe campa-
& familia, vt campana ante debitam horam pul-
& maximas ciuibus parare ex eo inſidias.
o vidi Ticini anno M. DXCVIII. Tympaniſtam
m incongruo loco, & † tempore ad arma tympa- 52
nizan-

da ratio,num.4.
orum vſus in calculandis horis.
alibet, & dies ex 12 conſtat horis ex Gellio.
ies appellari poteſt ad ſextam horam diei pri-
m.
iam ad ſextam poſteriorem attento Hiſpanorum
num.8.
edia appellari poteſt ad ſextam noctis horam
rem.
am ad ſextam poſteriorem ex Hiſpanorum more,
.8.
noctis hora pro media nocte ex Iureconſultis.
ſtiua longa, brumales breues apud antiquos, &
re.
n tardi Iunius, & Iulius, & quare.
brumales tarde, & quare.
z quæ perpetuo diei conueniunt, & nocti, dicun-
artificiales.
naturales diei, & noctis modo plures, modo pau-
es.
longiores & breuiores, &
cum longiores, & breuiores quot horis commenſu-
tur.

cte humaniorum literarum ſtudioſi confun-
aliud pro alio ponunt † ſextam noctis horam, 1
noctem, vt videre eſt apud Aul. Gell. *lib. 3.*
cap. 2. Quæri ſolitum eſt, per totum, qui locus in-
ri poteſt apud Cottã *in ſuis Memorabilib. in Ver-*
bis 2. Ver. Aulus quoq; Gellius, & apud Macrob.
ca 2. quæ autem ſit ratio, nec quiſquam inue-
aperit quiſpiam. Ego † exiſtimo ſextam noctis 2
ediam importare noctẽ, attento † Hiſpanorum 3
n med a nocte duodecimam calculant horam,
in meridie; quoniam vero attento breuiore
o horarum ſumma diuiditur in quatuor par-
ex 4 ſex horarum quaternariis integer conficia-
24. horarum, & ſingulis ſex horis denuo prima
enume-

... tardis ſydus te menſibus addas:
... Erigonen inter, chelaſq; ſequentes
...ur.

... præter Alciatum, brumales † noctes 12
tardæ appellantur a Virg. *lib. 1. Georg.*

... Oceano properent ſe tingere ſoles
Hyberni: vel quæ tardis mora noctibus obſtet.

Quæ duo carmina eadem prorſus repetit idem Virg. l. *in fine primi Aeneid.*

Has autem horas, quæ tam hyeme, quam æſtate in duodecim diurnas diuiduntur, & duodecim nocturnas horas eſſe † artificiales ſcripſit *gloſſ. in d. l. 2. in verbo Ma-* 13 *... horarum ff. de verb. ſignific.* Cæterum ſequitur ... † naturales horæ plures ſunt diei in æſtate, & plures 14 item noctis in hyeme, pauciores rurſus noctis in æſtate, & diei in hyeme. Sunt autem plures diei horæ in æſtate, † 15 quindecim in hyeme pauciores, nouem. Declarando tamen, vt declarauimus *in cap. de Mixto,* Cherubin Sanoolinus *in ſuo Thaumalemmate, lib. 8. c. 22. Temporalium, in fi. verſ. Sit dies artificialis.*

CAPVT VII.

De eunde De nocte.

ARGVMENTVM.

...ntes de Nocte peccare, & quando, & quomodo; Quis eos poſſit accuſare, quis item pro illis fideiubere.

SVMMARIA.

... de nocte eſt delictum, ſed leue.
...eque non eſt fabricandus ea de re proceſſus, num...er. 2.
... de nocte non eſt delictum attento iure communi.
... tamen delictum ex ſtatutorum diſpoſitione, num. 4.

5 *Ire de nocte. Vbi prohibetur, competit accuſatio cuilibet de populo, & quare.*

Non tamen alij competet, qui de nocte vadat, nu. 6.

Poterunt tamen inuicem fideiubere, nu. 7.

8 *Fideiubere poſſunt inuicem duo accuſati.*

Modo non ſint ſuſpecti, num. 9.

10 *Ire de nocte inuenti debent fideiuſſori relaxari.*

Vel de facto cogendi ad ſolutionem, vel pœna pecuniaria, num. 11.

Vel corporalis ibid.

Attenta tamen qualitate perſonarum, nu 12.

13 *Ire de nocte prohibitus non incidit in pœnam, niſi etiam fuerit captus.*

14 *Ire de nocte ſimpliciter non licet per ciuitatem, temperatur.*

Multo minus per domos alienas, nu. 15.

16 *Campanæ, ſtante ſtatuto, vt nullus incedat per vrbem à pulſu campanæ, intelligitur poſt perfecte pulſatam campanam.*

17 *Stante eiuſmodi ſtatuto, vt nullus de nocte incedat per vrbem comprehenduntur etiam mulieres.*

18 *Statutum Mediolani in Criminalibus. 124. De pœna euntis de nocte, declaratur.*

1 EVNtem de Nocte peccare quidem, ſed † leuiter peccare ſcripſit Bartol. *in l. leuia, num 9. verſ. Vel ponas exempla quotidiana, ff de accuſat.* ideoque in cauſſa eiuſmo-
2 di tanquam breuiori, non eſſe fabricandum † proceſſum *ex authen. niſi breuiores, C. de ſentent. ex breuiloq. recitand.* ſcripſit idem Bartol. *loco citato, numer. 10. verſ. Ego ſic practi-*
* *cabam*, qui de propria teſtatur * praxi. Sed certe nullum
3 eſſe delictum attento † iure communi ſcripſit Brunor. à Sol. *quæſt. 35. nume.* 18 *poſt Alciat. & Aretin. ibid. allegatos*, vbi latiſſime de materia delationis armorum, addo ego eundem Bartol. *in l. 1. numer.* 11. *verſ. Quod dicemus ff. de public. Iud.* vbi dicit, quod non eſt delictum ire de nocte, & per ſtatutum puniens nocturnas vagationes dici-
4 tur † effici delictum, quod prius non erat Bartol. *loc. cita.*

Iaſ.

ſi u qui, numer. 381. Verſ. Aut ſtatutum, ff. de Vſu-
al. in l. lex Cornel. §. ſi quis librum, in pr. ff. de in-
ldit, quod eo caſu, quia ire de nocte, non eſt cri-
od committatur in certam perſonam, accuſatio,
iuſmodi ſtatuto prohibente, competet † cuilibet 5
o.

utem cuilibet competat, non tamen poterit is
e nocte, aut accuſare, aut contra eum teſtificari
† ipſe nocturno inceſſerit tempore, *Felin. in* 6
entiam, in princip. Verſ. Et qui vadit de nocte, de
err. Bene poſſunt euntes de nocte, & ea de re re-
icem † fideiubere, Firman. *in Verbo, Reperti de* 7
Bened. de Barz. in tract. Diſcuſſion. in vltim. artic.
regulare, quod duo † accuſati poſſunt inuicem 8
e, modo non ſint † ſuſpecti, Bald. *in l. Romanus* 9
ff. de excuſat. tut. & omnino debent ſub fideiuſ-
tracti ii, qui de nocte reperiuntur ire, Firman. *lo-* 10
quod ſi non habeant fideiuſſorem, vel ad ſolu-
pœnæ cogendi ſunt de † facto, ſine ſententia, 11
l. leuia, ad fin. ff. de accuſat. Lanfranc in Clemen.
erbo, De plano, de Verbo. ſignificat vel fuſtigandi,
co citat. Quod intelligo habita † ratione perſo- 12

oniam attento iure communi non eſt delictum
cte, ideo in puncto voluit *Socin. ſen.* quod ſtante
vt inuenti ire de nocte alicui pœnæ ſubiiciantur,
iacent dictæ pœnæ inuenti, ſed † non capti, 13
ni. in leg 3. §. Neratius, numer 8. in fin. Verſ. Ali-
, & tertio ff. de acquir. poſſ. ff. & ita eſſe, & * pra- *
eruſii poſt Angelum *in §. Reuerendiſſ Authen. de*
nis Epiſcopis teſtatur Cœp. *in l. ſi fugitiui, C de ſeru.*
7. Verſ. Dicit ſtatutum.
iquam ipſe addit non licere ire de nocte ſimpli-
† ciuitatem, nec per domos alienas, *ibid. nu. 79.* 14
de iu, per *text.* iuncta *gloſſ. fin. in l. iter nihil, ff.*
is prædiorum. Quod ego, qua pertinet † ad do 15
lmitto libenter; Sed quod pertinet ad euntem
tatem admitto in vim maioris grauaminis

E 2 pr.ſup-

præſuppoſito delicto nocturno tempore, ſecus, quod ſit delictum ſimpliciter niſi attenta qualitate temporis, loci, & perſonarum.

Stante autem ſtatuto, quoniam ire de nocte diximus non eſſe delictum attento iure communi, ſed tantum, ſi id diſpoſuerit ius municipale, & ſtatutarium; ſtante in-
16 quam † ſtatuto, quod à pulſu campanæ nemo per vicos vadat, intelligitur poſt perfecte pulſatam campanam; ideo ſi quis interim vadat, donec realiter pulſatur campana non incidet hoc caſu in pœna euntium de nocte, *Ioan. de Ferrar. in ſua praxi in for. cap. Quando teſtes producuntur ad æternam rei memoriam.* Sed hoc latius, *in c. de Dictionibus.*

Stante item eiuſmodi ſtatuto prohibente, ne quis in-
17 cedat de nocte, nec † mulieres per ciuitatem nocturno tempore poterunt vagari, Bart. *in l. 1. in fi. ff. de pecul. Bal. in l. quicunq; ff. de ſeru. fugit. Decian. conſil. 339 Conſului alias, num. 2. Verſ. Et ideò ſtatutum dictans, Viuius commun. opin. 808. Statutum, quòd fieri debeat, num. 7. Verſ. Sed hòc Vtiq; Ioan. Baptiſt. Baiard. ad Clar. quæſt. 82. num 56. Verſ Et ſimiliter ſtatutum.*

Ex his plurima arbitror declarata Italiæ ſtatuta, & in
18 indiuiduo ſtatutum † Mediolani *in Criminalibus* 124. *Nullus Vadat ſub rubr. De pœna euntis de nocte &c.*

CAPVT VIII.

De Armis.

ARGVMENTVM.

Arma nocturno tempore deferens quibus vel tegatur ipſe, vel alios prouocet, an incidat in pœnã ſtatuti, ſi fuerit inuentus, ſed non realiter apprehenſus; An arma ipſo iure amittat; quid de ar-
mis

commodo ſuſceptis; diligens ex-
atio.

SVMMARIA.

malum animum gerentis arguunt.
um delatio facit indicium ad torturam.
arium ex Veriori,num.3.
rum delatio facit indicium in genere.
rum Vſus prohibitus de Iure communi.
pue ruſticis,nu.6.
rum delationem prohibente ſtatuto de nocte fieri,
quiritur realis armati apprehenſio.
ſeruari in practica teſtatur Brunorus,nu.8.
arium Voluerunt alij,num 28.
quitur,num,29.
geſtare non eſt maleficium de ſe,ex Cæp.
ire non ſufficit,Vbi aliquid eſt delictum ex ſola ſta-
ti diſpoſitione.
ſi Barſatoram, C. de fideiuſſor. Declaratur
mo.
tur prima declaratio,nu.12.
ratur 2.num.13.
itur ſecunda declaratio,nu.14.
rat 3.Author,nu.15.
rat,& 4.Author,nu.16.
ites,milites appellantur ab Alciato.
urus non dicitur proprie inuentus, niſi realiter ap-
ehendatur.
rarium Verius,nu.19.
in l.3.§.Neratius.ff.de acquir.poſſeſſ. declaratur
imo.
ratur ſecundo,nu.21.
aratur tertio,nu.23.
odia. Sub noſtra cuſtodia dicitur, quod eſt in con-
ectu noſtro.
ier inuenta cum perlis punienda, non punitur, niſi
ealiter apprehendatur.

Reuocatur in dubium, nu. 25.

26 Statuta ſunt cum effectu intelligenda, maxime ad pœnam minuendam.

27 Statuta punientia dicuntur fauorabilia.

30 Inuentus cum armis ſi poteſt accuſari, non eſt neceſſario realiter apprehendendus.

31 Mediolani Conſtitutiones ſub tit. de Meretricib. & Lenonib. declarantur.

32 Inuenio verbum relatum ad Iudicem non requirit realem apprehenſionem.

33 Arma deferentem poteſt Iudex punire abſq; alio proceſſu.

34 Inuenio, verbum relatum ad Satellites requirit realem apprehenſionem.

Et congruo loco factam, nu. 35.

36 Arma deferens à familia repertus, ſi in domum propriam confugerit, non poterit inde extrahi.

37 Inuenio verbum imperſonaliter poſitum, non requirit realem apprehenſionem.

38 Inuenio verbum imperſonaliter poſitum refertur ad Iudicem.

39 Armorum delator inuentus, ſed non apprehẽſus, quando poſſit puniri, Angeli diſtinctio.

40 Arma nocturno tempore ante pedes alicuius inuenta, illius præſumuntur.

Præſumptiue tantum, ideo maxime poteſt Iudicis arbitrium, nu 41.

42 Inuenio verbum, vbi præmia offeruntur, requirit realem apprehenſionem.

43 Lupum inuenienti ſi certum ſit conſtitutum præmium, intelligitur; ſi occiderit, vel aliter comprehenderit.

44 Deprehendo verbum deſiderat realem apprehenſionem etiam in ordine ad arma.

Contrarium commune, nu. 50.

Niſi ſint verba geminata, nu 51.

Sed & abſque geminatione ex conſuetudine, numer. 52.

Maximo

[...]axime ſi ſtatutum dicat, quod poſſit procedi per inquiſitionem, nu. 53.

[...]prehendo Verbum relatum ad iudicem non importat realem apprehenſionem.

[...]ext. in l. Palam quæſtum, §. quæ in adulterio ff. de ritu nupt. declaratur.

Deprehenſa est in adulterio, i. conuicta.

Inuenire, & deprehendere eſt vnum ex Natta.

Comprehendere, & capere eſt aliud ex eo.

Captus cum armis, id eſt realiter apprehenſus.

Captus ſi aufugiat incurrit nihilominus pœnam.

Bannitorum capienti ſi ſit præmium conceſſum, requiritur realis apprehenſio.

Statutum, ſi diſponat ſuper eo, quod non eſt delictum, tunc Verbum Inuenio requirit realem apprehenſionem.

[...] Inuenio Verbum relatum ad Iudicem cum familia, requirit realem apprehenſionem.

[..]9 Arma habens in proprio oſtio non punitur.

[..]0 Arma deferens momento non punitur,

Contrarium ſentit Author, nu. 61.

Temperatur, nu. 62.

63 Arma amittuntur ſtante edicto prohibitorio armorum, etiam ſi nihil dicatur in edicto.

Atque applicantur fiſco, nu. 64.

Vel potius familiæ, nu. 65.

66 Arma commodata non amittuntur, ſed commodanti reſtituuntur.

Niſi actus illiciti ſit commodans conſcius, nu. 67.

Quo caſu poterit pretium repetere a commodatario, numer. 68.

Contrarium ſentit Author, nu. 71.

69 Arma commodata, vbi commodanti reſtituuntur, commodatarius tenetur erga familiam ad pretium armorum.

70 Equus commodatus extrahenti bladum non publicatur domino ignoranti, illius autem pretium a commodatario fiſco applicatur.

72 *Ludenti pecuniam mutuans non repetit.*
Contrarium obſeruatur ex conſuetudine, nu. 73.
74 *Arma, vbi prohibentur nocturno tempore, nec poſſunt illa deferre mulieres.*
Nec alias priuilegiati, & quando, nu. 75.
76 *Armorum appellatione, quid veniat, remiſſiue.*
Declarat Author in ordine ad nocturnum tempus, numer. 77.
78 *Statutum Mediolani in Criminalibus, 124. quod Nullus vadat cum armis declaratur.*

ARmorum delationem præſto eſſe ad percuſſiones, &
1 homicidia, malumque † animum illa gerentis arguere poſt Bart. & Alexan. *in l.* 1 *.ff ad l. Iulium de vi publica, Iaſonem in* §. *ex maleficijs, nu.* 81. *Inſt. de action. Cæpol.* & alios *ibi* allegatos ſcripſit, D. meus Præſ. *Menoch. lib.* 2. *de arbitr. iudi. caſu* 394. *Publicam vim, num.* 26 *Roland. à Valle conſi.* 3. *Quod nobilib. num.* 25. *verſ. Quia portatio, vol.* 2. *Brunorus à Sole q.* 35. *n.* 14. *verſ. Et armorum delatio, late Gram. voto* 24 *nu.* 6. *de quo Bertazz. conſi. crim.* 494. *Licet ſubtiliter, nu.* 6. *ver. Arma. n. deferens, vol.* 2. & eſſe regulam * ſcripſit Fari. *de inditijs, & Tortura q.* 52. *n.* 70 *verſ. Regula, par.* 2.
2 in tãtum, vt armorum delationẽ pro indicio ad † torturã ponat Blanc. *in tract. de Indicijs, nu.* 79. *&* 81. *Iacob. de Beluiſ. loco allegato à Brunoro d q.* 35. *num.* 15. *verſ. Hinc dixit,*
3 quod tamen † non admittit Thob. Non. *conſil.* 99. *nu.* 25. *verſ. Non obſtat octauo, Marcabr. inter conſ crim. diuer. conſ.* 62. *n.* 12. *vol.* 2. & eſſe* communem dixit Far. *de indicijs quæ.* 25. *num.* 84. *verſ. Limita quinto par.* 2. qui * addit hanc eſſe
4 * veritatem, facit tamen † indicium in genere *ibid. nu.* 69. *verſ. Quintum eſt*, vbi plures allegantur, *& nume.* 71. *verſ. Amplia primo*, vbi de * communi.

Quo fit vt merito iure ab Auguſtiſſimis Cæſarib⁹ fue-
5 rit Armorum † prohibitus vſus, Theod. *in tit. vt armorum vſus lib.* 11. *Iuſtin. in Auth. de armis, Cotta in ſuis Memorabilibus, in verbo Armorum, Couar. lib. vn. quaſt. pract. c.* 33. *nu.* 7. *verſ. Eſt & illud, Iaſ.* §. *ex maleficijs, num.* 80. *Inſtit. de act. Corn. conſi.* 20. *videtur in præſenti col. pen. lib.* 3. *Bertaz. conſ. crimin.*

*criminal.46. Aduerſus ruſticum,num.*1. *Vol.*1. *Farin. d.quæſt.* *52.num. 70. Verſic. Et hoc quia,part.* 2. Et ante eos Seruius Tullius, & Cneus Pompeius teſte D. meo Præſ. Menoch. *d.caſu 394. num.*21. Præcipuè † ruſticis *cap.*1. *§.ſi quis ruſticus de pace tenend. Roman. ſing.*267. *Probibitum, Cot.loco cit. Verſic. Et notabil., Bertaz. dicto conſil.*46. *num.*2. Atque ſicubi armorum delatio indulgetur, vt eſt ſub Potentiſſimo noſtro Rege Philippo, nocturno tamen tempore nullo pacto poſt certum campanæ ſignum impune deferri poſſunt. 6

Hic autem occurrit maxima difficultas, an ſtante ſtatuto, vel proclamate, vt ſi quis de nocte inuentus fuerit cum armis, tali pœna puniatur; An inuentus, ſed non captus, illius pœnæ reus efficiatur.

Negatiuam voluerunt plerique, quod † non ſufficiat 7
inuenire, ſed requiratur realis apprehenſio, ita Bart. *in l.ſi Barſatoriam, num.*1. *Verſic. Et per hoc dicimus, C. de fideiuſſ.* Idem *Bart. in l.*1. *in princ. num.*18. *Verſic. Sed hac opinio, ff. de acquiren poſſeſſ. Amed in tract. de ſyndicatu, in proœm. num.* *90. Verſic. Aduertant, Alexan. in l.*3 *§. Neratius, num.*4 *Verſic. Sed in materia ſtricta, ff. de acquiren poſſeſſ. Bertaz. conſil. criminal.*461. *Abſoluendus, num* 11 *Verſic. Quarta, Vol.*2. hanc eſſe * communiter receptam poſt plures ibi allegatos, teſtatur Brunorus à Sole *in ſuis quæſtionib. quæſt.* 35. *num.*2. *Bellon. conſil.*49. *num.*4. de magis ** communi, Auguſt. *ad Angel. de Maleficiis, in Verbo, Fama publica, num.* 75. *in fin. Viuius in Verbo, Statutum diſponens, Socin. ſen. l.*3. *§. Neratius, in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ.* plurimos allegat Clar. *lib.*5. *§. fin. quæſt.*82. *Statut.* 6. *num.*1. *Bald. in l. Item lapilli, num.*14. *Verſic. Et faciunt hac, ff. de diuiſ. rer.* & ita † ſer- 8
uari in * practica teſtatur Bru. a Sole *dicta quæſt.*35. *in fin.* & ita ſeruari de * conſuetudine adducit teſtantes Alexan. *conſil.*216. *Ponderatis his, num.*2. *&* 3. *lib.* 6. & ab hac non eſſe in * iudicando recedendum ſcripſit Clar. *loco cit. Socin. ſen. in d. §. Neratius, in fin. ff. de acquir. poſſ.*

Ratio adducitur a Cæpol. *in l. ſi fugitiui, C. de Seru. fugit. num.* 79. *Verſic. Dicit ſtatutum*, quoniam † geſtare arma 9
non eſt maleficium, aut delictum de ſe, ſed inductum a

10 ſtatuto,ideo non ſufficit inuenire, ſed requiritur † realis apprehenſio;ratio eſt vera in ſe,ſed falſa in propoſito.

Primo igitur adducunt text. *in l.ſi Barſatoram, C.de fideiuſſ.*verba text.hæc ſunt, ſi Barſatoram latronem Lyſanias Decurio inuenturum ſe ſpopondiſſet, aut exhibere compellendus eſt,aut tranſmittendus ad Pręfectum Prętorio,vel ad Præſidem Prouinciæ.

11 Reſpondet primo loco † Imola *in l.3.§. Neratius, ff.de acquir.poſſeſſ.* quod ibi promiſerat Lyſanias inuenire Barſatoram latronem, & ſic veriſimiliter videtur intellexiſſe de actuali,& reali apprehenſione,ideo non ſufficit eo ca-
12 ſu docere vbi nam ſit latro. Sed quæſo, † vnde deſumitur hoc veriſimile,vt cenſeatur Lyſanias intellexiſſe de actuali apprehenſione?

13 Reſpondet ſecundo loco † *gloſ.in dicta l.ſi Barſatoram, C.de fideiuſſ.* quod ille *text.*procedit, quoniam verba ſunt cum effectu intelligenda, *l.1.§.hæc autem verba, ff.quod quiſq; iuris,* & ſicut qui promittit conſequens, vult etiam omne neceſſarium antecedens *l.ad rem mobilem,ff.de procur.cum vulgatis,* vnde qui hauſtum aquæ promiſit,& iter ad eam hauriendam promiſiſſe videtur *l.Item, §.fin.ff. de ſeruit.ruſtic.prædior.*ita & qui promittit antecedens, vide-
14 tur & velle omne conſequens. Sed † certe non omne, quod eſt inueniendum, idem capiendum eſt, atque ideo non eſt captura neceſſarium conſequens inuentionis, vt pluribus comprobat,etiam habita ratione *dict.l. Barſatoram, C.de fideiuſſ. Alex. conſil.24. Animaduerſis his, num. 32.verſic. Præterea verbum inuentum, vol.2.*

15 Reſpondeo † ego tertio, quod ille text. reſpicit odium latronum, quos cum iura ad vltimum vſque ſupplicium adeo proſequantur,vt Impp.Honorius,& Theodoſius *in l. Prouinciarum Præſes, C.de feriis*, nullum excipiendum exiſtimauerint tempus,nec quidem venerabilem Paſchatis diem,quo latro inſignis ſuſpendi furcis non poſſet, ideo non mirum, ſi in caſu *l.ſi Barſatoram,* ſumatur verbum Inuenio cum effectu; alias per ſimplicem viſionem, non eſſe iuris deſiderio, aut magiſtratuum voto veriſimiliter ſatisfactum, quod innuit etiam Amed. *in tract. de ſyndi-*

cat.

cat. in princip. num. 90. Verſic. Aduertant etiam, in Verbo, Nec obſtat.

Reſpondeo, & † quarto, quod ille Lyſanias Decurio, 16
de quo *in l. ſi Barſatorem, C. de fideiuſſ.* forte non erat ex illis Decurionibus habentibus tot honores, & dignitates, de quibus *in tit. C. de Decurionibus, lib. 10.* quod mihi perſuadent duo. Alterum, quod Lyſanias ille Decurio promiſerit ſe inuenturum latronem. Alterum vero, quod niſi repræſentet, tot ſubiciatur pœnis. Arbitror autem hunc Lyſaniam decurionem, eum fuiſſe, qui decem præeſſet militibus, ſicut & centurio, qui centum. Quare non eſſet mera diuinatio, ſi diceremus, quod hic Lyſanias eſſet ſatellitum dux & magiſter, quem vulgo Baricellum appellamus, qui & Decurio dici poteſt, cum & † ſatelli- 17
tes, milites appellentur ab Alciat. *lib. 1. Prætermiſſorum, in Verbo, Catholicianus.* Cum igitur hic Decurio promiſiſſet ſe inuenturum, cum verba debeant intelligi ſecundum ſubiectam materiam *l. Inſulam, ff. de præſcript. Verb. l. plenum, §. equitii, ff. de Vſu, & habitatione, Alexand. conſil. 129. lib. 2. & conſil. 179. Viſo proceſſu, num. 12. lib. 5.* & in indiuiduo anterius manifeſte liquebit, Cur hoc loco verbum, Inuenio, non ſumatur pro reali apprehenſione conſiderato Decurionis munere penes allatam Decurionis ſignificationem?

Secundo arguunt a ſimili de inuentione theſauri, qui non dicitur † proprie inuentus, niſi & realiter apprehen- 18
datur ex textu *in l. 3. §. Neratius ff. de acquir. poſſ.* vbi hæc leguntur verba. Quidam putant Sabini ſententiam veriorem eſſe: nec alias eum qui ſcit poſſidere, niſi ſi locus remotus ſit; quia nō ſit ſub cuſtodia noſtra. Quibus conſentio. *Hæc tex.* Ita etiā tenuit Iaſ. *in l. 1. in princ. nu. 13. Verſ. Quinto, & Vltimo, ff. de acquiren. poſſeſſ. Idem in l. 3. §. Neratius, num. 10. Verſic. Sexto nota, ſecundum Paulum de Caſtro. ff. eod.*

Sed certe quod pertinet ad Iaſonis, & aliorum authoritatē, non defuerunt alii, & longe * plures, qui voluerint *
theſaurum ex † ſolo aſpectu acquiri, & illius prius priorē 19
eſſe dominū, qui illum prius inſpexerit, *gl. in §. Itē lapilli in*

Verb.

verbo, *Inuentoris*, *Inſtit. de rerum diuiſ.* *gloſſ. in l.* 1. *in princ. in verbo, Qui primi, in fin. ff. de acquiren. poſſeſſ. gloſſ. in l. nunquam, §. Theſauros, ff. de acquir. rerum domin.* & de * communi Portius *in §. Theſauros, num. 9. verſic. Vos tenete, Inſtit. de rer. diuiſ.*

Non obſtat modo text. *in l. 3. §. Neratius, ff. de acquiren. poſſeſſ. in fin.* quoniam ex Portio *in dicto §. Theſauros, num.*
20 *9.* reſpondetur, quod † ibi nō interuenerat aſpectus oculorum, ſed ſolum ſcientia exiſtentiæ Theſauri. Nec obſtat, quod ibi requiratur amotio Theſauri, quoniam ſupplet Port. *loco cit.* vel æquipollens, id eſt oculorum aſpectus per eundem *tex. in l. 3. in princ.* iuncta *l. 1. §. ſi iuſſerim, ff. eod. tit.*

21 Reſpondeo prætetea † ego *ad dictam l. 3. §. Neratius, ff. de acquiren. poſſeſſ.* quod non obſtant illa verba. Nec alias, qui ſcit Theſaurum poſſidet, niſi ſi loco motus ſit; quoniam regula eſt, quod dictum regulatur, & a ratione declaratur, *l. cum pater, §. dulciſſimus, ff. de leg.* 2. Atqui in caſu, §. *Neratius* non dicitur ſimpliciter, tunc demum noſtrum eſſe Theſaurum, ſi is loco motus ſit ſub cuſtodia noſtra.
22 Verum ſub † cuſtodia noſtra dicitur eſſe, quod eſt ſub oculis noſtris, & in conſpectu noſtro, text *in §. feræ igitur, verſic. Cum vero tuam euaſerit cuſtodiam, Inſtitut. de rerum diuiſ.* ideo ſufficit oculorum aſpectus.

23 Reſpondeo & † tertio, quod termini non ſunt pares, quoniam in vidente theſaurum videtur neglectus, ſi non realiter apprehendat, & apprehenſio non ſit à negligente, ſed à volente, *l. 3. §. in amittenda, ff. de acquiren. poſſeſſ.* in fortioribus terminis text. *in l. ſi is qui, ff. eod.* in vidente armatum hominem non ſic; Quid enim ſi aufugiat? Quid rurſum ſi immoderate ſe defendens, aliis negotium faceſſat, vitæque periculum offerat?

24 Tertio, quoniam ſtante ſtatuto, quod mulier inuenta cum † perlis puniatur non poterit puniri, niſi apprehendatur, *Alexand. ad Bart. in l. ſi Barſatoram, C. de fideiuſſ. Bald. in l. item lapilli, num. 14. verſic. Idem ſi dicit ſtatutum, ff. de diuiſ. rerum, Alexand. l. 3. §. Neratius, num. 3. ff. de acquiren. poſſeſſ. Idem conſil. 216. Ponderatis his, num. 3. verſic.*

Et

Et ideo ibi dicit, ℣ol.6. Angel. in l. qui ſeruum ff. de ℣erborum obligationib. Capoll. in l. ſi fugitiui, C. de ſeruis fugit. num. 17. ℣erſic. Si ſtatutum dicit, quo loco plura ſimilia adducuntur. Sed certe hoc eſt, de quo nos † diſputamus, & alterius 25
ſolutio ex ſolutione alterius pendet.

Quarto, quia ſtatuta ſunt cum † effectu intelligenda, 26
maxime ad pœnam minuendam. Sed certe intelliguntur cum effectu ratione inuentionis, & præterea eiuſmodi ſtatuta ſunt † fauorabilia *l. congruit, ff. de offic. præſ. Bart.* 27
conſil. 88. Statuto Caſtri, num. 3. ℣erſic. pro cuius euidentia, part. 1. Bal. cap. quoniam apoſtolica, num. 50. de offic. deleg. Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore, num. 367. ff. de ℣ſucap. Boſſ. in tit. de pæn. num. 12.

Contrarium ergo tenuit † Angel. & Imola *in l. 3. §. Ne-* 28
ratius ff. de acquiren. poſſeſſ. & alii, de quibus Brunor a Sole *quæſt. 35. num. 3. ℣erſic. Contrariam ſententiam*, quoniam ſtatutum non conſiderauit apprehenſionem delinquentis, ſed ut manifeſtaretur delictum, ita etiam D. meus Præſ. Menoch *de arbitr. iud. lib. 2. caſu 394. Publicam ℣im, num. 49. ℣erſic. Ego opinor, Amed in tract. de ſyndic. in proœm. num. 90. ℣erſic. Aduertant etiam, Ripa in tract. de peſte, tit. de remed. ad conſeru. ℣bert. num. 104 in fin.* & contrariam eſſe falſam, & hanc eſſe * veritatem, niſi vrgeat qualitas *
perſonarum, vel ſubiecta materia, additur ad Alex. *conſil. 216. Ponderatis, ſub litera B. lib. 6.*

Diſtinguit autem † Brunor. à Sole *loco cit. num. 17. ℣er-* 29
ſic. Modo ad propoſitum, & latius Socin. ſen. *in l. 3. §. Neratius, num. 8. ff. de acquir. poſſeſſ. Alexand. ibid. num. 3. ℣erſic. Statuto cauetur, Alexan. loco cit.* dicit articulum dubium, & diſputabilem pro vtraque parte.

Ego vero ampliſſime pro ſubiecta materia rem nonnullis caſibus examino atque comprehendo.

Primus caſus, quoties verba ſtatuti non ſolum loquuntur de inuentione, ſed etiam concedunt, quod inuentus poſſit † accuſari, quo caſu inuentio verificatur in 40
ſola inuentione, nec de neceſſitate requirit apprehenſionem, aliud enim eſt capere, aliud accuſare, nec debet executio præcedere accuſationem, & multo magis, ſi diceret

ſtatutum,

ſtatutum, quod inuentus cum armis poſſit inquiri, quia cum inquiſitio reſpiciat iudicis officium, & verbum Inuenire ad iudicem relatum non importet apprehenſionem, vt paulo inferius dicemus, ſatis manifeſte conſtat, quod non requiritur apprehenſio, D. meus Præſ. Menoch. *de arbitr. iud. lib. 2 caſu 394. Publicam vero, num 52. verſic.*
31 *Hoc etiam clarius.* Et ſic intelligo Conſtitut. † Mediolani, *lib. 4. ſub tit. de Meretricibus, & lenonibus*, vbi cauetur, quod Meretrices inuentæ ſine mantelletto ex bombyce albo ſuper humeris poſſint accuſari à quolibet, nec enim eo caſu per ſupradicta neceſſaria eſt realis meretricum apprehenſio.

Secundus caſus, quando verba ſtatuti loquentia de inuentione referuntur ad iudicem, & tunc nemo diſſentit,
32 quin ſufficiat ſcilicet † ſola inuentio, ſine reali apprehenſione, Brunor. à Sole *quæſt. 35. nu 17. verſ. Quod tamen intellige, per gl. in l. 2. C. de exhib. reis, idem ibid. nu. 19. Alex. in l. 3. §. Neratius, nu. 5. verſ. Hoc ſane intelligatis, ff. de acq. poſſ. per Bart. in l. 1. C. de pet. bon. ſubl. lib.* 10. & alios, *ibid. Socin. ſen. nu.* 8. quinimo, ſi iudex videt aliquẽ arma deferentem,
33 poteſt illum punire de delatione armorum abſque † alio proceſſu, Bald. *in l. officium. ff. fin. reg. Iaſ. in l. vnica, nu. 28. ibid. Cagnol. nu. 98. ff. ſi quis iuſdic. non obtemp. Ioan. Baptiſt. Baiard. ad Clar. quæſt. 82 nu 65. verſic. Item adde.*
34 Tertius caſus, quando verba ſtatuti diriguntur ad † officiales, ad curiam ſcilicet ſatellitum, & dico quod requiritur realis apprehenſio, & ita intelligo nouiſſime text. *in l. ſi Barſatoram, C. de fideiuſſor.* videri poteſt D. meus Præſ. Menoch. *conſil. 74. num.* 18. Et quod magis eſt, requiritur
35 realis apprehenſio in loco † congruo, quare poſt Iaſ. *in l. plerique, nu. 12. ff. de in ius vocand* ſcripſit Ioan. Baptiſt. Baiard. *ad Clarum, quæſt. 82. num. 62. verſic. Item adde*, quod ſi familia repererit aliquem cum armis, & inde aufugerit
36 in † domum ſuam, non poterit inde extrahi, licet eum ſemper familia fuerit inſecuta, ſecus ſi captus aufugiſſet, vt dicemus *inferius, num. 55.*

Quintus caſus, quando verba ſtatuti ſunt imperſonalia, puta, quia dicat ſtatutũ, ſi quis fuerit inuẽtus cum ar-

mis de nocte, & tunc ſufficit † inuentio, nec realis requi- 37
ritur apprehenſio, quoniam verba imperſonalia dirigun-
tur ad † iudicem, qui ex officio ad hoc tenetur, ita ſingu- 38
lariter Socin ſen. *in l.3.§.Neratius, nu.8.ff.de acquir.poſſ.*

Ego tamen libentius † diſtinguerem cum Angel. *ibid.* 39
num.1.ibid. Alex num.3. Aut enim inuentus eſt puniendus
pœna ordinaria, & ſufficiat inuentio ſine reali apprehen-
ſione, aut eſt puniendus pœna extraordinaria & exorbi-
tanti, & requiratur realis apprehenſio.

Amplia, vt non ſolum dicatur inuentus cum armis,
qui re vera cum armis fuit inuentus, ſed etiam, qui ſine
armis inuentus fuit, & nocturno tempore prope illum
ante † pedes arma inuenta ſunt, quoniam dicitur captus 40
cum armis, ſiquidem eſt præſumptio, quod illius ſint ar-
ma, Bal. *in l. nam ſalutem, §.1.ff. de offic.proconſ.* & ita * deci- *
ſum fuiſſe Bononiæ teſtatur Alberic. *in tract. ſtat. part.2.*
quæſt.121. Itē pone ſtatuto, ſimilibus comprobat D. meus
Præſ. Menoch *lib.2.de Arbitr.iud.caſu 394.num.54. Verſic.*
Extenditur octauo, cum ſeqq.

Sed hoc cum inducat ſolam † præſumptionem, arbi- 41
tratium erit iudici ex qualitate armorum, perſonæ, & a-
liorum, ne hoc pacto ſatellitiæ cohorti ampliſſimæ rela-
xentur habenæ ad inſtruendas inſidias in maximam ne-
gotiatorum perniciem.

Quintus caſus, quando verba ſtatuti † præmiis inuen- 42
tores proſequuntur, & tunc ſufficit inuentio, ſed requiri-
tur realis apprehenſio, & ita intelligit *text. in l. ſi Barſato-*
riam C. de fideiuſſ. Angel. in l.3. §. Neratius, nu.2. Verſic. Sed
ſi ſtatutum, & ita procedit, quod ſcripſit Bald. *in dict. l. ſi*
Barſatoriam, num.1 quod ſi ſtatutum dicat, vt quicunque
inuenerit † lupum, habeat centum, intelligitur, ſi eundem 43
interfecerit, vel alias comprehenderit. Idem in terminis
armorum voluit Amed. *in tract. de ſyndic. in proœm. nu.90.*
Verſic. Aduertant etiam, quanquam *ibi* notatur contra-
rium ex Imol. *in d.§. Neratius,* & hanc dicit * veriorem A- *
med. in praxi tamen dicit * ſeruandum communem Bart. *
opinionem.

Sextus caſus, quando ſtatutum non vtitur verbo in-
uenire,

ſtatuti, nec ſufficit inuenire, ſed requiritur realis captura, aliud eſt enim inuenire, aliud capere, vt mox diximus ex *Natta* Sed difficultas eſt, an ſi fuit captus, nec potuit detineri, ſed aufugit, an pro capto habeatur. Et quod pertinet ad † pœnam delinquentis, arbitror vere dici captum, 55
ſed quoad pertinet ad præmium capiẽti propoſitum optime dixit Bald. *in l. ſi Parſ. torum, num. 6. Verſic. Nota tranſmittendum, C. de fideiuſſ. poſt Guil. in l. 1. § hæc autem Verba, ſi quod quiſq. iuris, ibi* allegatum quod præmium conceſſum capienti † bannitum non datur ei, qui cœpit, ſi 56
eum tenere non potuit.

Et hæc quando ſtatutum diſponit ſuper eo, quod eſt delictum de iure communi, ſecus ſi ſtatutum de † non 57
delicto faciat delictum, puta, quia dicat, quod inuentus ire de nocte puniatur, &c. quia eo caſu requiritur omnino, & qualitas inuentionis, & qualitas apprehenſionis, alias non diceretur delictum, ita ex Aretin. *in l. 3. § Neratius num. 8. & 9. Capell. in l. ſi fugitiui, C. de ſeruis fugitiuis, num. 17 Verſic. Et pro hoc Videtur, cum ſeqq.*

Sed certe non eſt delictum, quod inueniatur quis ire de nocte, eſt delictum, quod eat ſtante ſtatuto; Cæterum dicas, ſi verba ſtatuti referantur ad iudicem, nec hoc caſu requiri realem apprehenſionem; quoniam non eſt hoc iudicis munus aliquem apprehendere per ſupradicta. Niſi forte verba referentur ad iudicem cum † familia, hoc 58
pacto ſi iudex cum familia aliquem euntem de nocte repererit.

Quo res cunque cadat ſtantem in proprio † oſtio cum 59
armis animo ibi permanendi, vel etiam prope illud, vt ſe, ſuaque tueatur, non teneri edicto aliquo, aut ſtatuto arma nocturno tempore prohibente poſt plures *ibi* allegatos ſcripſit Franciſc. Burſat. *conſil. 141. Legi ſerioſum proceſſum, num. 35. Verſic. Secundo, quatenus id conſtaret, lib. 2.*

Sed nec teneri eum, qui † momento arma nocturno 60
detulerit tempore, ſcripſit idem Burſat. *ibid. num. 36. Verſic. Secundo inquiſiti,* quod † non puto verum, alias quilibet dicere poſſet arma ſe ſolo detuliſſe momento, quoniam quilibet per vrbem ſolo reperitur momento cum 61

armis, longius licet, & per amplius temporis ſpacium,
62 quis cum armis nocturno exeat tempore. Niſi † forte per momentum poſt nocturnum tempus, ſed aliam horam a ſtatuto definitam, quis cum armis ad lares propere rediens, prope etiam domeſticos parietes reperiatur.

Quotieſcunque autem incidit quis in edictum prohibitionis delationis armorũ, illud ſcire debet, arma priori
63 loco † amitti, licet de eorum amiſſione nihil dictum fuerit in edicto armorum prohibitorio, ita poſt Alex. *in l. 1. ff. ad leg. Iuliam, de vi publ. Afflict. in conſtit. Intentionis, num. 26. & Marſil. in pract. crimin. in* §. *pro complemento, num. 12.*
* vbi dicit ita * ſeruari de conſuetudine, & arma applican-
64 da eſſe † fiſco ſcripſit Ioan. Baptiſt. Baiard. ad Clar. *quæſt. 82. num. 63. Verſ. Item adde, quod ſi in edicto.* Ipſe tamen Ba-
* iardus cæteris comprobatis, arma dixit ex * communi v-
65 ſu applicanda † familiæ, vt audacior fiat, & diligentior in iis, & inquirendis, & detinendis, qui arma ferunt, & hoc
* dicit ipſis etiam Magiſtratuum * edictis caueri.

66 Niſi fuerint deferenti † commodata arma ad actum licitum, quoniam eo caſu ſunt arma reſtituenda commodanti; Cæterum ſi nocturno tempore deferantur ar-
67 ma, etiam commodo data, & ſuſcepta † cum ſcientia commodantis, ſuccedit pœna amiſſionis armorum, quod & voluit Faber, *in* §. *Illud, num. 3. Verſic. Sed in commodante, Inſtit. de mandato*; poteſt tamen commodãs, in-
68 quit Ludouicus, a commodato armorum pretium † vendicare, ita Ludouic. *deciſ. Peruſ. 31. Capitaneus, num. 8. & 9. Verſic. Præterea cum delatio, part.* 1. vbi *num. 11. Verſic. Erat*
* *etiam*, dicit ſe ita † ſententiam tuliſſe.

Sed ego primum ſuppleo, poſtremum reiicio. Dum enim dicitur, quod arma ſunt reſtituenda commodanti qui ignorauit commodatarium arma delaturum in pro-
69 hibitum vſum, ſuppleo, quod eo caſo † tenebitur commodatarius erga familiam ad pretium armorum, ſcribit Salycet. quod ſtante ſtatuto, quod extrahens ſal, vel bladum puniatur, & equus publicetur, ſi equus erit alienus, domino ignorante, erit quidem equus ſuo domi-
70 no † relaxandus, ſed illius pretiũ à malefactore erit fiſco

perſol-

perſoluendum, Salyc. inquam *in l. 1. nu. 2. Verſ. in gloſ. ſuper, C. vt armis priuatus titulos.* Quod vero dicitur dominum armorum poſſe repetere pretium illorum a commodatario, ſi ſciebat arma prohibito vſui inſeruitura, hoc falſum arbitror, dicoque * conſtanter, hunc † commodantem, 71
& arma, & eorum pretium amiſſurum, ſicut dicimus, quod mutuans pecuniam † ludenti non poteſt illam re- 72
petere Abb *in cap. Clerici, nu. 15. de Vita & honeſt. cler. text. in l. Alearum Vſus, C. de relig. & ſumpt. fun.* quanquam hoc 73
de † ludo * communiter non ſeruatur, vt poſt Arimin. ad Aretin. *in tract. de Maleſic. in Verbo, Mentior, de malis dadis, num. 15.* & *Couaruuiam ibi* allegatum, quod imo poſſit repeti dixit Clar. *lib. 5. recep. ſentent. §. Ludus, num.* 8. *Verſic. Item mutuans in ludo.* Quod tamen non dicitur correctum per conſuetudinem in arma commodante.

Amplius ſtante ſtatuto, ne certo tempore, vel etiam etiam ſimpliciter arma deferantur, comprehenduntur etiam † mulieres, quæ, ſi repertæ fuerint cum armis, pote- 74
runt puniri, ita poſt Soarez. *in ſuo Theſaur. commun. opin. Verſic. Mulieres, num 252. & Gabriel lib 6. commun. opin. in tit. de Verborum ſignific. concluſ. 6 num. 37.* ſcripſit Baiard. *ad Clar. quæſt 82. num 55. Verſic. Item adde*; quinimo, & † continerentur priuilegiatæ a principe perſonæ, ego ſal- 75
tem caſu, quando in banno prohibitorio adeſſet dictio vniuerſalis, omnis, totus, quicunque, &c. Baiard. *loco cit. num 58. Verſic. Item adde*, poſt Crauet. *conſil. 284. Et Herculan. de Proband. negatiua, nu. 23. & nu. 24 ibi* allegatos.

Quid autem veniat hoc caſu † appellatione armorum 76
ſtatuto prohibente illorum delationem, an offenſibilia tantum, an defenſibilia etiam, an fuſtes an lapides, an ligones, an ſecuris, cæteraq; arma ruſticalia, an ferramenta apta ad artes, an cultellus ad panem incidendum, vide poſt Alciat. *in l. armorum, ff de Verbor. ſignif. Corſet. in reper. Abb. in Verb. Armorũ, Corn conſil 109. Vol. 4. Bertaz. conſil. crim. 102. Iſti carcerati, lib 1 D. meum. Præſ. Menoch. lib. 2. de Arbit. Iud. caſu 394 Publica Vim, Decis. Delphinal 4. nu 13. Ioan. Bapt. Baiardum ad Clarũ quæſt. 82. ñu. 55. Verſ. Quæro nunquid, cum ſex ſeqq. Ludouicũ deciſ. Peruſ. 31. Capitaneus,*

F 2 *Verſic.*

Verſic. Item eſt præmittendum, num.4. Pract.Papien.in tit. forma inquiſitionis, in gloſſ. Cum armis, Amed in tract. de ſyndicat. in proœm. num.88. Verſic. Aduertat tamen, addit. ad Hoſtienſ. in ſua ſum. in tit. de reſtit. ſpol. in §.quando facienda, Angel.conſil.397.Quidam puer, num.2 Verſic. Tres ergo, Bald.in §.recuperandæ.num.2.Inſtit.de interdict. Bart. in Authent.de armis, in §. denunciamus, num.3. Angel. in l. Idem eſt, §.armis, num.4.ff.de vi, & vi armat.eundem in l.ſi pignore, §.furem, num.2. ff.de furt. Alber.in l.nemo, num.1. C. quæ res exportari non debeant.

77 Sed ego † nocturno tempore omnia dicerem venire appellatione armorum, niſi qualitas perſonæ, vel aliæ circumſtantiæ arbitrio Iudicis aliud perſuaderent.

78 Hinc declaratur † Statutum Mediolani in criminalibus 124. *Nullus vadat cum armis, &c.* & omnia præterea de armorum delatione ſtatuentia municipalia iura, quæ cum vbique vigeant, merito iure poſſunt ea omnia vnico comprehendi exemplo.

Alia de armis vide per te apud Corn. *conſil.20. lib.3. Socin. reg. 30. Cottam in ſuis Memorabilibus, in verbo, Armorum, Couarruu. lib. vnico, Pract. quæſt. cap.33. Solent non leues, Clar.lib.5.recept ſentent.§ fin.quæſt.36.Omnium autem exceptionum, & Vulpel.poſt.tract. de Præpoſ. Aduerbiis, & Coniunctionibus.* Nec enim eſt animus rem præſentem vlterius examinare.

CAPVT IX.

De ſomno, & ſomniis.

ARGVMENTVM.

Tumultuaria quædam non iniucunda de Somno, & Somniis, ex Ariſtotele, & aliis Peripateticis obſeruata.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Somnus, quod pertinet ad rei Veritatem, quid ſit.*

2 *Somnus apud antiquos Deus fictus, & Deorum placidiſſimus.*

3 *Somnus nocturno tempore turbari non debet ex municipali Mediolani iure,*

Sed nec Ticini, num. 4.

5 *Somnus à Poetis proles fingitur Noctis, & Erebi.*

6 *Somnia proles ficta noctis, & Erebi apud Poetas.*

7 *Somnus ex Heſiodo in Theogonia frater Mortis.*

8 *Somnus dum a Poetis filius Noctis. & frater Mortis dicitur, quid ex parte rei Vere intelligant illi*

9 *Somni alumnus, Vir rudis, nullum Videns lumen rationis.*

10 *Vigilare proprie dicitur ſolus ſapiens, & quæ ſit ratio.*

11 *Somnia, Per ſomnia antiqui indicia deſumebant ad iudicandum.*

Amplius idipſum, non ſolum ratione torturæ, ſed etiam ratione condemnationis, num. 12.

Quæ omnia ſtulta dicit, & Franciſcus Caſonus, & etiam Author, num 15.

13 *Sophocles ex ſomnio, quod Hercules in ſomnis illi furem detegiſſet, Areopagita comprehenſus, & Vltimo ſupplicio affectus.*

14 *Somnio Meſſalis mori iuſſus Appius à Claudio Cæſare.*

16 *Somnium eſt in triplici differentia, diuinum aliud, aliud naturale, aliud animale.*

17 *Somnium diuinum, ſiue Cæleſte, eſt diuinum monitum.*

18 *Somnium animale eſt, quod ex animi paſſionibus proficiſcitur.*

19 *Somnium naturale quid ſit.*

20 *Somniantes aquam, Phlegmatici à Phyſicis iudicantur.*

Humoris ſanguinei ſunt, qui rubeum colorem ſomniantur, ibid.

Colerici, qui ignes in ſomnis ſibi videre videntur, ibid.

Melancholici vero tetra in ſomnis videre conſueuerunt, ibidem.

21 *Somnia, ſeu in ſomnis viſa vera ſunt, quoties ſomnium eſt diuinum.*

22 *Somnia, quæ diuina non ſunt, ſi eueniant aliquando, id eſt prorſus contingenter, & quando.*

23 *Somnia ſi habent cauſſas internas, tunc ſunt ſæpe vera ſomnia, & quomodo.*

24 *Vigilantibus magna magna videntur, dormientibus vero etiam parua.*

25 *Tonitrua fieri videntur dormientibus, cum paruus ſonus fit in auribus, quod non contingit vigilantibus.*

26 *Somniantes minima pituita defluente ſe dulcibus ſaporibus perfrui arbitrantur.*

Ambulareq́; per ignem, cum paruus calor ſit circa partes quaſdam, ibid.

27 *Somnia interdum morborum ſigna, & quando, & quare, num. 28.*

29 *Somnia nō cauſſant morbos, ſed ab iiſdem parturiuntur.*

30 *Somniorum nonnulla, remiſſiue.*

1 SOMNVS, quod ad rei veritatem † pertinet, nil aliud eſt, quam ſopor & quies, quæ fit ab humoribus à corde ad cerebrum ſublatis, qui cum ibi fuerint refrigerati, recidentes ad cor calorem eius refrigerant.

2 Verum in fabulis † Deum finxit ſomnum antiquitas, & quidem Deorum placidiſſimum:

Somne quies rerum, placidiſſime ſomne Deorum,
Pax animi, quem cura fugit, qui pectora longis
Feſſa miniſteriis fulcis, reparaſq; labori.

Hinc factum eſt, vt in publicæ quietis detrimentum nocturno tempore prohibitum ſit obſtrepere, præcipueque ex particulari municipiorum, & ciuitatum iure; Atque 3 ſit illud omnium inſtar ſtatutum Mediolani in † *Criminalibus, cap.* 125. Nullus vadat, *inquit ſtatutum*, poſt tertium ſonum campanæ, vſque ad campanam diei, cum lumine vel ſine lumine, cum aliqua vola, vel lauto, vel alio

alio inſtrumento ad ſonãdum, & qui repertus fuerit contrafeciſſe, condemnetur in ſolidum centum terriolorum. Nec hanc quoque rationem negligit omnino ſtatutum † Papiæ *in criminalibus*, De pœna proiicientis lapides de nocte ſuper domum alicuius eſt *rub.55*. 4

Somnus proles fingitur † Noctis, & Erebi, vt late de eo *Genealogia Deorum Gentilium, lib.1.cap.21.* & tangemus *in cap. de Nocte ſatis*, de quo Heſiodus *in Theogonia:* 5

Νὺξ δ' ἔτεκε, &c.
Καὶ θάνατον· τίκε δ' ὕπνον, ἔτικτε ὁς φῦλον ὀνείρων.
Οὔτινι κοιμηθεῖσα θεὰ τίκε νὺξ ἐρεβεννή.

Id eſt,

Nox praterea peperit, &c.
Et mortem; peperit etiam ſomnum, peperit Vero agmen † ſomniorum. 6
Non Vlli condormiens Dea peperit Nox obſcura.

Proſequitur mox totam Noctis prolem, de qua diximus *de Nocte ſatis*.

Rurſum alibi Heſiodus *in ead. Theogonia:*

Ἡ δ' ὕπνον μετὰ χέρσι, κασίγνητον θανάτοιο,
Νὺξ ὀλοή, νεφέλῃ κεκαλυμμένη ἠεροειδεῖ.
Ἔνθα δὲ νυκτὸς παῖδες ἐρεμνῆς οἰκί' ἔχουσιν,
Ὕπνος καὶ θάνατος.

Id eſt,

Illa Vero ſomnum in manibus fratrem † mortis, 7
Nox noxia nube tecta atra.
Ibi autem Noctis filii obſcura domos habent,
Somnus & mors.

Eam rem opportune declarat D. Henricus Farneſius *in ſuo Simulacro Reip. lib.3. Paneg. lib.4. cap.7. Somniũ.* Dicit is eo loco nec temere † ſomnum Noctis filium, & Mortis fratrem a Poetis in fabulis factum fuiſſe, quia vir rudis tanquam † ſomni alumnus, etiam in aperto Sole veritatis, nullum lumen videt rationis: quaſique mortuus nullum guſtum, ſenſumque habet virtutis. Quare ſapiens ſolus cenſetur † vigilauiſ potius inuigilare Reipub. 8 9 10

Quod autem ad ſomnia pertinet, ſcripſit ex noſtris

Franc.Caſon.*in tract.de indiciis,cap.*11.*in tit.particulari,de*
11 *indiciis ſomniorum*, quod antiqui, per † ſomnia indicia capiebant ad iudicandum, & demonſtrandum tam facta, quam futura. Subiicit hæc verba. Hoc amplius ſupra omnem ſtultitiam in iudiciis obſeruabant ſomnia, non
12 ſolum ad torquendum, ſed etiam ad † condemnandum. Legitur enim cum ex Herculis æde aureum quippiam
13 ſubreptum fuiſſet, Sophoclem in ſomniis vidiſſe † ipſum Herculem dicentem eum, qui id feciſſet: vnde Areopagitæ comprehendi iuſſerunt eum, qui a Sophocle nominatus fuit, eumque vltimo ſupplicio affecerunt. Rurſum le-
14 gitur † Claudium Cæſarem mori iuſſiſſe Appium pro-
15 pter Meſſalii ſomnium, quæ omnia ſtulta dicit † Caſonius, & optime, atqne ego eandem negligo prorſus.

16 Eſt vero ſomnium in † triplici differentia, ſiquidem aliud eſt diuinum, aliud naturale, aliud animale.

17 Diuinum ſiue cœleſte ſomnium, eſt diuinum † monitum de re aliqua, quale fuit ſomnium Iacobi, Danielis, Ioſephi, & Magorum, ne ad Herodem redirent.

18 Animale eſt ſomnium, quod ex animi † paſſionibus proficiſcitur.

19 Naturale † tandem, per quod Phyſici, de humoribus
20 iudicant. Etenim ſomniantibus † aquam phlegmaticos humores dicunt deſignari; per rubentem colorem, ſanguineum humorem; per ignes coleram, tetra autem ſomnians, is eſt melancholicus.

An autem ea vera ſint, quæ in ſomniis viſa ſunt. Quod
21 pertinent † ad diuinum, res non habet difficultatem, quod vera ſunt. Somnia autem, quæ diuina non ſunt, ea aut habent cauſſas internas, aut exterius reſpiciunt. Si re-
22 ſpiciunt, quod † exterius eſt, caſualiter, & contingenter eueniunt aliquando, in ſe tamẽ vera non ſunt ea ſomnia, nec ſomnium euentus cauſſa eſt, ſed nec ſignum, quale eſt ſomnium, quod quis ſomnietur ſe theſaurum inueniſſe, magiſtratum, aut aliam dignitatem adeptum fuiſſe, &
23 alia id genus. Si vero habeat ſomnia craſſas † internas, tũc ſunt ſæpe vera ſomnia, non tanquam cauſſæ, ſed quoad ſe tanquam effectus, quoad noſtram cognitionem tanquam

quam ſignificationes. Puta, ſomniatur quis ſe morbo ali-
quo laborare, inde ad aliquod dies febricitat ſenſibiliter,
ſomnium illud fuit verum, non tanquam cauſſa morbi,
ſed tanquam effectus morbi, quo ad ſe, quo vero ad no-
ſtram cognitionem, tanquam ſignificatio quædam.

Declaro manifeſte ex Ariſtot *de diuinatione per ſom-
num*, qui dicit, quod in die motus, niſi magni valde fue-
rint, & fortes, latent; ſecus maiores, qui in † vigilando 24
ſunt motus. In dormiendo autem contrarium, etenim
parui magni videntur eſſe. Manifeſtum autem ex iis, in-
quit *Ariſtot.* quæ in ſomnis accidunt frequenter: arbi-
trantur enim fulmina cadere, ac † tonitrua fieri, cum 25
paruus ſonus in auribus fit; Et melle, & dulcibus ſapori-
bus perfrui, minima † pituita defluente; Et ambulare per 26
ignem, & calefieri vehementer, cum paruus calor circa
quaſdam partes fit, cum autem expergiſcuntur, hæc ma-
nifeſta hoc modo ſe habere. Quare, quoniam parua o-
mnium † principia, manifeſtum, quod & ægritudinum, 27
& aliarum paſſionum, quæ in corporibus debent fieri.
Manifeſtum ergo, quod neceſſarium hæc in ſomnis eſſe
euidentia magis, quam in vigilando.

Et *inferius* dicit quod res magis ſenſibiles noctu ſunt,
eo quod, qui in die defertur diſſoluitur. Magis enim ſine
turbatione aer noctis, eo, quod ſilentiores ſint noctes, &
in corpore facere ſenſum, propter ſomnum, eo, quod &
paruos motus, qui intrinſecus, ſentiunt dormientes ma-
gis, quam vigilantes.

Hinc fit igitur, vt exoriatur † morbus, qui, vt cætera 28
omnia, cum exilis ſit in ſui principio, diurno tempore ex
tenui motu non exauditur, ſentitur de nocte ex eo, quod
parua magna videntur, ideoque ſenſationem faciens,
non à ſomnis cauſſatur, ſed ipſe † ſomnia parturit. Pau- 29
latim autem excreſcens tandem maiori cum motu, et-
iam interdum officit, naſcitur ideo morbus, quo ad no-
ſtram cognitionem, id eſt, apparere incipit, vt inquit in
ſuo caſu *gloſſ. in § inſula. Inſtit. de rerum diuiſion.* morbiq;
iſtius ſignum eſt ſomnium, vere tamen effectus morbi in
ſua eſſentia conſideratur.

brem fuiſſe apud Græcos Paræmiam ἐν νυκτὶ βουλή, id eſt, in nocte † conſilium, vnde & noctem Euphrone nuncupatam, quod bene tunc † ſapere contingat. Propterea Euripides, 1 2

Νυκτὸς ἐν μακρῷ χρόνῳ ἐφρόντισα.

Id eſt, longo noctis tempore cogitaui; quo & illud Homeri ſpectat. Non oportere conſulentem aliis virum, noctem dormire perpetem.

Vnde illud ſcitum proferri ſolitum eſt: O nox, tu quidem ſapientiæ diuinę obtines plurimum, late *Rodigin. lec. antiquarum, par. 2. lib. 20. ca. 11. Scopelianum Sophiſten.* Res non habet difficultatem.

Difficultas eſt, quæ noctis pars conſilio, & præparationi ſit aptior

Eſt locus Plutarchi *Problematum Romanorum, c 85.* cuius meminit etiam Tiraqu. *de Retract. lignag. §. 1. gl. 11 nu. 2. Verſ. Cuius rei, & Cotta in ſuis Memorabilib. in Verbo Dies Verſ. Plutarchus inprimis*, eſt autē Plutarchi locus in hæc verba. Cur diei † principiu de media nocte numerant? An 3
SCalarum vſum, quibus, vel quis feneſtras aſcendat, vel muros ſuperet, nocturno præcipue tempore, omnino
1 † damnatū eſſe nemo eſt, qui in dubium reuocet; Difficultas eſt, quæ ſit pro eiuſmodi delicto conſtituta pœna.

Et

Et Gram. *deciſ.36. Solon ex ſeptem ſapientibus, num.13. Ver-
ſic. Circa tertium dubium*, voluit abſolute ex vi dictionis
maxime ibi appoſitæ, omnino vltimi † ſupplicii pœna af- 2
fligendum eſſe, qui eo modo nocte ſcalis vtatur. Huius
opinionis recitat Bald. & Aret. *locis mox allegandis Proſper
Farin. in tit. de Delictis & Pœn. quæſt.20. Pœna mortis, num.
145. Verſic. Sextus caſus, part.1.* qui tamen hoc indiſtinctè
non dicunt.

Volunt itaque Bald. *in l. fin. num.3. Verſic. Sed hic quæri-
tur, ff. de diuiſ. rerum, & Aretin. in §. Sanctæ quoque res, num.
4. Verſic. Quæ pœna eſt apponenti ſcalas. Inſtit. de rerum di-
uiſ.* tunc demum ſcalis ad vſum recenſitum vtentem pœ-
na mortis puniendum, ſi ſcalis ad † caſtæ mulieris ten- 3
tandum pudicitiam fuerit nocturno vſus tempore, prout
etiam intelligi poteſt illud, quod * obſeruatum fuiſſe ſi- *
mili in caſu Neapoli poſt Grammat. *ibi* allegatum ſcribit
Clar. *lib.5. §. fin. quæſt.68. Nunc videndum eſt, num.4. Ver-
ſic. Aſcendens cum ſcalis.* Secus ſi ad impudicæ, quia tunc
pœna tantum extraordinaria iudicis arbitrio plectendus
erit. Hanc diſtinctionem tenet etiam Baiard. ad Clar. *in §.
ſtuprum, num.33. Verſic. Item adde, quod ponens ſcalas.*

Sed mitius apud nos agitur, teſte Claro, *lib.5. §. fin. quæ-
ſtione 68. num.4. Verſic. Certe hæc opinio,* qui dicit apud nos
* ſeruari, vt qualitas aſcendendi cum ſcalis † aggrauet * 4
tantummodo principale delictum, ita vt non ſemper ſca-
larum vſus mortis irroget pœnam, ſed delictum princi-
pale idem grauius tantum puniatur.

Mitiſſimus D. meus Præſ. Menoch. *lib.2. de arbitr. iud.
caſu 360. Nullæ forte, num.95. Mantua conſil.31. num.2.
lib.2.* qui voluerunt † nunquam capitis pœnam ea de re 5
inferendam, niſi ſequatur effectus, & hanc eſſe * commu- *
nem teſtatus eſt Clar. *lib.5. §. fin. quæſt. 92. Quæro nunquid
conatus, num.1. Verſic. Idem loquendo, de pœna,* & ita * iudi- *
catum fuiſſe Neapoli teſtatur Clar. *loco cit. D. meus Præſ.
Menoch. dicto caſu 360. num.95.* & de ſeruata apud eum opi-
nione teſtatur Ludouicus Peguet. *deciſ. crim.26. per totam,*
prout etiam illum refert & ſequitur Farin. *de Delictis, &
Pœnis, quæſt. 20. num. 145. Verſic. Nec à prædictis diſſentit,*

part. 1. & ſecundum hanc opinionem pluries iudicatum
* fuiſſe in excellentiſſimo Mediolanenſi* Senatu, & in ſpecie de pudicitia attentata, vt quidam Petrus Vicarietus,
6 qui puellæ nubilis † lectum aſcenderat, & pectus tetigerat, neque vltra progreſſus fuerat, habita remiſſione me-
* rit * abſolutus teſtatur Clar. *§. fin. quæſt. 92. num. 1. verſic. Et ſecundum hanc opinionem.*

Sed ego has deciſiones admitterem libentiſſime, vbi
7 non fuiſſet effectum ſecutus, effectus ex † pœnitentia, & contraria volūtate volentis delinquere; Secus ſi ex vi contraria, fortuito caſu, & tandem ex impotentia delinquētis *per text. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de ſacroſanct. Eccleſ.*

Aliud de ſcalis feneſtris ſuppoſitis ſcripſit in materia
8 † furti *text. in §. interdum quoque, Inſtit. de obligat. quæ ex delict. naſc.* cuiꝰ rei cauſſa cognoſcitur ex iis, quæ dicemus *in cap. de Fure*; & de vtroque aliquid per Cæpol. *de ſeruit. Vrb. præd. cap. 54. de ſcalis, in fin.*

Quid vero iuris ſtatuendum ſit in iis, qui mures nocte ſuperent, ſubiiciamus.

CAPVT XIX.

De Muris, & Portis Ciuitatis.

ARGVMENTVM.

Muros ciuitatis offendens, illiuſque Portas violans, nocturno potiſſimum tempore, quas det pœnas; Communis recepta diſtinctio inter muros, ac portas vrbis Romæ, & aliarum ciuitatum, nouiſſime ab Authore declarata; Alia præterea ad rem obſeruata.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Muri Ciuitatis ſancti dicuntur, & quomodo, & quare.*

2 *Muros Ciuitatis offendens capite puniendus.*

Maxime ſi tempore nocturno, num. 5.

3 *Remus iuſſu fratris Romuli interfectus ob muros violatos.*

4 *Nox ſemper eſt circumſtantia delictum aggrauans.*

6 *Muros Romanos offendens capitis punitur pœna, alias extraordinaria ex communi.*

Reuocatur in dubium diſtinctio ab Authore, & quare, num. 7.

Aliter diſtinguit Author, num. 8.

9 *Muros cuiuslibet ciuitatis tranſcendens capite punitur ex aliquorum obſeruatione.*

Temperat Author, num. 10.

Temperat iterum, num. 12.

11 *Tex. in l. deſertorem, § nec non et ſi vallum, ff. de re milit. declaratur.*

13 *Muros Ciuitatis ligneos offendens punitur, ac ſi lapidei eſſent.*

14 *Effodiens iuxta muros, vt concidant, indiſtincte capite punitur*

15 *Muros rumpens Ciuitatis, indiſtincte capitis pœnæ ſubiicitur.*

16 *Muros neceſſitate coactus, ſi quis tranſcendat, non punitur.*

Maxime tempore pacis, num. 17.

18 *Muros ſine dolo tranſcendens pœna tantum punitur extraordinaria.*

19 *Muros tranſcendens ad fugam carcerati, qua puniatur pœna.*

Recedit Author, num. 20.

21 *Foueam tranſcendens non punitur pœna capitis, ſed illi crura amputantur.*

Non placet Authori, ſed aliam ponit ipſe ſententiam, num. 25.

acit gloſſ. *ibid. in verb. caſtra*, dum ſe remittit ad *tex. ff. de rerum diuiſ.*

od cum indiſtincte habeatur dictis in iuribus, ſi tempore imminet pœna, muros, aut portas offen-us multo magis nocturno, cum vt ſuo loco dixi-præſuppoſito delicto, nox † ſemper ſit aggrauans 4
ſtantia, Marſil. *conſil. 83. num. 16. Nouell. in pract. um 41. Blan. in l. fin. num. 198. ff. de quæſt.* de quibus rd. *de probat. concluſ. 1114. num. 14. verſic. Tertio no-miſſa, text. in l. inter effractores, ff. de effract. & expi-ff. in l. furem nocturnum, in fin. ff. ad legem Cornel. de Marc. Mantua conſil. Si in præſenti caſu, num. 11. ver-x etiam non erat, vol. 1. Bald. in l. non minorem, num. tranſact. Gram. deciſ. Solo ex ſeptem Sapientibus, nu. ſic. Cum maleficia commiſſa.* Sed ne aliqua ex parte, nima noſtrum negligamus inſtitutum, in indiui-nocturni temporis, ita obſeruauit Ioan. Baptiſt. 5
in Indice reſponſorum crimin. vol. 1. in verbo, Tranſ-muros Ciuitatis nocturno tempore. Quo tamen loco munis eſt illa diſtinctio, quod aut ſumus in muris, *
tis vrbis Romæ, aut in aliis, vt ſi portas, & muros 6
næ quis offenderit, pœna capitis puniatur, ſi in alios erit, pœnæ ſubiiciatur extraordinariæ & arbitra-Bart. *l. ſi quis violauerit, num. 2. verſic. Iuxta hoc quæ-de rerum diuiſione, Aretin. in §. Sanctæ quoque, num. 1. In gloſſ. muri, Inſtit. eod. Ioan. Baptiſt. de Roſellis inter a crim. Ziletti conſil. 90. verſic. Nam tranſcendere mu-l. 1. Burſat. vol. 1. Burſat. conſil. 225. Secundum ea, num. verſic. Cum lex, vol. 2. Baiard. ad Clar. quæſt. 68. num. ſic. Muros Ciuitatis, D. meus Præſ. Menoch. de arbitr. ſ. 433. Ciuitatis muros, num. 5. verſic. Sancitum etiam, ling. in dicto §. Sancta, à num. 5. verſic. Quod tamen de diuiſ.* & ita * iudicatum in facti contingentia teſta- *
Boer. *deciſ. 232. Et videtur, quod non,* poſt *Martin. Bart. r.* & alios *ibi* allegatos *in princ. Roland. à Valle, con-Quoniam in præſenti, num. 24. verſic. Circa vltimam, Mantua in ſuo dialogiſ. Claſſ. 16. cap. 29. Mirabilis, nu. rſic. ad propoſitum, Magon. deciſ. Lucenſis 90. nu. 14.* de

* veriori

* * veriori Decian. *in tract. crimin.part.2. lib.7.cap.36. num.5.Farinac.de delictis,quæſt.20.num.152.Verſic Limita quinto*,vbi etiam de magis ** communi,& ita ſeruari de * conſuetudine teſtatur Alexand. de Neuo inter *eadem Conſilia criminal. conſil.91.Magnifice Domine, num.1. Verſic.Verum autem eſt, Vol.* 1. & ita in facti contingentia bis fuiſſe * obſeruatum Mediolani,vt non capitis pœna,ſed alia *ibi* obſeruata puniretur muros tranſcendens, teſtatus eſt Clar.*lib.5 quæſt.68.num.29. Verſic. Apud nos ſemper. Farin. de delict.quæſt. 20. num.148. Verſic. Limita primo.*

7 Sed certe hæc diſtinctio mihi hodierna die † non probatur: cum enim vnica quidem ſit Roma materialis, plures autem quodam pacto virtuales, & intellectuales, non video cur ex identitate rationis non cenſeantur ipſo iure aliis etiam Ciuitatibus imperialibus communicata Romanæ vrbis priuilegia. Multiplicati enim ſunt non recognoſcentes ſuperiorem, & habentes iura imperialia.

Dico igitur,quod alias licet is ſolus capite puniretur, qui in Romanos peccaſſet muros, quoniam vnicus erat, 8 qui iura haberet imperii, hodie † tamen etiam capite punitos iri quoſcunq; in eos deliquerint muros, vel portas, quæ eam ſepiant Ciuitatem, atque concludant, in qua tanquam in regia, & in ſua Roma reſideat non recognoſcens ſuperiorem, ſeu Imperii iura habens. Alios vero tranſcendens muros, aliorum locorum portas effringens, vel eas aliter offendens, pœnæ extraordinariæ, & arbitrariæ ſubiicietur ex veteri * conſuetudine approbata.

9 Quinimo in tranſcendentibus muros † cuiuslibet ciuitatis id * obſeruatum fuiſſe, & in ſpecie Pergami, vt il capite punirentur,teſtatur,ſe tamen reclamante,Alberic. *in l.fin. incipit, ſi quis violauerit muros, num.1. Verſic. Sed nunquid idem, ff.de rerum diuiſ. Boer. deciſ.232. Et videtur, num.1.Verſ. Et refert tamen.*

Quod & ego libenter admitto,quoties ſimus in iis ci-10 uitatibus, quæ † loco ſunt caſtrorum, quales communiter eſſe conſueuerunt metropolis quælibet ciuitas, & in confinibus conſtituta præſidia, & caſtra, vel eæ ſint ciui-

tates,

tates, vel oppida, vel aliud quippiam, & hic eſt verus caſus
† text. *in l. deſertorem, §. nec non etſi vallum, ff. de re milit.* 11
Vel etiam ſit ille quilibet locus † muris tamen ſeptus, 12
& portis concluſus, adhibitis ſaltem excubiis: quocun-
que enim in loco muros tranſcendenti, &c. capitis immi-
nebit periculum, Boer. *deciſ. 232. Et videtur, num. 3. verſic.*
Et ſic etiam limitatur.

Ampliantur hæc omnia, primo etiamſi muri lapidei
non ſint, ſed † lignei, eadem enim vtroque caſu cenſetur 13
impoſita pœna, *Roman. ſing. 743. Quæſtio eſt de facto, ver-*
ſic. Nunquid ſit idem, Boer. deciſ. 232. Et videtur, quod non,
num. 1. in fin. verſic. Vel valla etiam lignea, text. in l. deſerto-
rem, §. nec non, ff. de re milit. Roland. a Valle conſil. 84. Quo-
niam in præſenti, num. 28. verſic. Et ampliatur hæc con-
cluſio, volum. 2. Farinac. in tit. de Delictis, quæſt. 20. nu-
mero 148. verſic. Limita primo, Decian. in tract. crimin. lib. 7.
cap. 36. part. 2.

Ampliantur ſecundo, vt habeant locum etiam in † ef- 14
fodientibus iuxta muros, vt concidant, tunc enim indi-
ſtincte capitis pœna puniuntur, Roland. à Valle *dicto con-*
ſil. 27. verſic. Et adeo vera eſt, vol. 2. Bald. & Alexand. in l.
Pergit. ff. de ſepul. violat. Bart. & alii in l. fin. ff. de rerum di-
uiſ. Antonius Caius ad Aret. in §. Sancta quoque, in verbo,
Muri ciuitatis, Inſtit. de rerum diuiſ. Baiard. ad Clar. quæſt.
67. num. 71. verſic. Item adde, quod muros.

Ampliantur tertio, & multo magis in iis, qui † rum- 15
punt muros ciuitatis, Farinac. *de Delict. & Pœn. quæſt. 20.*
num. 147. verſic. amplia hunc ſeptimum.

Falluntur hæc omnia, id eſt, ſi † neceſſitate coactus, quis 16
muros tranſcenderit, puta ad euitandam necem, nulli e-
nim erit culpæ obnoxius, nec pœnæ ſubiectus, gloſſ. *in l.*
fin. in verbo, Tranſcendere voluerit, ff. de rerum diuiſ. Boer.
deciſ. 232. Et videtur, quod non, num. 1. verſ. Tum, quia, Clar.
lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quæſt. 68. Nunc videndum eſt, nu.
29. verſ. Et ita omnino, vbi dicit ita* omnino * ſeruandum, * *
vbi hæc † duo copulatiue concurrunt, tempus pacis & ef- 17
fugiendi neceſſitas, Roland. à Valle, *conſil. 84. Quoniam*
in præſenti, num. 28. verſiculo Quam tamen concluſionem,

Volum

Volum. 2. Decian. tract. crimin. part. 2. lib. 7. cap. 36. numero 7. & 8.

18 Vel etiam alias, ſine dolo, quia † extraordinaria tantum pœna plecteretur, de * communi Farin. *in tit. de Delictis, quæſt. 20. num. 149. Verſic. Limita 2.* qui loquitur de * nocturno tempore, & dicit ita omnino * ſeruandum, ita etiam Cephal. *conſil. 75. num. 9. & ſequen. Burſat. conſil. 152. Quia enixis, num. 37. Verſic. Et præcipue crimina, Vol. 2.* poſt *Ruin. conſil. 2. num. 5. Vol. 5.* & alios *ibi* allegatos, quod ſi ad aliud quippiam, quam ad violandos muros, quis illos

19 tranſcenderit, puta, ad † fugam carcerati, tenebitur tantum de principali delicto, ſcilicet de ope carcerato ad fugam præſtita, Bar. Bertaz. *conſil. crim. 344. Dubia propoſita, num. 2. Verſic. Non obſtat etiam, Vol. 2.*

20 Sed † cogita, quoniam ſubeſt dolus, maximum Reipublicæ incommodum, ideo muros videtur omnino violare.

21 Fallunt ſecundo, ſi † fouea tantum intercedat, quoniam non capitis pœna punitur, ſed crurium impendet amputatio, Roman. *ſing. 743. Quæſtio eſt de facto, Verſic. Secus autem ſi habeat, Roland. à Valle conſil. 84. Quoniam in præſenti, num. 29. Verſic. Secus, ſi quis foſſam, Vol. 2. Capoll. de ſeruit. Vrb. prædiorum, in tit. de Scalis, cap. 54. Scalas muri, num. 9. Verſic. Item ſi quis aſcenderit, Boer. dicta deciſ. 232. Et videtur, num. 1. in fin. Verſic. Secus, ſi habeat foſſas tantum.*

Illud autem, quod huic ſecundæ fallentiæ vim facere videtur, dum in principio huius capitis diximus aliquid de mortuo Remo, quod ex communi hiſtoria videtur tantum ſucceſſiſſe ex violata foſſa, euitant nonnulli ex

22 eo, quod † varie varii recenſeãt hiſtoriam, additur ad Roman. *dicta ſing. 743. in fin. Verſ. Et adde, quod varie, Boer. deciſ. 232. Et videtur, quod non, num. 2. Verſic. Tamen de Re-*

23 *mulo.* Vnde ſuccedit, quod † lex varios habens intellectus, ſeu quodlibet aliud adduci non debet ad cauſſarum deciſionem, nec allegari poteſt, Socin. ſen. *in l. 1. num. 5. in ff. quis, & a quo, Iaſ. in l. captatorias, num. 13. C. de teſtament. milit.*

Sed

Sed certe non video, quomodo tollant Remi hiſtoriam, nec quomodo amputationis crurium nouam quodam pacto conſtituant opinionem: Illud enim de † Remi 24
hiſtoria eſt iam tandem ſupremæ antiquitatis authoritate ſtabilitum, quod id fuerit ex foueæ violatione. Nec obſtat, quod dicunt hi, Remnm potius inuidia, quam iure, Romuli iuſſu, vel intuitu interemptū; quicquid enim lateret, Remus foſſam tranſiliens offenſa lege fuit occiſus.

Vel ergo foſſam offendens † capite puniendus eſt Re- 25
mi exemplo, ſi priorem attendamus conſtitutionem, vel, ſi poſteriorem *text. in l. deſertorem*, §. *ſi vero*, *ff. de re milit.* amplectamur ſanctionem, vel gradus amittit prærogatiuam, ſi ſit in dignitate conſtitutus, vel meo iudicio exulabit, ſi ſit dignus Ecce verba, *text. in l. deſertorem*, §. *ſi vero*, *ff. de re milit.* Si vero, *inquit text.* quis foſſam tranſiliuerit, militia reiicitur.

Et ego arbitror † pœnam imponendam extraordina- 26
riam, niſi repugnet qualitas loci, temporis & perſonæ, Farinac. *in tit. de Delictis, quæſt.* 20. *num.* 148. *Verſic. Limita* 1. *in fin.*

Fallit tertio, ſi † effectus non ſequatur, Farinac. *dicta* 27
quæſt. 20 *num.* 150. *Verſic. Limita* 3. poſt plures *ibi* allegatos,
quam limitationem † ego veram intelligo, ſi non ſequa- 28
tur effectus ex pœnitentia muros tranſcendentis, ſecus ſi ex impotentia, alioque ſuperueniente impedimento, vt ſcripſi *in ſuperiori cap. in fi.* & de* ſecuto caſu teſtatur *
Farinac. *loco cit.* licet diſſentiat ipſe, & alia conſideret delicta in caſu illo.

Fallit quarto ſi vtilis Reipub. cauſſa ſubſit, puta ad per-
ſequendum † bannitum, tunc enim licet etiam per ciui- 29
tatis muros, & egredi & ingredi, Claud. Bertaz. *ad conſil. patris ſui conſil.* 132. *D. Marcus Antonius ſub litera B. in fin. poſt Vulpell. conſil.* 34 *num.* 14. & 15. & alios *ibi* allegatos,
Vol. 1. & licet hoc caſu recenſeat † Farin. *de delict. quæſt.* 20. 30
num. 149 *in* 2. *limit.* volentes pœna extraordinaria iudicis
arbitrio puniendos ſic muros tranſcendentes, hoc † ta- 31
men non prorſus verum arbitror hoc in caſu, ne tantum officium in maximum Reipub. commodum ad ipſius Reipub.

pub. perennes excipiendos hoſtes, ſit ſuo authori iniuriosum. Quanquam ánte Farinac. idem ſenſit poſt Nellum *in tract. de Bannit. part. 2. 2. temporis, num. 13. & Ruin conſil. 2. num. 5. & 6. lib. 5. D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbit. Iud. caſu* 483. *Ciuitatis muros, num. 7. Verſic. Iudicis etiam arbitrio* Et tandem vidi mecum ſentientem Burſat. *conſil. 134. Dubitatur, num. 4. Ioannes, num. 1. Verſic. Verum, Vt ingenue, Vol. 2.*

Fallunt quinto, tempore pacis; eſt enim communis diſtinctio inter tempora pacis, & belli, pœna capitis im-
32 ponatur, tempore vero † pacis pœna arbitraria, & ita bis
* fuiſſe * concluſum teſtatur Boer. *deciſ. 232. Et videtur, quod non, num. 3. Verſic. Et ſic etiam limitatur,* & ita Capua
* in facti contingentia fuiſſe * determinatum poſt *Iſern. Gramm.* & alios teſtatur Farinac. *de delict. & Pœn. quæſt. 20. num. 151. Verſic. Limita quarto, Magon. deci. Lucenſ. 96. num. 14. Clar. lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quæſt. 68. Nunc videndum eſt, nu. 29. Verſic. Muros ciuitatis, in fin.* & ita * ſeruandum eſſe ſcribit Clar. *lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quæſt. 68. num. 29. Verſic & ita omnino.*

Et quod clarius eſt, tempore pacis muros tranſcen-
33 dentem pœna † viginti ſolidorum plectendum ſcripſit poſt Capu. *ibi* allegat. *Baiard. ad Clar. quæſt. 68. num. 73. Verſic. Adde quod hoc eſt.*

34 Quod ego † intelligo verum, reſpectu ciuitatum, vel illorum oppidorum, in quibus tanquam in præſidio quodam non degat Princeps, vel præcipua totius regionis tutelæ ſpes non iaceat; cæterum per ſupradicta dico quolibet tempore, & pacis, & belli, capitis impendere periculum in muros, vel portas peccanti.

CAPVT XX.

De effractoribus.

ARGVMENTVM.

Effractoribus nocturnis ſcripta recenſe-

tur

tur pœna; Alia autem remiſſiue obſeruantur.

Svmmaria.

1 *Effractores nocturni atrociores diurnis.*
2 *Effractores nocturni, qua puniantur pœna.*
3 *Effractorum nocturnorum nonnulla remiſſiue.*

Illvd de effractoribus ſcribit Paulus *in l. inter effractores, ff. de effractoribus,* quod † atrociores cum ſint nocturni effractores, quam diurni, ideo diurnis effractoribus poſt fuſtium caſtigationem in opus perpetuum, vel temporarium dari nocturni † fuſtibus cæſi in metallum dari ſolent. Idem monuit Scæuola *in l. quaro, ff. de oper. liber Pet. Gregor. Tholoſſ. part. 3. Syntag. iur. lib. 37. cap. 14. Alia ſunt periſtaſes, num. 2.* 1 2

Sunt autem pleraque † alia, quæ hic opportune, ſuoque velut loco de Effractoribus nocturnis poſſent ſubiici; Verum, ne ipſum fruſtremur lectorem idem pluries repetendo, & videri poterunt, & huc ſimul relata haberi, ea, quæ dicemus *in cap. de Foribus, & Apotheca, in cap. de Fure, & in cap. de Probationibus.* 3

Capvt XXI.

De Foribus, & Apotheca.

Argvmentvm.

Ex Apotheca, vel oſtio, nocturno tempore effracto, an recte ad furtum inferatur. Quid de fores iniuriæ, alteriuſue rei gratia effringentibus, vel eaſdem, aut nomina, aut munere ementito violantibus, ſit ſtatuendum.

SVMMARIA.

1 *Oſtium nocturno tempore effractum, furtum probat.*
Idem in muro fracto, num. 2.
Idem in Apotheca, num. 3.
Idem in arca, num. 4.
Idem in capſa, num. 5.
6 *Feneſtra nocturno tempore fracta furtum perſuadet.*
7 *Oſtii ſola fractura non probat furtum.*
Nec etiam id aut Iudice, aut notario referente, numero 8.
9 *Oſtii fractura quibus adiunctur coniecturis ad probandum furtum.*
10 *Famuli fuga oſtio fracto furtum probat.*
11 *Furtum nocturnum cum oſtii fractura quomodo plene probetur.*
12 *Additio Speculatoris, num. 12.*
13 *Acclamationes operantur, vt quis liberetur ab interitu rei.*
14 *Furtum nocturnum cum fractura oſtii probatur per publicam vocem, & famam.*
Vel alio pacto, remiſſiue, ibid.
15 *Acclamationes, ſeu*
Vociſerationes nocturnæ licet maxime proſint, ſi tamen aliunde non conſtet, de furto non probant.
Iudicis tamen relinquitur arbitrio, num. 16.
Praxis datur, num. 17.
18 *Acclamationes, indiſtincte aliquod faciunt indicium.*
19 *Acclamatio in furto nocturno non ſemper neceſſaria, & quare.*
20 *Proteſtatio in ordine ad actum coactum, vbi, & quando fieri poſſit.*
21 *Apotheca. In apothecis nullus dormire conſueuit, quæ ſit vtilitas.*
22 *Oſtii fractura arguit furtum, ſed cuius oſtii.*
23 *Furtum probatur ex oſtii fractura, ſi probentur res ſuiſſe ſubtractæ fuiſſe in domo damnum paſſi aliquando.*
Dubitat Author, & quare, num. 25.

24 *Poſ.*

24 Poſſeſſio præterita arguit præſentem.
26 Furtum in ſolis rebus mobilibus committi poteſt.
27 Interdictum Vti poſſidetis concedit, vt ex præterito arguatur in præſens quoad poſſeſſionem.
29 Poſſeſſio in rebus furto ſubtractis arguitur ex præſenti in præteritum ex Grato.
Sed loquitur reſpectu pignoris, num. 30
Quod an diſtincte conſideratum reprobat Author, numero 31.
32 Pignus quando poſſit locari, & quæ ſunt ad id obſeruanda.
33 Oſtio fracto, ſi deinde furtum ſequatur, nulla erit domino culpa adſcribenda.
Nec ideo cuſtodi tortura inferri poterit, num. 34.
35 Oſtio fracto non dicitur in culpa dominus in ordine ad furtum, ſi locus erat tutus, & oſtium bene firmatum.
36 Oſtium nocturno tempore relinquens apertum dicitur eſſe in lata culpa.
37 Famulus ſi furtum commiſerit, quando id domino imputetur.
38 Oſtium frangens non ex cauſſa furti, non tenetur de furto ſi furtum ſequatur.
Tenetur tamen actione in factum, num. 39.
Interdum tamen furti tenetur, num. 40.
Alius caſus, num. 41.
42 Domum alienam ingrediens nomine ementito, vel confičto munere, grauius effractoribus puniuntur ex Authore.
Ratio redditur, num. 43.
44 Fores libidinis cauſſa effringentes, qua puniantur pœna.
Aliud dubitatiue ſentit Author, num. 47.
Remittit tamen Iudicis arbitrio, num. 48.
45 Meretrici vim inferens, ex atrocitate iniuriæ poterit capite puniri.
46 Arbitrium à lege datum in maleficiis poteſt ſe ad mortem extendere.

Contrarium commune, num. 48.
Oſtii fractura, &
49 *Scalarum appoſitio ad feneſtram æquiparantur.*
Declarat Author, num. 50.
51 *Oſtium effringens non poteſt inquiri de violentia.*
52 *Violentia propie exercetur in perſona, non in re.*
53 *Oſtium effringens furti, vel libidinis cauſſa, quando de ſola teneatur iactura.*
54 *Carcerum fores effringens, qua puniatur pœna, remiſſiue.*

OSTIVM nocturno tempore effractum pignoris, vel
1 cuiuſpiam alterius rei † furtum probare ſcripſit Specular. *in tit. de furt. num. 25. verſic. ſed quomodo probatur,* per text. *in l. Pignus. C. de pignorib.* & tex. *in l. 1. & 3. C de locato, & conduct. Bart. in l. ſi quando, num. 5. verſic. Eodem modo dic, C. vnde vi,* & *ibi Bald. & alii, Dec. conſil. 473. Quærit in*
2 *effectu, num. 12. verſic.* Et idem in † muro rupto, *Bart. iterum in l. ſi quis ex argentariis, §. an vero, nec heredi, num. 3. verſic. Sed quæro, quæ erunt iſta, ff. de edend.* & rurſus Speculat. *in tit. de pignor. num. 15. Sed qualiter probabit, Aretin. in §. ſed iſta, inſtit. de action. num. 11. verſic. Quarto ſi diligentiam, & num. 12. verſic. Quomodo autem probetur furtum,*
3 qui idem dicit in † Apotheca fracta vel perforata, *Clar. lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quæſt. 4. num. 4. verſic. Et hæc, quæ*
4 *dicta ſunt,* qui idem ſentit etiam in pariete, vel † arca confracta. Idem Clar *quæſt. 66. Hæc omnia ceſſant, verſic. Idem-*
* *que ſi oſtendat,* plures adducit Maſcard. de * communi omnium ſententia teſtans *in tract. de probat. concluſ. 831. Furtum eſſe difficilis, num. 8 verſic. Verum vt facilius, Farinac. in tit. de Inquiſitione, quæſt. 2. num. 29. verſic. Quarta ſu-*
5 *mitur coniectura,* qui idem dicit in † capſa, *Alexand. conſil. 24. Animaduerſis his, num. 6. verſic. Idem voluit Bald. in . r. Gratus,* qui dicit id eſſe verum nō ſolum in fractura oſtii,
6 vel Apothecæ, ſed etiam † feneſtræ, *conſil. 94. Viſis facti ſpecie. num. 12. verſic. Prima coniectura, vol. 2.* qui *ibid num.*
* 13. teſtatur de * communi *Gerar. ſing. 8. Nota, quod in caſibus, in princ. Iaſ in l. ſi quis ex argentariis, §. prætor ait, nu. 13.*

ff. de

ff.de eden.D.meus Præſ.Menoch.de præſump.lib.6. præſump. 61.Egregia eſt diſputatio,num.20.Verſ.Cæterum dubitari hic contingit,Thom.Gram.conſ.17.In cauſſa furti Cuſentini nu. 1.Verſ.Et quod ex fractura.in crim.poſt Caſtrenſ.in l.ſi creditor,C.de pignorat.act.vbi etiam Bart.nu.5.

Sola tamen oſtii † fractura furtum non probat, ſed aliæ requiruntur accumulatæ coniecturæ, Roland. à Valle conſil.51 Iudicantem oportet,num.18.Verſic.Nam non ſequitur,Vol.1.poſt Alex.conſil.53.Vol.2. & dicit ita tenere * Doctores in l.ſi quando,C.Vnde Vi,qui ideo dixit ibid.dico Roland.à Valle dicto conſil.51 num.17.Verſic.Imo fortius,Vol.1. poſt Marſil. conſil.8. quod etſi Iudex † maleficiorum & Notarius feciſſet relationẽ reperiſſe capſam confractam, & vidiſſe domum,in qua bona ſublata aſſeruntur, adhuc non ſufficiet eiuſmodi delatio, niſi aliæ adducantur coniecturæ. Idem voluit Marſil.conſil.8.nu 4.& 5.Brun.à Sole, Clar.Follerius,de quibus Farin.in tit.de Inquiſitione,quæſt. 2.nu 19.Verſic.Ideo,Vbi prætenditur. 7 * 8

Coniecturæ autem † plures a Doctoribus ad id animaduertuntur,quarum Bart.in dicta l.ſi quis ex argentariis, §.an Vero nec heredi, num.3.ff.de edend. eam recenſet,ſi fracto oſtio † famulus aufugerit,Clar.lib.5.§.fin.quæſt.66. Hæc omnia in prin.vbi de * communi poſt Rimin.Sen.conſil 2.nu.3. Thom.Gram.conſil.crim.60.In cauſſa nuntii,nu. 1.Verſic Vt per fracturam oſtii, Alexan.conſil.53. Viſo Themate ſupra ſcripto, num.1. lib.2. poſt Bart.ibi allegatum, quem dicit alios * ſequi.Idem Bart.in dicta l.ſi quando, C. Vnde Vi in fin.dicit probari † furtum iis concurrentibus, oſtii, vel muri fractura, depoſitione familiarum, & ſociorum, qui nocturno tempore ſenſerint furem, res tales in domo viderint, quæ deinde non fuerint repertæ, Aret. in §.ſed iſte,num.12.Verſic.Quomodo autem probetur, Inſtit. de act. Addit aliud Specul.in dicto tit.de furtis, requiri nocturno tempore clamorem inhabitantium, requiri inſuper, quod ſurrexerint & dixerint vicinis † ſibi tale pignus fuiſſe ſubreptum per text.in l.licet,ff.ad legem Falcid.Idem voluit idem Specul. in tit.de Pignorib. num.15. Verſic.Sed ſi in nocte clamauit,argu.l.cap.5.ff.de adult.quoniã per illum 9 10 * * 11 12

13 *text.* proteſtationes, & † acclamationes operantur, ut
quis liberetur ab interitu rei Roland. a Valle *conſil. 51. Iu-
dicantem oportet, num. 18. Verſic. Sed tunc dicitur probatum,
Vol. 1. Grat. conſil. 94. Viſis facti ſpecie, num. 14. Verſic. Secun-
da coniecturalis, Vol. 2. & num. 12. Verſic. Prima coniectura,*
14 vel etiam nocturni furti † publica ſit vox, & fama, de quo
tamen vide ea, quæ dicemus *in cap. de Fama, Grat. loco
cit. num. 17. Verſic. Quarta probatio,* vel alia interceſſerint,
de quibus *Grat. loco cit. qui ibid. num. 19. Verſic. Et ex his o-*
* *mnibus,* concludit ſecundum * communes Iureconſulto-
rum ſententias iis omnibus concurrentibus, legitime, &
plene probari furtum, & *num. 20.* ſubiicit ab hac opinione
* in * iudicando nullo recedendum pacto. Atque concur-
rente oſtii fractura, teſtimonioque dicentium ſe vidiſſe
antea pannos in apotheca, probatum dici furtum, & ita
* * concluſum fuiſſe teſtatur *Rota Genuenſ. deciſ. 113. Mat-
thaus, & Defendinus in princ. Verſic. Conuentus Chriſto-
phorus,* quod & voluit Thomas Grammat. *in Conſilio cri-
min. 14. In cauſſa pulcherrima mulieris Violantis Portugal-
lenſis, num. 1. Verſic. Præterea liquet ante omnia;* Idem *conſil.
41. In cauſſa Nobilis Iuſtinæ Brunæ, num. 2. Verſic. Et quod
apparet furtum ipſum fuiſſe commiſſum,* impreſſio Lugdu-
nenſis apud Philippum Tingum Florentinum, *Alex. in
conſilio 53. Viſo themate, numero 2. Verſiculo Reſpondet ipſe,
lib. 2.*

Quo tamen caueas loco, quod licet vociferationes
15 maxime † proſint, ſi tamen aliunde non conſtet, nec de
fure, nec de furto, non ideo rerum amiſſio furtiua proba-
bitur, *Gerar. ſing. 8. Nota quod in caſibus, num. 2. Verſic. &
Specul. Specul. in dicto tit. de Pignor. num. 15. Verſic. Sed dic
contra,* per text. *in l. metum, C. quod metus cauſ. Boſſ. in tit.*
16 *de furt. in princ. num. 2.* quod tamen omnino † iudicis ar-
bitrio relinquo cum Claud. Bertaz. *ad conſil. patris ſui con-
ſil. 338. D. Georgius ſub litera D. Verſic. Iſte autem clamor lib.
2. in criminalib.* poſt Angel. *in l. fin. ff. de furt. Riminal. iun.
conſil. 210. Salycet. in l. 1. C. de dilat. & in l. quæſitum, ff. de re
iudic. Caphal. conſil. 640.* Attenta qualitate loci, perſona-
rum & earum rerum, quæ furto ſubtractæ aſſeruntur.

Quare

Quare attentis acclamationibus nocturno tempore factis, illas conteſtantibus ſaltem † duobus vicinis, bona 17
fama acclamantis, oſtii fractura, controuerſia rei vilis
* ſtandum eſſe iuramento damnum paſſi ſcripſit Gerard. *ſingu.8. Nota, quod in caſibus, numer. 2. Verſ. Tu vero vltra declarei*, & ita intelligo, *Rimin. Sen. inter conſil. Grati, conſil. 95. Viſa facti narratione, numer. 12. Verſ. Præmittitur, libr. 2. Gramma. conſil. crimin. 17. In cauſſa furti, numer. 2. Verſ. Attamen ſtabilitur iuramento*, qui id dicit aperte ex
* opinione Canoniſtarum, vt in latrocinio de nocte *
commiſſo præter fracturam oſtii, vbi res erat, attentatur qualitas perſonæ, rei, loci, temporis, & ſimilium; Idem voluit Alexand. *conſil. 53. Viſo themate ſupraſcripto, nume. 3. Verſ. Vbi concludunt, quod ſi lib. 2. D. Menoch. lib. 6. Præſump. 61. Egregia, numer. 23. Verſ. Eſt etiam.* Acclamationes autem † indiſtincte facere ſemper aliquod indicium ſcripſit 18
idem *Gerard. d. ſing. 8. num. 2. poſt* Bal *in l. 1 §. potuiſſe, ff. ad Sillan.*

Nec tamen neceſſariam † arbitror ſemper acclama- 19
tionem, quid enim ſi acclamantibus manifeſtum vitæ impendeat periculum? Modo fiat in continenti propalatio, ſeu proteſtatio, dico in continenti vbi ceſſauerit metus ratio, quemadmodum de † proteſtatione, quæ fit ra- 20
tione actus coacti tradit poſt alios Iaſo. *in l. qui in aliena, §. Celſus, nume. 46 Verſ. Sexto, & Vltimo, ff. de acquir. hered. text. in cap. 2. & in cap. ad aures, quod met. ca. in cap. fin de appellat.*

Multoque minus requiritur acclamatio, ſi ſit apotheca, quæ vel confringatur, vel perforetur, quoniam in
† eiuſmodi apothecis nullus dormire conſueuit, & ſuffi- 21
cit ſola fractura, ita poſt Salycet. ibi allegatum dixit hoc ſingulare Aretin. *in §. ſed iſta quidem, num. 11 Verſ. Quarto, ſi diligentiam, Inſt. de act.* quod dixit perpetuo * notandū, *
tanquam id, quod Bononiæ contigerit in cuiuſdam Ioannis Buttrigleri perſona, ita etiam Salycet. *in l. cum duobus, § damna in fi. ff. pro ſocio, Iaſ in d. §. ſed iſta, nu 47. Verſ. Quod declarat in ſpecie, Inſtit. de act.* vbi de eadem teſtatur
* contingentia. *

Illud præterea, quod de fractura oſtii diximus, non de cuiuſlibet oſtii fractura intellexit Maſcard. *de probat. concluſ. 830. Furtum eſſe difficilus, numer. 8. Verſ. Et Vt, quod*
22 *propoſui*, ſed de † eo fracto oſtio, ex quo facilior pateret aditus ad res illas exportandas, quæ furto ſubtractæ dicerentur.

Amplius, quod diximus probandum eſſe res furto, quę
23 ſubtractæ dicuntur, eas fuiſſe in † domo damnum paſſi, non eſt neceſſe probare illas adfuiſſe tempore commiſſi
24 furti, ſed aliquando fuiſſe, quoniam ex præterita † poſſeſſione præſens præſumitur, ita in puncto Maſcard. *de probat. concluſ. 829. Agentem ad rem, numer. 5. Verſ. Iſtud*
* *poſtremum*, vbi de * communi, per text. *in l. ſiue poſſidetis* cum *gloſſ. in Verbo, conſtituti, C. de probat. Bart. in l. quidam*
* *in ſuo, poſt num. 4. ff. de condit. Inſtit.* de * communi etiam *Farinac. in titu. de Inquiſitione, quaeſt. 2. num. 19. prope med. Verſ. Vbi tamen dicit, D. meus Praeſ. Menoch. de praeſump. lib. 6. praeſumpt. 61. Egregia eſt diſputatio, nu. 26. Verſ. Praeterea, quod res.*

25 Sed ego de hoc maxime † dubito, quoniam, licet quod pertinet ad immobilia, qui in præteritum poſſedit, hodie quoque poſſidere præſumatur, illud tamen non eſt ſine dubitatione in rebus mobilibus, in quibus ſolis, non au-
26 tem in immobilibus committi poteſt † furtum, *text. in l. quare, in fin. ff. de Vſucap. text. in §. quid autem ad eas, Verſ. Abolita eſt enim Inſt. eod. gloſſ. in § furtum eſt contrectatio, in Verbo rei Inſtit. de obligat. quae ex delict.* ſi quidem in remedio retinendæ poſſeſſionis, licet quod pertinet ad in-
27 terdictum † vti poſſidetis, qui in præteritum poſſidebat cenſeatur etiam poſſidere tempore litis moræ, & litis
* conteſtatæ, vt eſſe opinionem * communiter receptam ſcripſit Couar. *in titu. de praeſcript. in §. 1. part. 2. numer. 4. Verſ. Nam is text.* qui ita declarat Ioan. Fabrum *in §. reti-*
* *nendae, num. 23. Inſtit. de interdict.* & ita fuiſſe * concluſum in Conſilio Regio, teſtatus eſt Afflictus *deciſ. 394. Eccleſia S. Martini, num. 4. Verſ. Vnde cum pro parte*; quod tamen
28 pertinet ad interdictum; † Vtrobi, contrarium plerique tenuerunt, vt ſcilicet non valeat argumentum, Poſſide-

bam

bam, in præteritum, ergo, & hodie præſumor poſſidere, de quibus Maſcard. *de probat. concluſ. 1190. Poſſeſſorio interdicto, Vti poſſidetis, numer. 18. Verſ. Secundo declaratur,* qui *ibid. nume. 20. Verſic. Attamen quoad hanc*, clarius omnibus diſtinguit inter interdictum Vti poſſidetis, & Vtrobi, vt in hoc requiratur probatio poſſeſſionis tempore litis conteſtatæ, in illo ſufficiat probatio poſſeſſionis in præteritum.

Nec obſtat, quod in indiuiduo furti ſcripſit Grat. *conſ. 94. Viſa facti ſpecie, num. 26. Verſ. Vltimo non obſtat, libr. 2.* dum voluit, quod etiam in rebus † furto ſubtractis ex prę- 29 terito in præſens prę ſumatur quoad poſſeſſionem, vbi teſtatur de * communi. *

Etenim is loquitur reſpectu † pignoris furto ſubtracti, 30 quod inuito domino non poteſt cõtrectari, ſub pęna furti *l. ſi pignore, ff. de fur.* nec illius immutari poſſeſſio, & in hoc vim facit Grat. *loco cit.* ſi benè animaduertatur, in quo etiam concludit Specul. *in tit. de furt. ad fin. & Alex. conſ. 53. Viſo themate, nu. 2. Verſ. Vbi quarit. lib. 2.*

Sed nec hoc verum eſt † indiſtinctè, quid enim ſi pi- 31 gnus conſiſtat in equo conductitio? Poterit certe pignoratatius equum pignori datum † locare, modo domino 32 equi vecturam, quam aiunt, pecuniam ſcilicet locati equi reſtituat, vel eandem ſibi imputet ad ſortem extenuandam, quatenus ſumptus equi excedit, Bald. *in l. 2. num. 1. C. de part. pign.*

Conſtito autem de furto nullam poſſe domino † cul- 33 pam hoc caſu adſcribi, ſtante muri, oſtii, apothecæ, vel feneſtræ fractura ſcripſit Decius *conſil. 473. Quaritur in effectu, nu. 12. Verſ. Non obſtat*, qui ideo noluit cuſtodi † tor- 34 turam inferri poſſe, quod tamen verum eſt, ſi in loco benè tutiores furto ſubtracto cuſtodiebatur, & oſtium † benè fuit firmatum, oſtio enim aperto † nocturno 35 tempore dicitur incola eſſe in lata culpa, ſi aliquid inde 36 contingat Bald. *in l. ſolam. num. 13. Verſ. Item ſi volo probare C. de teſtibus*, debet ergo eſſe locus benè tutus, & oſtium benè firmatum Aretin. *in §. ſed iſta, num. 11. Verſ. Quarto ſi diligentiam Inſtit. de action. ibid. Iaſo num. 47. Verſ. Ex*

tunc culpa dicitur, Salycet. in l. cum duobus §. damna in fin. ff. pro ſocio Grat. conſil. 94. Viſis facti ſpecie, numer. 40. Verſ. Tertio facit, lib. 2. Curt. iun. conſil. 256. numer. 12. D. meus Præſ. Menoch de præſumpt. libro ſexto, præſumpt. 61. Egregia eſt diſputatio num. 38. Verſ. Idem eſt quando, & num. 39. Verſ. Ita quoq;.

Quod indiſtincte verum eſt, quoties furtum commiſ-
37 ſum fuit ab extraneis, quid ſi a † famulo? diſtinguendum erit inter famulum probum, & inter famulum improbum, vt ſecundo caſu cenſeatur omnino dominus in culpa, priore nequaquam, D. meus Præſ. Menoch. *d præſump. 61. num. 38. Verſ. Et huc accedit, Iaſ. in § ſed iſta, num 47. Verſ. Quod declarat ipſe, Inſti. de action. ibi l. Aretin. num* 11. *Verſ. Vel tertio ſecundum Cyn. per text. in l. cum in fi. ff. commod. Rom. conſ. 413. Quoad primum, in quo quæritur, nu. 13. Verſ. Sed hic Iacobus*, de quo etiam per *doctores in l. admonendi ff. de iureiur. Alex. conſ. 53. Viſo themate, num. 3. Verſ. Et ex hoc ſuadeo, lib. 2.*

Oſtium autem frangens, non vt furetur, ſed vel odii, vel iniuriæ, vel cuiuſpiam alterius rei gratia, ſi inde furtum ſequatur, an furti teneatur, eſt text. apertus, quod
38 † non *in l. qui iniuria in prin. ff. de furt.* Qui iniuriæ cauſſa ianuam effregit: quamuis inde per alios res amotæ ſint, non tenetur furti: nam maleficia voluntas, & propoſitum delinquentis diſtinguit. Hactenus text. Eſt conſimilis *text. in l. Verum ff. eo. de furt.* verum eſt, inquit Vlpianus *ibi* ſi meretricem alienam ancillam rapuit quis, vel celauit, furtum non eſſe. Nec enim factum quæritur, ſed cauſſa facti; cauſſa autem faciendi libido fuit, non furtum. Et ideo etiam eum, qui fores meretricis effregit libidinis cauſſa: & fures non ab eo inducti, ſed alias ingreſſi, meretricis res egeſſerunt, furti non teneri. Idem voluit Alexa. *conſ. 103. Videtur prima conſideratione, nu. 9. Verſ. Tertio non obſtat, lib. 1.*

Ne tamen ſcelus totum illi videatur condonari, quod ad caſum conſequentem attinet, furtumque ea de re patratum innoxium omnino videatur, licet oſtium, vel apothecam effringens, quamobrem furtum conſequatur,

tur, ignominioſa furti actione non contineatur, datur tamen contra eum † actio in factum, vt eſt *text. in §. interdum quoque, §. ſed quid ſi eorum, Inſt. de obligat. quæ ex delicto, tex. in l. in furti actione §. ope, conſilioq́; & ibi glo. in Verbo Poſſeſſ. ff. de furt.* 39

Quanquam, & furti actione tenetur fores effringens, ſi data † opera feneſtram, vel oſtium effregit, vt alius furtum faceret, quiue ferramenta ad effringendum, aut ſcalas feneſtris ſupponendas commodauit, ſciens, cuius rei gratia commodauerit §. *interdum, Inſtit. de obligat. quæ ex delict.* 40

Atque hoc, ſiue ex condicto fores effregit, vt alius furtum faceret, vt diximus, ſiue etiam alias certus † certum, vel incertum eam ob rem furtum commiſſum, Bartol. *in l. in furti actione §. ope. in princip. ff. de furt. text. in l. qui ſeruo, ff. eo. text. in l. ſi p.uonem meum, ff. eod. de furt. & facit text. in §. interdum Inſtit. de obligat. quæ ex delict. ibi, Sciens cuius rei gratia commodauerit, Alexand. etiam conſ. 103. Videtur prima conſideratione, numer. 9. Verſ. Tertio non obſtat, lib. 1.* 41

Quo caſu † acrius punirem ego, vel nomen ementientes, vel munus aliquod publicum confingentes, nec enim defuerunt, qui ſatellitiæ cohortis ſuſcepto colore, etiam nobiliſſimorum virorum, ac potentiſſimorum equitum domos, & aggreſſi fuerint, & ingreſſi, ibidem male ſe agentes, aduerſus, & res, & perſonas, hos ergo acrius puniendos, atque ſeuerius coercendos arbitror, quoniam priore caſu, dum fores † franguntur, non difficile ſit, & domeſticis acclamare, & ad vicinos effractionis ſtrepitum peruenire; poſteriore vero nihil eiuſmodi proſit, ſed inermis inuadatur familia, balbutientes comprehendantur domeſtici, omnia cadant animis. 42 43

Fores autem effringentes libidinis cauſſa, quanquam de iis meminit text. *in l. Verum, ff. de ſurt.* & alia iura ſuperius allegata, qua tamen puniantur pœna cautum non vidi. Atque ex iis, quæ diximus *in ca. de Scalarum Vſu,* videtur dicendum, quod † aliud ſit effringere fores pudicæ 44
mulieris

mulieris, aliud impudicæ, vt primo caſu pœna immineat capitis, ſecundo extraordinaria iudicis arbitrio, *Bald. in l. fi. num. 3. Verſ. Sed hic quæritur, ff de diuiſ. rerum, Aretin. in §. Sanctæ quoq; res, num. 4. Verſ. Quæ pœna eſt apponenti ſcalas. Inſt. de rerum diuiſ. Baiar. ad Clar. in §. ſtuprum numer. 33. Verſ. Item adde, quod ponens ſcalas.* Addo Ioſephum Fontanellum inter *conſilia crimin. Ziletti conſ. 97. Thema Donatus Vol. 2. num. 10. Verſ. Neq; obſtat, iuncto nu. 26. Verſ. Conſiderari etiam.* in quo conſilio late de ſcalarum vſu declarando tamen, vt declarabimus *in ca. ſeq. Marcus Mantua inter ead. conſ. Ziletti conſ. 98. Profecto negari non poteſt, nu. 1. iuncto nu. 4. Ver. Et quod deniq; mulier, lib. 2.*

Sed certe hi loquuntur reſpectu appoſitionis ſcalarum ſimplicis; quam ob rem, & *Aretin. & Bald. locis citat.*
45 volunt, quod iniuria poſſet eſſe adeo † atrox, vt etiam mors veniret imponenda, *argum. l. quoniam multa, C. ad*
46 *l. Iul. de Vi,* quoniam † arbitrium a lege datum in maleficiis, poteſt ſe etiam vſque ad mortem extendere, ſi ſit factum multum graue, *argum. gloſſ. in §. pen.* & per ea, quæ ibi dicit Aretin. *Inſtitut. de iniur.* quod dicit Aretin. *in d. §. Sanctæ quoq; in fin. Inſtit. de rerum diuiſ.* notandum tan-
* quam * quotidianum. Non ideo tamen dicere velim ſimplicem oſtii fracturam, etiam ad libidinem mortis pœ-
47 nam irrogare, ſed ſi † aliud quippiam accederet iniurioſum, atrocius profecto efficeretur delictum. Plurimum in
48 his poterit † arbitrium iuſdicentis.

Quanquam quod pertinet ad illud Baldi, & Aretini, imò quod pendet ex iudicis arbitrio, non debere eſſe capitale ſcripſit *Grammat. conſ. 36. In cauſſa Camilli, num. 21*
* *Verſ. Et ideo in crimin.* & ita * communiter teneri ſcribit Afflict. *deciſ. 276. Sereniſſimus Rex, num. 6. Verſ. Sed per ſtuprum,* qui dicit glo. *ibi* allegatam contrarium ſentientem
* eſſe * communiter reprobatam.

Nec ſuperioribus aduerſatur, quod voluit Fontanellus *inter conſilia crim. Ziletti, li. 2. conſ. 97. Thema Donatus libidine, n. 5. Ver. Vnde infertur,* vbi voluit † æquiparari caſum
49 appoſitionis ſcalarũ ad feneſtras, & fracturę oſtii, ęquiparat enim ſi benè aduertatur, in ſenſu † mitiori, nõ in ſenſu
50 duriori

duriori, in quód nón eſt grauius delictum apponere ſcalas, quam vt frangere oſtium, vt ibi ipſe dicit patere ad * ſenſum, ſed non negat grauius eſſe frangere oſtium, quam feneſtram aſcendere, quinimo id innuere videtur, ſi benè is obſeruetur. *

Sed quanquam hęc grauia ſunt, non ideo tamen † violentiæ ſunt, aut accuſandi, aut inquirendi, aut condemnandi, qui quacunque cauſſa fores effringunt, quoniam † violentia proprie exercetur in perſona, non autem in re, quale eſt oſtium, ita in puncto *Caſtrenſ. conſi. 27. Viſa inquiſitione, num. 1. in fin. verſ. Si vero vis, & num. 2 & 3. volum. 1.* eſt in antiquis ſecundum aliquos *conſil. 379.* Secundum alios, 381. vbi dicit hoc * obſeruandum etiam pro ſtatutis. 51 52 *

Sed neque aut furti, aut adulterii damnandus ille, qui eam † ob rem oſtium effregerit, ſi non ſit ſecutus effectus, verum de ſola tenetur ruptura, Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere colum. penultim. verſ. Sed quando ex tali delicto, C. de epiſcop. & Cleric.* de quo tamen in *ſequenti capite.* 53

De frangentibus autem † carcerum oſtia videndum erit ſuo loco *in cap. de carceribus.* 54

CAPVT XXII.

De Vi.

ARGVMENTVM.

Vis, violentia, & actus violentus, qui differant. Tex. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & Cleric. & in l. Is qui cum telo, C. de Sicar. an contraria; Vim nocturno tempore inferentes, qua puniantur pœna; Quid feneſtris noctu non ſubſignatis.

SVM-

SVMMARIA.

1 Vis, & violentia differunt.
Confunduntur interdum, num. 5.
2 Vis eſt impetus ex parte tantum agentis.
3 Violentia præſupponit effectum conſummatum.
4 Violentia ad agentem pertinet, & paſſum.
6 Violentia, & vis in ſenſu paſſiuo interdum idem important.
7 Violentia, & actus violenter factus differunt.
8 Violentia eſt crimen perſonale.
9 Violentia non eſt oſtium frangere, ſed eſt actus violentus.
10 Violentia eſt ſpecies, actus violentus eſt genus ex Authore.
11 Violentia, quæ fit perſonæ quotuplex.
12 Violentiæ in genere quot ſint ſpecies, remiſſiue.
13 Violentia quæ infertur perſonæ eſt duplex.
14 Violentia præciſa, & impulſiua, quæ.
15 Voluntas coacta dicitur voluntas mixta.
16 Vis illata impudicæ mulieri, dum eſſet impudica, qua puniatur pœna.
Fontanelli opinio temperatur, nu. 17.
18 Vis illata honeſtæ mulieri etiam non ſecuto effectu olim erat capitis.
Hodie aliud de conſuetudine, nu. 19.
20 Tex. in l. ſi quis non dicam rapere C. de Epiſc. & Cler. tripliciter expenditur.
21 Tex. d. l. ſi quis non dicam rapere, attento caſu literali, nec hodie eſt correctus.
22 Conatus ſolus nunquam pœna naturalis mortis punitus fuit ex Baldo.
23 Conatus, & conſummatio actus punitur eadem lege, ſed non eadem pœna legis.
Etiam in atrocioribus, nu. 24.
25 Conſummatio actus vbi pœna capitis punitur, deſiderium cum conatu deportationem patitur.

26 Depor-

26 Deportatio dicitur pœna capitis ciuilis.
27 Sanctimonialium violatores qua puniantur pœna ex Statuto.
Contrarium innuit Author num. 29.
28 Voluit facere, id eſt, Voluntate fecit.
30 Vim inferens mulieri pudicæ, ſine effectu, non punitur pœna mortis.
31 Vi illata puellæ, eaq; reclamante non conſummata, nec etiam punitur pœna mortis.
32 Vi illata puellæ conſummato actu tertia tantum bonorum parte aliquando punita.
33 Raptus, & cognitio mulieris differunt.
34 Raptus punitur pœna mortis
Niſi rapiens abſtineat a copula, nu. 35.
36 Vis cum proximo actu cognitionis non punitur pœna mortis.
Contrarium Mediolani obſeruatur ex No. conſtit. numer 37.
Adducuntur authoritates ad id de iure communi, num. 41.
38 Raptorum mulierum pœna ex No. conſti. Mediolani, quæ etiam conatantibus impendent, nu. 39.
40 Honeſtæ mulieres, quæ dicantur in ditione Mediolanenſi.
42 Tex. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſc. & cleric. poteſt tolli per ſtatutum.
43 Tex. in d. l. ſi quis non dicam rapere, non eſt antiquatus per conſuetudinem, vbi deuentum eſt ad actum proximum ſecundum aliquos.
Etiam in terminis generalibus criminum atrociorum, num. 44.
Tanto minus nocturno tempore, nu. 45.
46 Vis deuenientes ad actum proximum etiam nocturno tempore non punitur ſecundum aliquos.
47 Oſculum eſt actus remotus ad immixtionem. Maxime in via, nu. 49.
48 Proximus non dicitur actus ad copulam, quando eſt dare proximiorem.

50 Vis proxima ad copulam non punitur pœna mortis, quādo pœnituit.

51 Impotentia facti non excuſat delinquentem.

52 Vis proxima ad copulam non punitur pœna mortis, ſi ſit impedita per factum extrinſecum.

Declarat Author, nu. 54.

53 Fur non eſt, qui librum furatum, et liber donatur.

55 Rapiens ſi virgo conſentiat, non punitur rapiens pœna mortis.

56 Raptus non cadit in volentem.

57 Feneſtra mulieris nocturno tempore aperta, facit præſumi conſenſum in genere ad copulam.

Declarat Author, num. 58

59 Conatus, ſine actu proximo mitius punitur.

60 Virginem amplexans, & oſculans ſola relegatione punitus.

61 Proſtratio, &

Pannorum eleuatio non poteſt intelligi ſine actu vel ordine ad copulam.

62 Oſculum, &

Amplexus poſſunt intelligi ſine neceſſario ordine ad copulam.

Maxime in via publica, nu. 63.

64 Diogenes in via publica hominem plantauit.

65 Vis cum actu remoto, in domum [illegible] mulieris, nocturno tempore puniendus vltimo ſupplicio.

Niſi ex contraria voluntate pœniteat, nu. 66.

67 Affectus hodie non punitur, niſi ſecuto effectu.

Secus de æquitate naturali, nu. 69.

68 Tex. in l. Is qui cum telo, C. ad l. Cornel. de Sicar. [illegible] correctus.

70 Aſſaſſinij crimen non punitur ex ſolo conatu pœna mortis.

Contrarium in ſtatuto Mediolani, nu. 71.

72 Aſſaſſinij crimen non ſecuto actu conſummato, [illegible] pœnam ſemper capitalem apportet, eſt tamen caſus grauabilis ex Angelo.

73 Contra-

73 Comminantium in mortem alicuius, & participum pœna ex No. Conſtit. Mediolani.

SVbtiliſſimam conſtituit differentiam Caſtrenſis inter
† vim, & violentiam, & Actum violenter factum, *Ca-* 1
ſtrenſ. conſ. 27. viſa inquiſitione facta, tet. col. 1. par. 1. in no-
uiſſ. eſt antiquis *conſilium 179.* Et ſecundum alios eſt *conſ.*
371. Vt ſcilicet vis ſit † impetus quidam ex parte tan- 2
tum agentis conſideratus, violentia vero, & actus violen-
ter factus præſupponit † effectum conſummatum, per 3
textum l. quoniam multa facinora, & l. ſi quis ad ſe fundum.
C. de vi, ita vt vis ſoli applicetur agenti, violentia † vero 4
ad vtrumque pertineat, & ad agentem, & ad patientem.
Quanquam vim, & violentiam vidi † confundi apud *do-* 5
ctores, vt videre eſt apud Dec. *in l. nemo poteſt tutorem, §.*
cui factum videtur num. 1. & 2. ff. de reg. iur. Alciat in l. fi-
liarum, §. habere, nu. 9. verſ. In iure quoq. ff. de verb. ſignific.
per text. in l. 2. C. communia de legatis.

Niſi dicamus, quod ille text. loquitur in ſenſu † paſſi- 6
uo, vi factum videtur id eſſe &c. quo caſu poteſt interdum
conuenire cum violentia, ſi vi quod factum eſt, in perſo-
nam ſit factum. Rurſum etiam ex parte effectus conſum-
mati differunt, actus † violenter factus, & violentia, vt 7
etiam remiſſiue notat *Decius in l. hoc iure, num. 3. ff. de reg.*
iur. remiſſiue etiam Boſſ. in ſua praxi *Vt in tract. de plurib.*
violentijs num. 74. verſ. Et violentiam eſſe, quoniam violen-
tia eſt † crimen perſonale, vt not. *in l. itaq. fullo, ff. de furt.* 8
& plene per Bar. *in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de publica-*
nis, nec ad alia refertur; nec enim eſt violentia, quæ non
exercetur in perſonam: quare oſtium frangẽs, fores rum-
pens, vel aliter in aliena peccans, ſi perſonam excipias, is
non facere violentiam, ſed † actum exercere dicitur vio- 9
lentum, ita etiam Baiard *ad Clar. quæſt. 83. Dixi etiam nu.*
21. *verſ. Item adde, quod eſt differentia.* Sed ego, quod ad
hoc poſtremum pertinet, arbitror Actum violentum eſſe
† genus ad vim illatam, & perſonæ, & rebus, violentiam 10
vero eſſe ſpeciem, quæ de ſolis perſonis prædicetur, & a-
ctiue, & paſſiue.

11 Violentia prætereà eſt † duplex, alia, quæ fit perſonæ propter rem, alia quæ fit perſonæ propter ſeipſam. Violentia, quæ fit perſonæ propter rem eſt duplex, alia ablatiua, quæ reſpicit mobilia, alia expulſiua, quæ reſpicit immobilia: propriè enim violentiam propter res mobiles patimur, quando eæ à nobis auferuntur, propter immobiles, quando nos ipſi ab earum expellimur poſſeſſione, de quo etiam Pract. Papien. *in tit. forma libelli in cauſſa ſpoliationis, §. 1. nu. 2. Verſ. Deinde ſciendum,* ſed non inſiſto latius, quia ad noſtrum non pertinet inſtitutum. Vide etiam
12 *Boſſ.* de pluribus violentiis, *num. 59. Verſ. Et quot ſint † ſpecies, Iaſ. in l. ſi quando in prin. C. Vnde vi, Abb. in c. ad audientiam, & in c. ſacris, de reſcript. Alexan. in l. Pomponius §. cum quis, ff. de acq. poſſ. late D. meus Praſ. Menoch. de recup. poſſ. in prælud. à num. 36. Verſ. Recuperandæ vero, Plot. in l. ſi quando, à nume. 63. Verſ. Quædam, C. Vnde vi, Vital. in tract. clauſ. in tit. de Clauſula, Non vi, vel metu, Maſcard. concl. 1456. Violentiarum, nu. 1. gl. & Bart. in l. exſtat. ff. quod met. cauſ. Idem in l. ſi quis in tantam. C. Vnde vi, not. in §. quod autem. Inſtit. de vſucap. & in l. 1. C. quod metus cauſſa, Perigr. in §. ſed aliquando, num. 18. Verſ. Vnde dicite, quod quinque, Inſt. de vſucap. Iaſ. in l. ſi quando, à nu. 1. ad nu. 6. C. Vnde vi, Mynſing. in §. quadrupli, à num. 15. Verſ. De vi namque ablatiua, Inſt. de act. Sebaſt. Medices de caſibus fortuitis, part. 1. q. 8. Vim vi, nu. 2. Verſ. Secundo nota quinq.*

13 Ea vero, quæ fit perſonæ propter ſeipſam, alia † non egreditur corpus, alia vero vſque ad animum pertingit,
14 illa dicitur violentia † præciſa, hæc vero compulſiua, ſeu cauſſatiua, quando propter metum quis violenter de nolente efficitur volens, Caſtrenſ. *d. conſ. 27. colum. 1. par. 2. Ioſeph Fontanellus inter Conſilia Ziletti crimin. conſ. 97. Thomas Donatus libidine, in prin. Verſ. Pro infligenda pœna, Volum.* 2. qui loquitur de vi nocturna, late *Couar. de ſponſalibus par. 1. cap. 4. §. 1. Nunc agendum eſt, nume.* 12. qui hanc
15 voluntatem † coactam, in puncto, voluntatem mixtam appellat.

Plura autem ſeſe offerunt hic examinanda, &

Primo, qua puniatur pœna, qui vim inferre volebat non

non ſecuta violentia, & ſic non ſecuto effectu. Atq; ſi mulier non ſit omni exceptione maior, quia etiam tempore vis attentatæ, ſui copiam aliis faceret fuit nimis † ſeuerus 16
Ioſeph Fontanellus *d. conſ. crimin. 97. numer 26. Verſ. Conſiderari etiam, Volum. 2 ſun ᷣo, num. 40. verſ. Ex iis omnibus concludo. Marcus Mantua in iiſdem conſiliis, conſ. 98. Profecto negari, num. 4 Verſ. Et quod deniq; mulier, Volum 2* dum ſuo caſu voluit infligendam eſſe attentati pœnam pecuniariam facultatibus inſpectis, vna cum pœna relegationis, adidque adducit Afflict. *deciſ.* 276 qui non loquitur in parum pudica, ſed in virgine, de quo *inferius* dicendum eſt. Reiicerem † ergo crimen eiuſmodi ad iuſdicen- 17
tis arbitrium.

Si vero honeſta ſit mulier, cuius pudicitia attentetur, non tamen ſecuto effectu, eſt * communis opinio, de qua *
teſtantur ii, quos inferius ſumus cumulaturi, quod olim pœna nihilominus † ſanguinis, & capitis impenderet, per 18
tex. in l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cleric. hodie vero de * conſuetudine lex illa fuerit antiquata, illi- *
uſque † abrogata deciſio, vt illi eſſe derogatum per con- 19
trariam * conſuetudinem, ſicut & *l. 1. qui cum telo, C. de* *
ſicar. de aliis omnibus legibus de mundo diſponentibus, quod crimen attentatum puniatur pro conſummato, teſtatur Ioſeph Fontanellus, *d. conſ. crimin. 97. num. 9. Verſ. Sed hodie.*

Quo loco video tripliciter expendi † *text.* illum *in d. l.* 20
ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cleric. Primò penes caſum particularem illius legis. Secundò penes proximam extenſionem. Tertiò penes regulam, quæ inde deſumitur.

Quod igitur attinet ad literalem ſenſum illius legis, nunquam, aut † audiui, aut legi correctam fuiſſe legem 21
illam *ſi quis non dicam rapere, C de Epiſcopis & clericis* Loquitur etenim in ſanctimoniali, cuius fuerit pudicitia attentata; quod ſi hodie quis aſſerat legem illam non obſeruari reſpectu ſolius conatus, dico id non eſſe ſimpliciter ex ſola obſeruationis virtute, ſed etiam, quoniam, nec vnquam forte † ſolum conatum, lex illa pœna mortis na- 22

turalis puniit, dicit enim Bald. *in d. l. ſi quis non dicam ra-*
* *pere, nu. 16. Verſ. Vna eſt, quod iſta lex, poſt. Gul.* quod * ſem-
23 per crimen † conſummatum, & attentatum, de quo in d. lege, fuit eadem lege punitum, ſed non eadem pœna per tex. *in l. 1. in fi. ff. de extraord. crimin. in l. aut facta, §. euentus, ff. de pœnis.* Idem voluit Thom. Gram. *Voto 8. In cauſſa Reuerendi, nu. 12. Verſ. Et Guliel. poſt Cæpol. conſ. crim. 51.*
24 quem ibi allegat, qui etiam ad omnia referunt † atrociora delicta. Idem Grammat. *deciſ. 2. Franceſchella, num. 11. Verſ. Præterea id,* quod dicitur poſt Felin. *in cap. Inquiſitionis, in 5. col. de accuſatio. Idem deciſ. 74. In cauſſa Ioannis, nu. 12. Verſ. Et id, quod dici conſueuit, Gramma. iterum conſ. criminal. 36. In cauſſa Camilli, nu. 20, Verſ. Videlicet,* quod etiam
* vbi dicit hanc eſſe opinionem * modernorum. Ideoq; vo-
25 luit Bald. conſummationem † actus puniri pœna capitis naturalis, deſiderium vero etiamſi aliquis actus extrinſecus fuerit attentatus, pœna capitis ciuilis puniendum,
26 id eſt † deportatione, nec pœna mortis puniendum, nec
27 etiam ſtante ſtatuto de violatoribus † ſanctimonialium, quod voluit Bar. *in l. ſi quis violauerit, num. 1. Verſ. In contrarium eſt veritas, ff. de rerum diuiſ.* dũ in caſu ſtatuti di-
28 centis voluit corrumpere, explicat, id eſt † voluntatie cor-
* rupit, quam dicit eſſe * veritatem, & eſſe notandum. Sed
29 certe Bart. non loquitur de † ſanctimoniali, licet Felin. in ſua tractatu de Conatu, *num. 8. Verſ. Et iſtu,* adde Bart. cum receuſeat in indiuiduo volentis corrumpere ſanctimonialem. Hic tractatus Felini in meo Cod. eſt poſitus poſt *tit. de ſenten. excommun.*

Quod vero attinet ad proximam extenſionem, an ſcilicet attentãs cognoſcere mulierem pudicam, virginem, aliamue honeſtam matronam, non ſecuto effectu con-
* ſummato, pœna capitis puniatur * communis eſt, quod
30 † non, & quoad hoc certe fuit per * conſuetudinem, &
* ſtatuta ſublata diſpoſitio legis, ſi quis non dicam rapere, ſeu illius extenſio, ita Ioſeph Fontanellus *inter conſilia criminal. Zileti conſ. 97. Thoma Donatus libidine, nu. 9. Ver. Sed hodie, lib. 2. Caſtrenſ. conſ. 27. Viſa inquiſitione fact. contra. Verſ. Nam licet de iure communi, & ſeqq. ad finem conſilij, par. 2.*

Grammat.

Grammat. decis. 2. Franc. Marchesanus nu. 19. Vers. Prout in simili. Bald. consil. 336 Statuto Placentiæ, vol. 1. Marcus Mantua in-
ter consilia Alciati consil. 38 Præfecto [illegible] *num. 2. Vers. Et po-*
tissimum lib. [illegible] atque quæ re vera mihi mirabunda ſe ſcot-
ſert dementia, quod in caſu quondam, quo quidem ado-
leſcens puellam annorum duodecim † [illegible] 31
lam autem acclamantem, euaginato gladio, comminata
morte, cognoſcere niſus, mulier è facto actum conſum-
mare non potuit, nec ideo eidem fuit à conſulentibus pœ-
na mortis conſtituta, *Alber. in 3 part. stat. quæst. 31. Item*
post quæstionem. Marsil. sing. 65. Idem in l. 1. C. de rap. Virgin.
num. [illegible] *consil. 97. num. 9. lib. 2.* [illegible]
fugitiuis nu. 4. C. de seru. fug. [illegible] *nu. 37.*
Vers. Item adde. Sed amplius voluerunt alij, nec mortis pœ-
nam irrogandam, sed ſolam amiſſionem dimidiæ partis
bonorum etiam † ſecuta copula *Alber. & alij loco citat.* 32
Gandin. in suo tractatu de Malef. faciens maximam diffe-
rentiam inter violentam virginis † cognitionem, & illi- 33
us raptum, vt primo caſu mortis pœna non imponatur,
ſecundo vero caſu naturalis † mors immineat, *Gandin.* 34
tamquam *in tit. de Multis quæstionibus* [illegible]
tiam, quæ incidunt circa maleficia nu. 20. Vers. At qui virginé
proiecit in terram, & ex facto fuiſſe * determinatum teſta- *
tur Cumanus *consil. 96. Christophorus* [illegible] *num. 2. Vers.*
Et ita determinat, quoniam ſcilicet aliud eſt rapere, aliud
mulierem per vim cognoſcere. Niſi forte abſtineret à co-
pula, quoniam nec † raptus ex* communi, & vera opi- 35
nione puniretur pœna legis vnicæ *C. de rapt. Virgin.* teſte *
Rom. decis. 326. Præsupposito quod hoc crimen, Vers. Et vbi mu-
lierem, etiam ſi ad actum † proximum fuiſſet deuentum, 36
quoniam non ideo mortis pœna eſſet imponenda, vt in
caſu *d. leg. si quis non dicam rapere.* plures adducit *Thom.*
Grammat. qui *d.* de * communi teſtatur *consil. 35. In causa* *
Camill. [illegible] *16. Vers. Et ista est regula, inter sua consilia cri-*
minalia.

Quamquam † contrarium vidi obſeruari in hac * di- 37
tione Mediolanenſi in cauſa nobiliſſimi adoleſcentis *
Ticinenſis, qui dicebatur ad actum proximum violentus,

quantum in ſe fuerat, deueniſſe, vt ea de re fuerit capite punitus adoleſcens Anno M. D. XCIV.

Sed certe ad hoc exſtant conſtitutiones Mediolanenſis ditionis *in lib. 4 in titu de Raptoribus mulierum*, in hæc
38 verba. Raptores mulierum † honeſtarum, aut eis vim inferentes, etiam ſi copula non ſequatur, pœna capitis puniendi ſunt, ita quod moriantur, & etiam confiſcationis bonorum §. *Et non ſolum ipſi*, ſed etiam eiſdem pœnis te-
39 neantur hi, qui eos † comitati fuerint, vel ad id auxilium, conſiliumue & fauorem dederint.

40 Quæ autem dicantur † honeſtæ perſonæ in propoſito, recenſentur ibidem ſub præſumptione iuris, & de iure, ita vt non poſſit probari contrarium. *Vide ibi.*

41 Quæ obſeruantia † comprobari poteſt etiam ſententia Felin. de quo Fontanell. *d. conſil. 97 nume. 9. Verſ. Et licet Felin. Volum. 2 inter conſ. Ziletti*; quia ſcilicet per ſtatu-
42 tum quidem poſſit derogari † diſpoſitioni *d. legis, ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & cleric.* non tamen adhuc
43 per cõſuetudinem. Quod vbi deueniatur ad actum † proximum, voluit & *Cumanus conſi. 96. Chriſtophorus Vadinus, numer 2. Verſ. Tamen pœnam mortis imminere, Thomas Gram. Voto 9. Nicolaus Anellus per totum, Boer. deciſ. 316 Præſuppono, quod hoc crimen, num. 4 Verſ. In contrarium videtur, Ioſeph Fontanellus d. conſ 97 numer. 18 Verſ. Conſideraui etiam Vol. 2 per Bald. & Salyc. in l. ſi is, qui cum telo C. ad l. Cornel. de Sicar.* & in terminis generalibus criminis
44 † atrocis Cornel. *conſ. 202. Licet in hac conſultatione num. 2. Verſ. Preterea, Vbi de iure communi, Volu. 1.* Quod adhuc
45 magis procederet, ſi † nocturno tempore, quis per vim ad actum proximum deueniſſet, per ea quæ diximus *in cap. de Circumſtantia, & in cap. de Scal.* At Ioſeph Fontanellus *d. conſ. 97. num. 24. Verſ. Cum itaque Donatus, lib. 2.* voluit,
46 quod nec etiam † nocturno tempore per actum proximum, qui alias fuerit ingreſſus mulieris cubiculum, & ad actum proximum deuenerit, capite puniatur,
* qui dicit ita fuiſſe * deciſum Neapoli teſte Afflict. *deciſio. 276.*

47 Sed dicamus Fontanell. loqui in † oſculo, qui eſt actus

remotus

temotus; non dicitur enim actus proximus, ſi alius † eſt 48
magis proximus, in puncto Ioſeph Fontanellus *in dicto conſil. 57. num. 20. Verſic. Et actus dicitur propinquus*, *Vol. 2. Bucc. deciſ. 116. Præſuppono, num. 1. Verſic. Non enim dicitur*, *Marcus Mantua inter ead. conſil. criminal. Zilet. conſil. 98. Profeſſor negari, Verſic. Et ad propoſitum, lib. 2. poſt Baldum conſil. 253. Filiafamilias, lib. 1.* vel in eo, qui poterat poſt actum proximum conſummare, & noluit, vel tandem dicamus, quod nititur authoritate Sacri Conſilii Neapolitani, ex Afflict. *dicta deciſ.* 267. Qui loquitur de eo, qui oſculatus fuit in † via: nec enim præſumitur voluiſſe 49
cognoſcere, etiam potens, vt *inferius* liquebit.

Contrariam autem communem opinionem, vt deueniens ad actum proximum, ſine conſummatione, non puniatur pœna mortis, admitto † quoties delinquentem 50
pœnituit, non impotentia facti, quia tunc quoad delinquentem, & pœnam, habetur actus pro † conſummato, 51
ſed pœnituit ex contraria, & libera voluntate Afflict. *deciſ. 276. Sereniſſimus Rex, num. 3. Verſ. Et idem dicit*, poſt Abbat. *in cap. 1. de eo, qui mittitur in poſſeſſionem cauſ. rei ſeruandæ, Verſic. Ex prædictis*, & poſt *Bald. & Caſtrenſ. ibi allegatis. Thom. Grammat. Voto 9. Nicolaus Anellus, num. 28. Verſic. Aduertendum arbitror*, ita etiam *Felin. in tract. de Conatu, num. 2. Verſic. Fallit primo*, & per *text. & gloſſ. in l. qui ea mente, ff. de furt.* & per *text. in l. qui falſam, ff. de falſis*, quo caſu etiam quidam Petrus Vicarietus clementiam excellentiſſimi Senatus Mediolani fuit expertus, qui poſt mamillarum tactum cum puellæ nubilis lectum adſcendiſſet, neque vltra progreſſus habita remiſſione, fuit
* abſolutus, Clarus *§ fin. quæſt. 92. num. 1. Verſic. Et ſecundum hanc opinionem*. Vel etiam impediretur per † factum * 52
extrinſecum, quod poſſet eſſe iuris, Felin. *in dicto tract. de Conatu, num. 2. per text. in l. inter omnes, § penult. & fin. ff. de furt.* explicat ipſe exemplo, puta, quidam volebat tibi librum furari, tu librum illi donaſti, non punitur. Sic in propoſito; Dum adoleſcens accedit, vt vim inferat, vult 53
mulier † ſponte cognoſci, profecto non imputabitur cognoſcenti. 53

Qua de reſcripſit Gandin. *in tract. de Maleſic. in tit. de*
multis quæſtionibus dependentibus, num. 21. Verſic. Quod au-
55 *tem dictum eſt*, quod licet † rapiens puniatur pœna mor-
tis, ſi tamen rapturo conſenſit Virgo, non punitur pœna
56 mortis, qui rapit, quia tunc non dicitur † proprie ra-
pere.

Illud autem, quod Federicus Rugerius inter *conſilia*
Ziletti conſil. 99 Inhærens doctiſſimus, num. 4. Verſic. Ex pro-
feſſo in hoc caſu, lib. 2. ſcripſit in fœmina nocturno tempo-
57 re feneſtram apertam relinquente, præſumi † conſenſum
in genere, vt aliquis ad eam accedat, non haberet locum
58 in muliere † probatæ famæ, cum ſit leuiſſima coniectura:
quid enim ſi æſtiui feriant calores, feneſtræque ſint altio-
res? quid ſi obliuiſcatur? Quanquam, quod dicitur de obli-
uione, conijci poterit illa, vel ex ſingularitate, vel ex plu-
ralitate actuum.

59 Quod ſi ad actum proximum † non fuiſſet deuen-
tum, profecto minor delinquenti impenderet pœna o-
mni reiecta addubitatione, ſic a contrario ſenſu Cuman.
dicto conſil. 96. num 2. Verſic. Tamen, quia fecit quicquid po-
tuit; Boer. deciſ. 319. Præſuppono, quod hoc crimen, num. 4. Ver-
ſic. In contrarium videtur Fontanel. dicto conſil. 97. num. 28.
Vol. 2. Corn. dicto conſil 202. Licet in hac conſultatione, num.
2. Vol 1. & in ſenſu directo *Grammat. conſil. criminal. 35. In*
cauſſa Camilli, num. 17. Verſic. Ergo in caſu præmiſſo, & in
hoc ſenſu intelligo *Afflict. deciſ. 276. Sereniſſimus Rex, nu-*
mero 6. Verſic. Sed ſtuprum, qui *num. 9 Verſic. Fuerunt Do-*
* *mini*, dicit * concluſum fuiſſe contra attentantem pudi-
60 citiam in eo, quod † virginem, & oſculatus fuerat accla-
mantem, & amplexus, vt per triginta miliaria relegare-
tur a loco delicti, quia non erat actus proximus, ſaltem de
neceſſitate ordinatus ad deflorationem: nec enim eſt
61 † proſtratio, pannorum eleuatio, aut ſimile quippiam,
quæ de ſui natura non poſſunt intelligi, niſi in ordine ad
62 delictum principale; oſcula † vero, & amplexus, licet ſint
ad commixtionem præparata, poſſunt tamen ſine illa in-
telligi, cum etiam in ſe ſint actus conſummatus, in quo
plerunque conquieſcat non effrenis libidinis impatiens
animus

Google

animus, ſed tamen aliquo amoris ſtimulo periculoſus. Addo, quod etiam, ſi oſculum, & amplexus in ſe eſſent actus proximi ad commixtionem, non erat tamen proximi in caſu Afflicti, quoniam virgo, & oſculata fuerat, & amplexa in via publica, in † qua ſolus Diogenes homi- 63
nem † plantauit. 64

Quanquam, & Afflict. *d. deciſ. 276. Sereniſſimus Rex, num. 3. Verſic. Et in iſta opinione, ſimile num. 9 Verſic. Fuerunt Domini*, innuit etiam in via publica proſtratam puellam, vt poſt oſcula cognoſceretur, quod aperte ſenſit Petrus Caldaphanus *conſil. 94. Formata fuit inquiſitio, numero 1. Verſic. Circa teſtium, inter conſilia criminalia Zilettii, Vol. 2.* Sed certe aliud eſt ſimpliciter oſculari, & etiam mulierem amplexari, aliud proſtrare, illa indicant in via publica, & aliem inter gentes, vlteriorem eo tempore effectum in voluntate, hoc arguit.

Nocturno autem tempore dicerem de eo ſumendum vltimum ſupplicium, etiam, quod deueniſſet ad † actum 65
remotum tantum, in domo tamen mulieris, per ea, quæ diximus in *cap. de Scalarum Vſu*, niſi ex contraria volun-
tate † permitteret, per ea, quæ voluit *Afflict. deciſ. 276. Sere-* 66
niſſimus Rex, num. 3. Verſic. Et idem dicit, Grammat. Voto 9. Nicolaus Anellus, num. 28. Verſic. Aduertendum arbitror, Felin. tract. de Conatu, num. 2. Verſic. Fallit primo, & quamuis non loquantur in terminis de nocturno tempore, illud tamen Clari *lib. 5. §. fin. quæſt. 92. num. 1.* probabilius intelligitur de nocturno tempore. loquitur enim de eo, qui lectum filiæ nubilis aſcenderat, quod certe magis eſt, vt fuerit de nocte.

Quod tandem, reſpicit regulam, quæ inde deſumitur,
quod ſcilicet etiam in atrocioribus † non punitur affe- 67
ctus, niſi ſequatur effectus, hoc eſſe de * totius Italiæ, & *
ſtatutis, & conſuetudine teſtantur, modo in crimine attentati homicidii, modo aliis in criminibus, & ita dicunt
eſſe † correctum *text. in l. 1. qui cum telo, C. ad legem Cor-* 68
neliam de Sicar. Iaſ. Inſtit. de action. in rubr. num. 32. Verſic. Vbi generaliter dixit, poſt Bald. in l. ſi fugitiui, col. 1. C. de ſeru. fugit. Ioſeph Ercolanellus inter conſilia crimin. Zilettii conſil.

97. The-

97 Thema. Donatus libidine, num. 9. Verſic. Sed hodie, Vol. 2. & inferius per plures numeros, Angel. Caſtrenſ. Alexand. Felaſ. in l. 1. § hæc verba, ff quod quiſque iuris, Thomas Grammat. conſil. criminal 36. In cauſſa Camilli, numero 7. Verſic. Præterea liquet ex præmiſſis, Speculat. tit. de accuſat. § 1. Verſic. Quid ſi primo, Grammat. rurſum Voto 6. In cauſſa Recurrendi, num. 13. Verſic. Et plus ſubdit. Capell. in ſuo conſilio

69 *Vlt. criminal. & Grammat.* † *Voto 8. num. 14.* addit hoc eſſe

* de * æquitate naturali *Corne. conſil. 202. Licet in hac, num. 3. Verſic. Et licet dicta, Vol. 1. Beer. deciſ. 356. Præſuppono, quod hoc crimen, num. 3. Verſic. Hæc habita Videtur. Bald. in l. unique cum telo, C. de Sicar. Idem conſil. 361. Quidam rumor ad fin. Vol. 1. Aretin. conſil. 80. Sicut decet, num. 6. Verſic. & idem ſi fiat, Alexand. conſil. 142. Videtur in caſu, num. 2. Verſic. Tamen de communi, lib. 2. Dec. conſil. 236. In cauſſa inquiſitionis, num. 7. Verſic. & primo, Cravet. conſil. 47. col. 2. Alexan. iterum conſil. 15. Viſo proceſſu inquiſitionis, num. 2. Verſic. Tamen attenta diſpoſitione, lib. 1. Grammat. deciſ. 2. Franciſchellinum 18. Verſic. Quod etiam commemorat.*

Et amplius voluit Grammat. *dicto Voto octauo, num. 18. Verſic. Et quod ad hoc,* poſt Baldum *ibi* allegatum, vt, nec

70 etiam in crimine † aſſaſſinii poſſit inferri pœna mortis, niſi fuerit conſummatus actus, quod & voluit Ioſeph Fontanellus *dicto conſil. 97. inter conſilia Ziletti, num. 9. Verſic. Et in crimine, Vol. 2. Corn. conſil. 202. Licet in hac conſultatione, num. 1. Verſic. His tamen non obſtantibus, Vol. 1. Idem Grammat. eodem Voto 8. num. 20. Verſic. Et in propriis terminis*, qui ad hoc allegat Angel. *in l. item apud Labeonem, §. ſi curauerit. ff. de iniur. Gand. in tract. de Maleficiis, in tit. de homicid. & eorum pœna, col. 4. & Amede. de Syndic. Verſic. Item in eo, quod dicti fuiſſi milites, colum 4. & Grammat. dicto Voto 8. in fin.* dicit ita

* * iudicatum fuiſſe, & indictam fuiſſe accuſato mulctam aureorum quadringentorum.

Sed certe Mediolani Senatus excellentiſſimus laqueo

71 ſuſpendendos † cenſuit eos, qui ad occidendum nobilem quendam Mediolanenſem ciuem, longiori è regione acceſſerant mandatarii; nec male fecit tantus Ordo, qui

cætera

cætera etiam ſumma cum laude, maximoque ſuæ ditio-
nis bono facere conſueuit: ſi enim ego temerarius illius
Senatuſconſulti rationem velim inueſtigare, en *Aug. de
Arimin. ad Angel. de Maleſic. in verbo, Sempronium n. in-
datarem, col. 2. & Thomas Grammat. voto 8. In causa Re-
uerendi. num. 20. verſic. Et in propriis terminis*, referentes
Angelum *conſil. 4. Nos Carolus*, dicentem, quod ſi non ſit
ſecutum homicidium, licet † aſſaſſinus debebat decapi- 72
tari, quia peruenit ad actum proximum, tamen quia deli-
ctum non fuit conſummatum in morte, quia mors non
fuit ſecuta, bene faceret Princeps, ſi commutaret pœnam
in pecuniam. Et tantus ordo noluit commutare; ſed nec
alius quiſpiam ſapiens commutaſſet; quanquam nullus
eſt inter mortales noſtro Mediolanenſi Senatu, aut ma-
gis ſapiens, aut magis iuſtus. Sed certe ad id ſunt *No. Con-
ſtitut.* ditionis Mediolanenſis *in tit. de Pœn. lib. 4.* Quicon-
que *inquit text.* cuiuſuis ſexus in morte alicuius † coniu- 73
rauerit, ſiue ſecutus fuerit effectus, ſiue non, & quicunque
huiuſmodi coniurationis, & tractatus particeps erit, ci-
tra ſpem remiſſionis, laqueo vitam finiat, aut capitis am-
putatione puniatur, ita quod moriatur.

CAPVT XXIII.

De Violentia.

ARGVMENTVM.

Violentia, aut virgini, aut honeſtæ cuipiam matronæ illata, nocturno præcipuum tempore, qua puniatur pœna. Quid in ſanctimonialibus. Quid ſi nondum ſit virgo viri potens. Quid præterea in meretricibus. An mulier noctu acclamans ſatis probet, an

Digitized by Google

an vero indicet tantum violentiam. An tandem aliqua currat præſcriptio ad accuſandum luſdicenti nocturnam violentiam; diligens ſatis explanatio.

SVMMARIA.

1 *Violentia cum raptu capite punitur.*

2 *Violentia ſine raptu, mitius punitur.*

Contrarium ſentit Author, num. 4.

3 *Meretricem rapiens non punitur pœna raptus.*

5 *Violentia etiam non ſecuta copula, Mediolani capite punitur.*

Idem de iure communi, num. 6.

7 *Violentia infertur etiam ſuaſionibus, & muneribus.*

Non tamen habet locum in ſtatutis punientibus illatam violentiam, num. 8.

Contrarium tamen etiam in ſtatutis tenuerunt alii, num. 12.

Et male, num. 14.

9 *Statutum Mediolani in criminalibus, ſub Rub. 49. declaratur.*

10 *Conſtitutiones Mediolani in tit. de Rapt. Mulier. declarantur.*

11 *Violentia eſt vox analoga.*

13 *Auro perſuadere plus eſt, quam cogere.*

15 *Violentia in perſonam honeſtam, etiam ſine raptu, capite punitur.*

Maxime ſi violans ſit humilis perſona, num. 16.

Tanto magis per leges nouas, num. 17.

18 *Stuprum ſine vi, quomodo puniatur.*

19 *Legis Iuliæ pœna in ſe capitalis non eſt.*

20 *Text. in l. 3. §. præterea punitur, ff. ad legem Iuliam, de vi publica declaratur.*

21 *Delictum idem pluribus legibus puniri poteſt vario reſpectu.*

22 *Sanctimonialem ſollicitans pœna capitis punitur.*

Idem

Idem Mediolani, ſi ſit profeſſa cum habitu incedens, numero 23.

24 *Sanctimoniales etiam conuerſas ſollicitans capite punitur.*

Etiam non virgines, ſed ſimplices matronas, numero 26.

Siue volentes, ſiue nolentes, num. 27.

25 *Sanctimonialium appellatione, etiam conuerſæ, & ſeruientes veniunt.*

Conſtitutiones Mediolani in tit. de Pœnis, §. Carnali copula, declarantur.

29 *Virginem nondum viri potentem conſtuprans qua pœna puniatur de iure communi.*

Sigonioli diſtinctio ad hoc, num. 30.

31 *Virginem nondum viri potentem deflorans pœna capitis punitur de conſuetudine.*

Variæ tamen recenſentur ad id conſuetudines ex Claro, num. 32.

Diſtinguit Clarus, num. 33.

34 *Virginem nondum viri potentem corrumpens punitur vltimo ſupplicio ex Baldo.*

35 *Virginem nondum viri potentem comprimens, qua puniatur pœna. Boſſii diſtinctio.*

36 *Text. in l. ſi quis aliquid, §. ſi quis nondum, ff. de Pœn. declaratur.*

37 *Septennis an dicatur velle.*

38 *Virginem nondum viri potentem comprimere conatus, non punitur pœna mortis imperfecto flagitio.*

Contrarium attentis Mediolanenſis ditionis conſtitutionibus, num. 39.

De iure communi diſtinguitur, num. 40.

41 *Violentia nocturno tempore illata omnino pœna mortis punitur.*

42 *Scalarum vſum nocturno tempore, an ſolam arguat futuram violentiam, an vero etiam raptum innuat.*

43 *Meretrici illata violentia, qua puniatur pœna.*

44 *Meretrix cogi non poteſt, pœna tamen eſt arbitraria, quæ poteſt ad mortem accedere, num. 45.*

Sed

Sed contrarium eſt commune, num. 46.

47 *Meretrici illata violentia eſt impunibilis ſecundum aliquos.*

Etiamſi mulier in vnicum impudicitiæ inciderit actum, num. 48.

Rebus tamen ſic ſtantibus, ex Authore, num. 49.

50 *Violentia ſeruæ illata, qua puniatur pœna.*

51 *Violentia nocturna probatur per puellæ acclamationem, illam atteſtantibus vicinis.*

Modo acclamatio fuerit truculenta, num. 52.

Non tamen facit plenam probationem, num. 53.

Etiamſi reus fuerit cognitus, num. 54.

Sed ſi e domo puellæ acclamantis viſus fuerit egredi, facit probationem, num. 56.

55 *Violentiam ſibi illatam negans mulier, facit plenam probationem.*

57 *Violentiæ accuſatio, quando præſcribatur.*

58 *Violentiam nocturno tempore, quis intulerit, iuſta eſt, & probabilis ignorantia.*

59 *Violentiæ accuſatio non præſcribitur, ſi nocturno fuerit illata tempore.*

60 *Violenter dictio, ſtat actiue, & paſſiue.*

Ideo violenta paſſiua ex parte mulieris non concluditur, ſi probetur mulierem violenter cognitam, numero 61.

Temperat Author, num. 62.

PLERAQVE poſſemus hic examinare, quæ ad hunc titulum illiuſque perfectam cognitionem nos manifeſte conducerent, ſed ea omnia ex eo de fonte hauriri facillime poterunt, atque affluentius, ex quo nos hoſce accerſiuimus riuulos. Interea ea duntaxat his commendabimus ſcriptis, quæ vel ad nocturnum ſpectent tempus, vel ad neceſſariam illius intelligentiam facere videantur.

Vim ergo conſummatam, vt hinc exordiamur, hoc eſt violentiam virgini, vel aliæ honeſtæ perſonæ inferentes, * an capite punientur, an alia mitiori, videtur mihi * communis opinio, quæ diſtinguit inter violentiam cum ra-

ptu

ptu, & eam, quæ raptum excludit, vt † illa capitis pœnam 1
ſuſtineat, hæc vero mitius † puniatur. *Gandinus in tract.* 2
de Maleficiis in tit. de multis quæſt. dependentibus a ſtatutis,
quæ incidunt circa maleficia, num. 20. verſic. At ſi virgi-
nem proiecit in terram, & ita de * facto fuit, *Cam. in conſil.* *
96. Chriſtophorus, num. 2. verſic. Et ex facto, Bart. Socin. 2.
conſil. etiam 203. Hoc caſu, num. 5. & 6. lib 1. aduertas ta-
men, quod illud conſilium eſt Ioan. Franciſci Tertiani
Cremonæ, *addit. ad Aretin. in tract. de Maleſic. in tit. Co-*
me tu adulterato la mia donna, num. 54. Quæro quæ ſit pœna
ſtupri, ſub litera B, in verbo, Quando per vim. Et ſi violentia
ſit cum raptu, quod pœna capitis irrogetur, res non ha-
bet difficultatem, vt eſt *text. in l. vnica, C. de rapt. virg. in l.*
ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſcop. & Cler. in §. ſit autem
per vim inſtit. de public. iud. Clar. lib. 1. §. fornicatio, num. 12.
verſic. raptus etiam, Signorol. conſil. 207. In quæſtione præſen-
tibus allegatis, num. 1. verſic. Verum, quia vltra proceditur,
Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, num. 17. verſic. Tamen ſi
ego haberem, C. de epiſc. & cler. Boſſ. in tit. de Coitu damna-
to, num. 67. Et ſi in viri potente, Idem Boſſ. late in tit. de Ra-
ptu mulierum niſi forte eſſet meretrix, quoniam rapientem
† meretricem, ſolutam tamen, non incidere in pœnam 3
raptus ſcripſit *Caſtrenſ. conſil. 272. Quæritur viſo per totum,*
vol. 2. addit. Aret. loco cit. ſub dicta litera B.

Sed ſi ſit ſine raptu, quod mulieri honeſtæ violentiam
inferens non puniatur pœna capitis, hoc mihi † ſemper 4
durum viſum eſt.

In noſtra Mediolanenſi ditione non eſt, quod vlterius
inueſtigemus, habemus enim legem ſcriptam, *in no. Con-*
ſtit. lib. 4. in tit. de Raptu mulierum, ſub his verbis. Rapto-
res mulierum honeſtarum, aut eis vim inferentes, etiam ſi
† copula non ſequatur, pœna capitis puniendi ſunt, ita 5
ita quod moriantur, &c.

Sed nec video, quid reſponderi poſſit *ad text. in l. 1. ad*
fin. ff. de extraordinariis criminibus, vbi habẽtur † hæc ver- 6
ba. Qui puero ſtuprum, *inquit tex.* abducto ab eo, vel cor-
rupto comite perſuaſerit: aut mulierem, puellamue inter-
pellauerit: quidue impudicitiæ gratia fecerit, domum

præbuerit, pretiúmue, quo id perſuadeat, dederit: perfecto flagitio puniuntur capite: imperfecto, in inſulam deportantur. Et certe ille *text.* loquitur in debiliori caſu, reſpectu ſcilicet vis conſiſtentis in ſola perſuaſione, & munerum oblatione, ergo multo magis in vera vi, & ita arguit Boſſ. *in tit. de Coitu damn. num. 66. Verſic. Et aduerte, quia etiam. Idem in tit. de Rapt. mulier. num. 15. Verſic. Nota etiam dum dixi, Ang. in Authent. de lenonib. § fin. circa fin. Dec. conſil. 170. Viſo themate, col. 2. Caccialup. in repetit. l. cunctos populos num. 62. Verſic. Hinc infert Angel. C. de ſumm. Trinit.* plures adducit & *Maſcard. de probat. concluſ. 1416. Violentiarum, num. 28. Verſic. Amplia, Et etiam,* & *Caren. in ſua praxi in §. Circa quartum, num. 282. Verſic. Item contrahitur tale crimen, Claud. Bertaz. ad conſil. patris ſui conſil. 134. Certum eſt ipſos inquiſitos, ad fin. lib. 1.* quibus in lo-
7 cis habetur, quod † vim paſſa dicitur, quæ aurea ſagitta percuſſa eſt, vt vtar verbis *Claud. Bertaz. loco cit.* addo Caldam *ad l. ſi curatorem, in Verbo, Vel aduerſarii dolo, num. 18. Verſic. Sed iuri ius pro Gomez in, C. de in integrum reſtitut. min. Afflict. lib. conſtit. Rub. 19 num. 2.*

Quo loco obiter notandum eſt, quod licet appellatione violentiæ veniat etiam interpellatio, & ſuaſio in iure
8 communi, ſecus tamen eſſet in † ſtatutis, ſtante enim ſtatuto, vt ſtupratores violenti pœna capitali punirentur, non venirent conſtuprantes ex interpellationibus,
* ſuaſionibus, aut muneribus & ita in * practica ſeruandum ſcripſit in indiuiduo *Boſſ. in dicto tit. de Coitu damnato, numero 66. Verſic. Eſt verum, quod arbitrarer. Idem Boſſ. in tit. de Rapt. mulier. n. 15. Verſic. Et ſi aliter diceremus.*

9 Hinc declarari poteſt ſtatutum Mediolani *in † criminalibus, ſub cap. 49. de Pœna rapientis mulierem honeſtam,* ſi quis per vim rapuerit mulierem honeſtam inquirenda, & ipſam adulterauerit, ſeu ſtuprauerit, vel etiam potentis adulterauerit, vel ſtuprauerit, capite puniatur.

Et ne ſigillatim pleraque Inſubrum ſtatuta abducam,
10 declarari poſſunt † *Nouæ Conſtitut. Mediol. in dicto tit. de Rapt. mulier.* vbi vim inferentes honeſtæ mulieri pœna capitis

capitis puniuntur, intellige per vim veram, non autem per metaphoricam, quales ſunt ſuaſiones, interpellationes, munera, &c. eſt enim † analoga vis, priore loco 11
& in potentiore ſignificatu prædicatur de vi atroci, poſteriore etiam de vi ſuaſoria, & interpellatoria.

Quanquam etiam in caſu ſtatuti punientis cognoſcentem mulierem inuitam puniri etiam † auro allicien- 12
tem, & perſuadentem, quia auro perſuadere plus quoddam ſit, quam † cogere *l.1 perſuadere, ff. de ſer. corrup. ſcri-* 13
pſit Marſil. ſing. 353. qui dicit hoc perpetuo * mente tenendum. Atque huc referri poſſunt, aliis pleriſque conſulto omiſſis, ea, quæ ſcripſit Virgil. *lib 3. Æneid.*

Fas omne abrumpit: Polydorum obtruncat, & auro
Vi potitur, quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Ita etiam Neuiz. *in ſua Syl.* de quo *Maſcar. de probat. concluſ. 1416. Violentiarum, nu. 29. verſic. quod ſtatutum,* idem ſcripſit Cater. *in ſua praxi, in §. Circa quartum, num. 282. verſic. Item contrahitur tale crimen.*

Quod ego † non credo verum, alias vt dicit Boſſ. *in di-* 14
cto tit. de damnato Coitu num. 66 verſic. Eſt verum in tit. de Raptu mulier. num. 15. verſic. Et ſi aliter, ſi aliter diceremus, poſſet capite puniri vniuerſus fere mundus

Atque vt ad principale dictum redeamus, quod vis in perſonam honeſtam, etiam † ſine raptu, pœna capitis pu- 15
niatur, voluit Boſſ. *in dicto tit. de Coitu damnato, num. 64. verſic. Et in puellam vi, Angel. de Maleſic. in tit. Che hai adulterato la mia donna, num. 54. Quæro, quæ ſit pœna ſtupri, verſic. Item eſt pœna gladii, Clar. lib. 5. recept. ſentent. §. ſtuprum, num. 3. verſic. Quod intelligo, Batard. ibid. num. 37. verſic item adde, quod ille, qui per violentiam, Afflict. in tit. quæ ſint regalia, §. condemnatorum, num. 2.* Maxime ſi † ſit 16
humilis perſona, *Signorol. conſil. 207. In quæſtione præſentibus, num. 3. verſic. Verum do pro ipſo ſtupro,* Tanto magis per
† leges nouas, Bald. *in l. ſi quis non dicam rapere, num 17.* 17
verſic. Tamen ſi ego haberem, C. de Epiſcop. & cler. Auguſt. de Arimin. ad Angel. de Maleſic. in tit. Che hai adulterato la mia donna, num 55. verſic. Item adde, quod licet ſemper,

Clar. iterum in §. Fornicatio, num. 3. Verſic. Omnes autem, Bart. in l. 1. §. qui puero, ff. de Var. & extraord. crimin. Boſſ. in ſua praxi in tit. de pluribus violentiis, num. 65. Verſic. Eſt etiam pœna capitis, ita vt hæc magis ** communis, Caldas *ad l. ſi curatorem, in Verbo, Vel aduerſarii dolo, num. 58. Verſic. Vnde ſi illa lex, C. de in integrum reſtit. minor.* quicquid deinde diſſentiat *ibid. num. 59. Verſic. Vlterius;* idem voluit *Anton. Gomez. 3. tom. cap. 1. num. 41.* de quo etiam Caldas *loco cit.* dum additur ad Matthesil. quicquid idem voluerit Matthesil. *sing. 99.* Nota *text* quem pauci ſciunt. Et quod ſcripſit Cuman. *conſil. 96. Christophorus Vadens,* quod conſilium *ſupertius* obſeruauimus, intelligit *ibi additionator ad Matthesil. de minore 25. annis,* vbi tamē nonnullæ ſubiiciuntur limitationes. Vide eas. Quicquid etiam voluerit *Alber. in 3. part. ſtat. quæſt. 31. Item pone quæſtionem, Marſil. ſing. 65. Idem in l. 1. C. de rapt. Virgin. Ioſeph Fontanellus inter conſilia criminalia Ziletti conſil 97. Thema, Donatus libidine, num. 9. Verſic. Sed hodie, Vol. 2. Gandin. in ſuo tract. de Malefic. num. 20. Verſic. At qui Virginem proiicit in terram, & Cuman.* qui dicit ita de facto * determinatum, *conſil. 96. Chriſtophorus Vadens, num. 2. Verſic. Et ita determinatum.*

Nec obſtat *text. in §. Item lex Iulia, Inſtit. de publicis iudiciis,* vbi ſtupratoribus lex Iulia irrogat pœnam, ſi honeſti ſunt, publicationis partis dimidiæ bonorum, ſi humiles, pœnam corporis coercitionis cum relegatione. Quo-
18 niam *ille text.* loquitur, quando ſine † vi committitur ſtuprum in virginem, vel aliam honeſtam perſonam; ſi bene ponderetur.

Nec obſtat text. *in l. 3. §. præterea punitur, ff. ad legem Iuliam, de Vi public.* vbi pœna tantum *leg. Iuliæ de Vi publica* puniuntur, qui puerum, vel fœminam, vel quenquam per
19 vim ſtuprauerint, quæ tamen pœna in ſe † capitalis non eſt. Reſpondet enim Boſſ. *loco cit. num. 64. Verſic. Non omitto,* quod lex Iulia habuit ſolum rationem ad vim, non au-
20 tem ad † flagitium, id eſt, ad vim, non ad violentiam; & præterea *ibidem, num. 65. Verſic. Vel dic non eſſe mirum,* di-
21 cit ex eodem facto quem incidere poſſe in † plures leges,

&

& plura delicta, *l nunquam plura, ff de priuat. delict. Bart. in l. ſi adulterium cum inceſtu, in princ. col. 2. ff de adult. & in l. 1. §. Vnde quaritur, ff. de public. Idem Boſſ. in tit. de Pœnis,* quod inde facillime non ſolum coniici, ſed etiam maniſeſtiſſime comprobari poteſt, quod eadem lege, & in puerum, & in fœminam ſtuprum punitur. An vero ſtuprum committens in puerum mitiori pœna, non autem capitali puniatur, dicat *text. in l. Cum Vir, C. de adulter.*

Sanctimoniales autem ſiue † rapiantur, ſiue ſimpliciter violẽter proſternantur, ſiue etiam earum quis violentiam attentarit, vel aliter ſolicitauerit, eum capite puniri nemo eſt, qui ambigat, vt eſt *text in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſcop. & Cler. text. in cap. ſi quis rapuerit, Vel ſolicitauerit. 27 queſt. 1. Salycet. Caſtrenſ. & Alber in dicta l. ſi quis non dicam rapere, Boſſ. in tit. de Coitu damnato, nu. 79. Verſic. Coitus cum moniali, eſt text. in cap. penult. authen. de ſanctiſſ. epiſcop. Franc. Marc. deciſ. 66. part. 1.* & hoc diſponere * communiter ſtatuta per Italiam dixit Marſil. *in l. Vnica, num. 42 & ſequent. C de rapt. Virgin.* de quo etiam *Clar. § Fornicatio, num. 17. Verſic. Cum moniali eſt prohibitus, ibid. Baiard. num. 17. Verſic. Item adde quod laicus. Idem Voluit Ioan. de Anan. conſil. 1. num. 9. Verſic. Pœna autem commiſſi,* poſt *Anton. de Butr in cap. At ſi clerici, de iud.* Et Mediolani extant *No. conſtit in tit de Pœnis lib. 4. in §. Carnali copula.* Carnali copula, *inquit text.* cognoſcens monialem † profeſſam, incedentem tamen in habitu, in monaſterio, ſiue extra monaſterium, capite puniatur, Idem etiam, ſi controuerſæ † ſint, *Baiard. in dicto §. fornicatio, num. 22.* quoniam appellatione monialium, & eiuſmodi † ſeruientes contineantur *Baiard. ibid. poſt Carer. in pract. in §. homicidium, 6. num. 257.* & ſiue virgines, ſiue ſimplices ſint † matronæ, *Boſſ. dicto tit. de Coitu damnato, num. 79. Verſic. Vel quæro modo.* Siue † velint, ſiue nolint, ob maximum conuitium, ſceleſtiſſimamque iniuriam, qua afficiunt Deũ Opt. Max. maxime Mediolani, vt aliquid operentur verba illa §. *Carnali copula, in tit de Pœnis,* quia ſi † nolentes tantum moniales cognoſcens capite puniretur, ſuperflueret profecto illa diſpoſitio, cum iam idem

22 (margin) · * (margin) · 23 · 24 · 25 · 26 · 27 · 28

paulo ſuperius ſancitum fuiſſet in violenter cognoſcente quamlibet honeſtam mulierem, *in tit. de Rapt. mulier.*

Reſpectu vero violentiæ illatæ virgini nondum viri
29 potenti, quod pertinet ad ius † commune, eſt *text. clarus in l. ſi quis aliquid ex metallo, §. qui nondum viri potentes, ff. de pœn.* Qui nondum viri potentes virgines corrumpunt, *inquit text.* humiliores in metallum damnantur, honeſtiores in inſulam relegantur, aut in exilium mittuntur, facit *tex.* etiam *Thom. Grammat. deciſ. 22. De præſenti menſe, num. 1. verſic. Ego tamen dixi*, vbi *num. 2. in fin.* dicit ita
* fuiſſe * iudicatum, & ita etiam in Breduno fuiſſe iudicatum teſtatus eſt Guido Papæ *deciſ. 250.* de quo Thomas Grammat. *loco cit. num. 2. verſic. Regio inſuper,* Caldas poſt alios *ibi allegatos ad l. ſi curatorem, in verbo, Vel aduerſarii dolo, num. 56. verſic. Sed contrarium, vbi late C. de in integrum reſtit. minor. & num. 59. verſic. Vlterius, quod Gomezius, additur ad Mattheſil. ſing. 99.* Nota *text. quem pauci ſciunt, verſic. Quid autem ſi virginem immaturam ſtuprauerit*, faciunt in ſecundo diſtinctionis membro *dicta mei D. mei Præſ. Menochii lib. 2. de arbitr. iud. caſu 294. num. 3. verſic. Secunda vero fuit opinio.* At *Signorol. in conſil. 207. In quæſtione præſentibus allegatis, num. 3. verſic. Verum, quia*
30 *in caſu noſtro* diſtinguit inter † humiliorem, & honeſtiorem perſonam, vt humilior capite puniatur *per text. in l. humilem, C. de nupt.* cæteri relegentur, ſi ſint honeſtiores, *per text. in dicta l. ſi quis aliquid ex metallo, §. qui nondum viri potentes, ff. de pœn.*

31 Alii diſtinguunt inter ius, & conſuetudinem, vt quæ
* diximus procedant de iure, Cæterum † attenta * conſuetudine capitalis omnino impendeat pœna, *Afflict. ſuper 1. part. conſtit. reg. rubr. 19. num.* 14. Sed quoniam conſuetudines plerunque locales ſunt, & ſuus eſt cuique mos, ideo
32 † varias conſuetudines in eiuſmodi coercendis delictis, vide apud *Clarum lib. 5. § ſtuprum, num. 9. verſic. Fuit aliquando dubitatum.* Ipſe tamen vir clariſſimus teſtatur
* Mediolani quendam capite punitum; refert etiam
* contrariam * praxim, vt quidam per decennium tantum ea de re fuerit ad triremes damnatus; ſed for-

te

te hoc poſteriore caſu ex circumſtantiis mitior reddeba-
tur caſus.

Ipſe tamen Clarus *loco cit. in fin.* diſtinguit inter cona-
tum † ſolum, & virginalis clauſtri fracturam, vt primo 33
caſu, vel perpetuo, vel per decennium triremium tantum
pœna infligatur. Secundum vero pœnam vltimi ſuppli-
cii nullo modo delinquens euadat. Sed certe vtroque ca-
ſu pœnam mortis indicerem, vt *inferius* demonſtrabo.

Baldus vero *in l. ſi quis non dicam rapere num. 17. verſic. Tamen ſi ego haberem, C. de epiſcop. & cler.* vult illum omni-
no † vltimo ſubiiciendum ſupplicio, idem voluit *Faber.* 34
in § item lex Iulia, Inſtit. de publicis iudiciis, Franciſc. Curt. iun. in l. ſi transigere, C. de tranſact. Salycet. in l. impunitas, num. 2. C. de pœn. Gomez. q. item cap. 1. num. 60 in fin. Caldas, licet tandem ipſe diſſentiat, *in l. ſi curatorem, in verbo, Vel aduerſarii dolo, num. 56 verſic. Quid autem ſit dicendum, C. de in integrum reſtit.* nec diſſentit additionator *ad Mattheſil. ſing. 99. Nota text. quem pauci ſciunt. verſic. Baldus tamen, D. meus Præſ. Menoch lib. 2. de arbit. iud. caſu 294. Dubitari ſæpiſſime, num. 1.* licet deinde vir doctiſſimus diſ-
ſentiat, concludens contrarium, *num. 6. verſiculo Ego pariter*; & reuera, ſi capitis periculum iis impendet, qui vi-
ri potentem conſtuprantur, atque ideo in ſolam pec-
cant perſonam, quare non magis iis, qui & perſonam &
naturam ipſam aliqua ex parte iniuria afficiunt?

Placet tamen diſtinctio *Boſſ. in tit. de Coitu damnato à num. 67. verſic. Non omitto, & num. 68. verſic Ex his dico,* & faciunt *dict. Grammat. deciſ. 22. De præſenti menſe, num. 1. verſic. Intelligo tamen, & Franciſc. Curt. Iun. in l. transigere, C. de tranſact.* idem voluit *Caldas ad l. ſi curatorem, in verbo, aduerſarii dolo, num. 58. verſic. Qua ratione non eſt mirum, C. de in integrum reſtit. min. D. meus Præſ. Menoc. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 294. Dubitari ſæpiſſime, num. 2. verſic. ego opinor*; quod ſcilicet † virginem nondum viri poten- 35
tem ſi quis vi comprimat, capite puniatur, ſi vero nulla vis
interueniat omnino diſtinguatur inter doli capacem, &
prorſus ætatis, nedum verum etiam, & conſilii & volun-
tatis immaturam, vt primo caſu, non ſit pœna capitalis;

 ſed

36 ſed habeat locum † *tex. l. ſi quis aliquid, §. qui nondum. ff. de pœn.* Secundo caſu, capite puniatur is, qui deliquerit, quoniam ſatis vim dicitur intuliſſe, qui non volenti vim
37 intulit, dicitur autem non volens † ſepteunis, vel ea minor, quæ nec velle dici poteſt.

Quanquam, & ipſe *Boſſ. dicto num. 68. Verſic. Sed non*
38 *perfecto*, in ea eſt ſententia, vt † non perfecto flagitio mitior ſit imponenda pœna, quod & voluit *Clar. lib. 5. §. ſtuprum, num. 9. Verſic. Præterea crederem*, quod & voluit *Alberic. in 3. part. ſtat. quæſt. 31. Item pone quæſtionem, Marſil. ſing. 65. Idem in l. 1. num. 12. C. de rapt. Virg. Ioſeph Fontanellus inter conſilia Ziletti criminal. conſil. 97. Thema, Donatus libidine, num. 9. Verſic. Sed hodie, Vol. 2.*

39 Quod ego in Mediolanenſi † ſtatuto non admitto, ex *No. conſtit. lib. 4. in tit. de rapt. Mulierum, in princip. in illis Verbis, Aut eis Vim inferentes*, etiamſi copula non ſequatur, pœna capitis puniendi ſunt. Nec etiam attento iure
40 † communi, niſi imperfectum ſit flagitium ex voluntaria pœnitentia, ſecus ſi ex facti impotentia, per ea, quæ tradit *Afflict. deciſ. 276. Sereniſſimus, num. 3. Verſic. Et idem dico*; & diximus *in ſuperiore capite, num. 50. & 51. Addo in indiuiduo Caldam poſt ibi allegatos in l. ſi curatorem, num. 60. Verſic. Ex quibus reſolutio, C. de in integr. reſtit. minor.* quicquid deinde ipſe diſtinguat, *ibid. Verſ. Vnde iam reſoluitur.*

Quæ omnia cum ita ſe habeant ſimpliciter, & abſolu-
41 te, ampliorem profecto ſibi † vendicant locum, ſi vis cum effectu nocturno tempore inferatur, vbi ſolus Scalarum vſus ad pudicæ mulieris ruinam capitalem expoſcit pœnam, vt alias diximus ex Claro, *§. fin. quæſt. 68. Nunc videndum eſt, num. 4. Verſic. Aſcendens cum ſcalis, Baiard. in §. ſtuprum, num. 33. Verſic. Item adde, quod ponens ſcalas, Bald. in l. fin. nu. 3. Verſic. Sed hic quæritur. ff. de diuiſ. rerum, Aretin. in § Sancta quoque res, num. 4. Verſic. Quæ pœna eſt, Inſtit. eod. Fontanellus inter conſilia criminalia Ziletti, conſil. 97. Thema, Donatus, nu. 10. Verſic. Neq; obſtat, iuncto nu. 26. Verſic. Conſiderari etiam, Vol. 2. ibid. Marcus Mant. conſil. 98. Profecto negari, num. 1. & 4. Verſic. Et quod denique, eod. lib. 2. Cotta in verbo, Meretrix, Verſic. Et ideo.*

Niſi

Niſi attenta * communi diſtinctione, ſi tamen communis eſt diceres, quod † apponens ſcalas, an ſit violaturus ſimpliciter, an etiam rapturus, neſcimus, ideo maior imminet pœna maiori deliberatæ culpæ. * 42

Reſpectu vero violentiæ † meretrici illatæ, vide omnino poſt *Clar. ibid. Baiard. in § Fornicatio, num. 3. Verſ. Item adde quod in regno, Couar. lib. 3. Variarum reſolutionum ca. 14. num. 2.* qui dicit non poſſe meretricem † cogi, & adeſſe pœnam arbitrariam ſcripſit *D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſu 291. Raptus pœna grauis, num. 5. Verſ. Non eſt ergo.* Qui tamen dicit *nu. 6. Verſ. Credo etiam Bal.* quod poſſet eſſe adeo † atrox iniuria, vt mors inferretur, per *text. cum gloſſ. in § in ſumma, Inſtit. de iniurijs,* plures adducit *idem D. meus Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 86. num. 4. Verſ. extenditur primo* addo *Aretin. in §. Sancta quoq; res, num. 4. Verſ. Quæ pœna, Inſtit. de rer. diuiſ. Bal. in l. fin. num. 3. Verſ. Sed hic quæritur, ff. de rer. diuiſ. Mattheſil. notab. 101. Nota Vnum, cuius ſolent.* De quo tamen vide quæ diximus *in cap. 21. num. 48. Verſ. Quanquam quod pertinet, ex Grammat. conſ. 36. In cauſſa Camilli, num. 21. Verſ. Et ideo in crimin. & Afflict. deciſ. 276. Sereniſſimus Rex, num. 6. Verſ. Sed per ſtuprum,* vbi diximus eſſe * communem, quod arbitrium eiuſmodi † non extendatur ad mortem, quod & voluit in puncto poſt *Carer. in ſua praxi, §. 7. num. 112. & ſequ.* de * communi teſtans *Bart. Bertaz. in conſil. crimin. 134. Certum eſt iſtos inquiſitos, numer. 5. Verſ. Eſt verum, lib. 1.* 43 44 45 * 46 *

Non defuerunt tamen, qui voluerint violentiam † meretrici illatam nulli ſubiiciendam pœnę, ita poſt Bart. & Ang. *in l. Verum, la 2. ff. de furt. Boniſac. Vital. de Maleſ. in titu. de Raptoribus, colum. 2. Verſ. Fallit in Meretrice,* ſcripſit alios allegans *Bertaz. conſ. crim. 134. Certum eſt iſtos inquiſitos, num. 4. Verſ. De iure communi, lib. 1. Boer. deciſ. 317. Et primo tangam, num. 8. Verſ. Quia cum talibus,* qui idem dicit, ſi ea cognoſcatur mulier, quæ † ſemel tantum inhoneſte ab alio fuiſſet cognita, *citat Caſtrenſ.* Sed caue, quia *Caſtrenſ. conſ. 272. Quæritur viſo,* loquitur de ea, quæ licet vnicum ſuſtinuerit illicitum actum, tempore tamen vio- 47 48

ſi reus fuerit † cognitus, *Muſcard. d. nu. 25*. qui ideo con- 54
ſtituit cum Marſil. *conſ. 61.* differentiam inter mulierem
acclamantem ſibi vim illatam, & † negantem illatã vio- 55
lentiam, vt poſteriore caſu plene probet, priore indicium
tantum faciat.

Attamen vbi reus è † domo acclamantis mulieris ex- 56
ire deprehenditur, per acclamationem probatur violen-
tia, ita poſt alios *ibi* allegatos *Maſcard. concluſ. 23. Accla-
mationem, nu. 2. Verſ. Imo inducit probationem.*

Reſpectu autem † præſcriptionis ad accuſandum, quo- 57
niam iuſta eſt, & probabilis † ignorantia, quis nam fuerit 58
is, qui vim nocturno intulerit tempore, vt eſt *gl.* quam *ibi*
Ang. dicit ſingularem *in l. ſi cum exceptione, in meo incipit,
l. item ſi cum exceptione. §. in hac actione, in verbo, Ignoran-
tiã. ff. quod met. ca. Franc. Marcus deciſ. 764. Quæritur, quia,
n. 1. par. 2. Vnde lar familiar. in Aulularia* Plauti in *Prologo.*

Is ſcit adoleſcens, quæ ſit quam compreſſerit.
Illa illum neſcit, neq; compreſſam autem pater &c.
Is adoleſcentis illius eſt auunculus,
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigilys.

Dico nunquam † præſcriptam aliquo tempore accu- 59
ſationem in hoc caſu, vt eſt tex. *in cap.* plerumq; boni viri
cum *glo. in verbo, Et tacent, 2. quæſt. 7.* Sed de hoc latius ſuo
loco in cap. de Præſcriptionibus.

In formanda tamen accuſatione caueat omnino mu-
lier, illiuſque aduocati, ne dicat ſe violenter cognitam,
quoniam, cum aduerbium † violenter ſtet & actiue, & 60
paſſiue, poſſitq; ideo inde duplex deduci ſenſus, & quod
violentia illata fuerit viro, & quod fœminæ, in dubio ſe-
quetur abſolutio, illaque dictio † violenter, ex parte mu- 61
lieris actiue poſita intelligetur in odium mulieris, quæ
non dicitur perfecte probaſſe paſſiuam violentiam, *Bart.
in l. cum duo eadem, num. 7. verſic. Quidam aduocatus vo-
lens, ff. de duob. reis, idem in l. filius familias 16. numer. 2.
verſic. Et facit ad quæſtionem, ff. de teſtam. Bartol. iterum in
l. ſi vxor, § ſi quis vxorem, num. 4. verſ. Vltimo volo vos ſcire,*
qui dicit idem eſſe de omnibus verbalibus, vt duplicem
habeant ſignificationem, & actiuam, & paſſiuam. Ideoq;
ſubiicit

ſubiicit ibi * praxin quandam, vt ſcilicet, qui vult concludere violentiam paſſiuam ex parte mulieris, in libello expreſſe dicat, quod talis cognouit talem paſſam ab eo vim, per *text. in l. vim paſſam ff eod. idem Bar. in l. ſi ita la §. ff. de manumiſſ. teſtamento, Ang. in l. cum res, C. vi bonorum rapt. Ruin. conſ. 145. Abſque multiloquio, num. 25. verſ. Quia verbum violenter, lib. 5. Abb. in c. dudum l, 2 colum. vltim de elect. Decian. conſ. 8. num 45. volum. 1. Baiard. ad Clarum in §. ſtuprum, num 39. verſ. Item adde, quod ſi quis probaretur, Bald. in Rubr. extra de his, quæ vi, metuſue cauſſa fiunt, nu. 12. verſ Illud conſtat, quod multa facinora. Decius in cap. In præſentia, n. 65. verſ Quarto idem in ſimili, de probatio. Mattheſil. ſing.* 102 *Nota, quod ſi capitulum.*

Sed certe, quod imo importet violentiam actiuam ex parte viri, paſſiuam autem ex parte mulieris, ſaltem ex communi vſu loquendi voluit Barbat. *in cap. quia, de iudiciis per text. in cap. vt fama, in verbo, Violenter, de ſent. excommun. & cau. cum pridem, in verbo violenter, de pact.* ſicut, & dicta teſtium intelligenda ſunt ſecundum communem vſum loquendi, Innoc *in cap. cum clamor, de teſtib. Bart. in l. ſtipulatio iſta §. hi quoq; ff. de verb. obligat.* Ideo licet mulier poſſit vim maſculo inferre, vt ab eo cognoſcatur, vt eſt *gloſſ. in verbo, ſponſam ſuam in l. 1. C. de rapt. Virgin. D. meus Præſ. Menoch. qui in raptu loquitur lib. 2 de arbitr. iud. caſu 291. Raptus pœna, in fin.* raro tamen id fit, nec eſt de communiter contingentibus *glo. loco cit. Ang. in l. 2. ff. de duobus reis, ibid. Alex. ad Bar. nu. 7. verſ. Deberent intelligi,* & ideo de Bartoli deciſione dubitari poſſe, poſt *Angel. & Aretin. in l. 2. § ſi ff. de duobus reis* ſcripſit, *Dec. in ca. in præſentia, nu. 65. verſ. De quo tamen dubitari poteſt, de probat.*

Firmanus rurſum in verbo, *Violenter*, dicit non recedendum ab opinione Bartoli, quia vbi verbum eſt æquiuocum, & teſtes ſimpliciter deponunt, interpretatio fit contra producentem teſtes, cap. in præſentia *el. 2. de probat.* In dubio enim debemus capere viam, per quam delictum excludatur per Bart. *in l. non ſolum, §. ſed vt probari, ff. de op. no. nun. Innoc in ca. dudum el 2. de electio.* Nec facit ſecundum eum communis vſus loquendi, quia illud eſt

verum

verum, niſi agatur ad effectum pœnę imponendæ: quia tunc benigniorem partem ſequi debemus, vt pœna euitetur.

Ego exiſtimo verbum † Violenter intelligi in ſignificatione actiua ex parte viri, & in ſignificatione paſſiua ex parte mulieris his ſaltem caſibus. Primo ſcilicet, quoties ita ſe habet communis vſus loquendi, Matthe ſil. *ſing.* 102. *Nota quod ſi capitulum in fi. Alexa ad Bar. in l 2. ff. de duob. reis* in verbo, *Deberet intelligi*, & plures *ſuperius* allegati. Secundo, quando eſt mulier, quæ accuſat, & conqueritur, quod Titius eam violenter cognouerit: nec enim intelligenda eſt, vt prodat ſe ipſam, atque illius accuſatio reddatur eluſoria, quod manifeſte liquebit ex iis, quæ de Accuſationibus *in proprio cap.* dicemus. Tertio, quando teſtis, vel quiſpiam alius non vtitur hac actiua ratione dicendi, Titius cognouit violenter Bertam, vt in hoc ſenſu Bartolus loquitur, ſi alii bene eum intellexerunt, recteq; obſeruarunt; verum vtitur teſtis locutione paſſiua hoc pacto, Berta violenter à Titio cognita eſt, vigore ſenſus paſſiui, cognita. Quarto, quando deponerent teſtes de violentia præciſa, quia licet mulier poſſit cogere virum, illi mortem comminando, vel aliud mali quippiam denunciando, & ſic violentia cauſatiua, ſolus tamen vir violentiam præciſam poteſt mulieri inferre, non etiam mulier viro, ita eleganter *Hoſtien. in cap. is, qui fidem, colum. 2. de ſponſal. Couar. de ſponſal. part. 1. c. 4. §. 1. Nunc agendum eſt, nu. 11. verſ. Septimo hinc etiam infero.* 26

CAPVT XXIV.

De Fure.

ARGVMENTVM.

Furem nocturnum, ſi armis aggrediatur etiam pro vnico furto furcis ſuſpendi poſſe. Quid præterea differat fur nocturnus

cturnus à diurno reſpectu priuatæ au-
ctoritatis. An indiſtincte fur nocturnus
poſſit occidi, etiam à Clerico. Quid ſi
de ſola agatur facultatum iactura. Fur-
ti tandem nocturni probationes, re-
miſſiue.

SVMMARIA.

1 *Fur quid differat à latrone in ordine ad nocturnum tempus.*

2 *Fur, & de diurno prædicatur, & de nocturno.*

3 *Fur nocturnus plus puniendus quam diurnus.*

4 *Fur nocturnus, ſi armis aggrediatur, etiam pro vnico furto ſuſpendi debet.*

Cæterum extra ordinem punitur, ibid.

5 *Fur nocturnus ex Platone indiſtincte poteſt interfici.*

6 *Fur nocturnus quando impune occidi poſſit ex Vlpiano.*

Quando ex Caio, nu. 7.

8 *Fur nocturnus poteſt occidi, ſi clamor intercedat, Al ladro, Al ladro.*

Modo acclamans ſit perſona grauis, nu. 9.

De quo inferius, num. 10.

11 *Fur diurnus tunc demum poteſt occidi, ſi ſe telo defendat.*

12 *Fur, ſiue diurnus, ſiue nocturnus, an poſſit occidi in foro Conſcientiæ, remiſſiue.*

13 *Fur nocturnus, ſi telo ſe defendat, omni lege poteſt occidi.*

Atq; indiſtincte percuti, & vulnerari, nu. 14.

Et ibi quid veniat appellatione teli, nu. 15.

Quid item, ſi ſe non defendebat cum telo fur nocturnus, num. 16.

17 *Fur nocturnus cur indiſtincte poſſit occidi ex Tholoſ.*

D. ſim

Diſtinguit Author, nu. 18.

19 Fur nocturnus poteſt occidi etiam pro defenſione propria familia.

Etiam in dubio, num. 20.

Etiam pro defenſione famuli, nu. 21.

22 Famulus dicitur eſſe de familia Domini.

23 Domeſticorum appellatione veniunt etiam ſeruientes.

24 Clericus poteſt pro tutela propria vita aggreſſorem interficere, etiam ſine metu irregularitatis.

Non tamen poteſt interficere pro ſalute propinqui, num. 25.

Et ſi interficit efficitur irregularis, licet non peccet, numer. 26.

27 Fur nocturnus ex gloſſ. etiam ſi ſe non defendat poteſt occidi.

28 Tex. in l. furem nocturnum. ff. ad l. Cornel. de Sicar. declaratur.

29 Fur diurnus non poteſt occidi ex gloſſ. niſi telo reſiſtat.

Ratio differentiæ adducitur, nu. 30.

31 Debitor fugiens, ſi ſe telo defendat, poteſt impune occidi.

32 Fur etiam notus poteſt occidi, ſi aliter res recuperari non poſſint.

Diſtinguit Couar nu. 33.

34 Fur nocturnus, quando poſſit occidi ex Caccialupo.

35 Fur diurnus, vel ignotus, vel alias inhabilis ad conueniendum, poteſt ad inſtar nocturni occidi.

Idem ſi teſtes non adſint, nu. 36.

Vel quocunque modo per modum Iudicij res ſubtractæ recuperari non poſſint.

38 Fur nocturnus non poteſt occidi impune, niſi quatuor cōcurrentibus ex Claro.

39 Acclamatio in fure nocturno, licet forte ſit neceſſaria ad furem nocturnum occidendum, non tamen eſt ſufficiens.

Illud tamen iudicis arbitrio relinquitur, nu. 40.

41 Furtum

41 *Furtum dum volunt aliqui probari per domeſticos, & familiares, illud temperat author.*

42 *Fur etiam nocturnus, modo rei vilis, non poteſt impune occidi.*

Modo certum eſſet ſolius furti gratia furem adfuiſſe, num.47.

43 *Vili de re parcitur ſamæ hominis.*

44 *Vilis rei furtum dici tur à duobus aureis infra.*

45 *Gallinam ſurripiens committit furtum.*

46 *Ouum ſubtrahens furtum committit.*

48 *Fur nocturnus differt à diurno etiam reſpectu rei vilis.*

49 *Clericis non licet fures occidere, etiam pro defenſione rerum ſuarum.*

Et ſi occiderint, erunt irregulares, nu.50.

Temperatur ex Couar. num.51.

52 *Couar. de irreg. par.3. §. vn. num.6. col. vlt. ver. Vndecimo ad propoſitum, declaratur.*

53 *Clericus quando poſſit occidere, vel non occidere furem, vel diurnum, vel nocturnum.*

54 *Clericus poteſt interficere aggreſſorem, etiam ſi pertimeſcat tantum, ne aliquo vulnere afficiatur.*

55 *Nocturna plura furta, an in vnicum imputentur furtum, remiſſiue.*

56 *Nocturni fures excubantes, ne alij inuenti deprehenderentur.*

57 *Furtum nocturnum quomodo probetur, remiſſiue.*

58 *Furtum nocturnum vna cum furibus ſcientes, excommunicari poſſunt, niſi fures manifeſtauerint.*

1 FVrem à latrone in hoc differre, quod ad † nocturnum tempus pertinet, vt latro proprie dicatur, qui diurno tempore furetur, atque aperte; fur vero, qui clam, & noctu, ſcripſit *Marcus Mant. in ſua Dialogiſ. claſſ.6. cap.9. Licet ne furem nocturnum interficere, n.2. verſ. Poſtquam de fure loquimur, per text. in l.1. ff. de furt. in l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœn gloſſ. in l. congruit. ff. de off. præſid. Alber. in verbo Latro, Bertrand. conſi.268. num.4. volum.3.* Quod an verum

verum ſit indiſtincte, nec animus eſt, nec locus amplius
examinare. Illud quidem ſcio † furem, & de diurno præ- 2
dicari, & de nocturno rerum alienarum ſubtractore, vt
aperte legitur in iuribus mox allegandis, nec repugnant
allegata iura *à Mantua.*

Nocturnum autem furem plus † puniendum eſſe, 3
quam diurnum, nemo eſt, qui in dubium reuocet, *ita tex. in l.1.C.de furibus balnearis, in l.itaq; ff. ad l. Aquil. Angel. in l.ſi vt allegans, num.1. Verſ. Veritas eſt iſta, C. de ſicarijs, D. meus Praeſ. Menoch. lib. 2 de arbitr. Iud. caſu 296. Fures balnearij, num 2 Verſ Quo loci, Alber in l.ſi quis, num.2. Ver. Habet eadem verba, ff. de priuatis delict. Idem in l.furem per totam, ff. de ſicarijs.*

Qua autem pœna is affligatur fur, qui nocturno pec-
cauerit tempore, attenta † publica auctoritate, ſi armis 4
aggrediatur, etiam pro vnico furto furcis eſt ſuſpenden-
dus, *Caſſan in conſuet. Burgund ſol.164.nu 8.* de quo Ioan. Baptiſta Binard *ad Clar. in §.furtum, num.54. Verſ. Et quod fur nocturnus, in ſuis receptis ſententijs* Attenta autem pri-
uatorum facultate, quas ſuſtineat pœnas fur nocturnus,
quandoque, ſi † Platonis obſeruemus legem, is indiſtincte 5
nocturnus fur interfici poterit, vt eſt teſtis Marcus Man-
tua *in ſuo Dialogiſm. claſſe ſexta, c.9 Licetne furem nocturnũ interficere in prin.* Attento autem iure noſtro, de nocturno
fure varie ſentire videntur Iureconſulti, etenim † Vlpia- 6
nus *in l. furem nocturnũ, ff. ad l. Cornel de Sicar.* dicit, quod
ſi quis furem nocturnum occiderit, ita demum impune
feret, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit. † *Caius* 7
vero *in l. itaq; ff. ad l. Aquil.* vult furem nocturnum occidi
indiſtincte poſſe, ſi tamen occidẽs id ipſum cum clamore
teſtificetur, Al ladro, Al ladro, maximam conſtituens dif-
ferẽtiam inter nocturnum furem, & diurnum, vt ille poſ-
ſit ad libitum occidi, ſi † clamor intercedat, de quo etiam 8
Azo in ſumma in rubr. C. de l. Aquilia, nu.4. Ver. Et hac ratione, Alber. in l. furem, nu.1. Verſ. Vnde lex contraria, ff. de ſicarijs, Alexan. de Neuo conſ 87. Vidi proceſſum nu.1. Verſ Et Iacopinus inter conſ. crim Zileti Vol.1 quod tamen verum
arbitratur *Marſil.* ſub verbo ſorte ſi clamans de nocte Al

9 ladro, & illum interficiens ſit † grauis perſona, ſecus ſi vilis, ad fraudes euitandas, Marſil *in l. furem, nu. 23. Verſ. Sed*
10 *pro concordia, ff. de ſicar.* Sed de hoc † inferius, Hic vero, diurnus ſcilicet deprehenſus fur, ita demum occidatur, ſi
11 is ſe † telo defendat, vt tamen æque cum clamore teſtificetur, & hanc eſſe * veritatem ſcripſit Angel. *in l. ſi vt allegas, n. 1. Verſ. Veritas eſt iſta C. de ſicarys,* ita etiam *Ioachim. Mynſing in prin. tit. de Action. D. Iuſtinianus num. 14. Verſ.*
* *Nocturnum licet,* de * communi poſt *ibi allegatos Clar. lib. 5. § homicidium, nu. 47. Verſ. Vltima eſt defenſio,* declarando, vt *ibi* poſt Didacum *ibi* allegatum, *Aug. de Arimin. ad Ang. de Maleſ. in verbo, Comparent dicti inquiſiti n. 18. Verſ. Et an prædicta habeat, Cou. in. de irregul. § Vnico. par. 3. nu. 6. Verſi. Sexto ex his oportet expendere,* vbi latiſſime diſſerit,
12 quid dicendum ſit in foro † conſcientiæ, vide eum. Bar. *in l. ſed & ſi quacunque, nu. 1. ff. ad l. Aquiliam,* quæ multo magis, vbi de telo agitur, procedit in fure nocturno, etenim Corneus *conſ. 27. In primo, ſub litera I. in antiquis & in nouis, nu. 15. Verſ. Cum lege humana, Volum. 3.* dixit, quod lege
* * humana eſt permiſſum, atque * diuina, furem noctur-
13 num † telo ſe defendentem occidere, & hoc, & lege diui-
* na, & * Canonica permiſſum eſſe teſtatur *Alexa. de Neuo conſ. 87. mox allegando, num. 9. Verſ. Inde etiam,* atque in-
14 diſtincte † percutere, & vulnerare, de nocte licere, ſiue ſubſit rerum furto ſubtrahendarum timor, ſiue non ſubſit, ſcripſit *Alexa. de Neuo inter conſi. crimin. Ziletti, conſil. 87. Vide præceſſum, nume. 1. in fi. Verſ. Imo etiam, & nume. 3. Verſ. Vnde illa lex, Volum. 1.* qui late *ibid. numer. 2. Verſ. Nec obſtat* declarat tex. *in l. furem, ff. de ſicarys,* illiuſque legis omnem tollit difficultatem. Quod non ſolum vult *Alex. conſil. 140. Videtur, num. 7. Volum. 2.* quando fur nocturnus
15 ſe telo defendebat, ſed † etiam, quando enſe, ferro, lapide, vel alio quocunque inſtrumento apto ad nocendum, hæc enim omnia veniunt in re propoſita appellatione teli per *tex. in l. ſi pignore, § furem, ff. de furt.* quinimo, etiam ſi ſe
16 † non defendebat fur nocturnus, quia in dubio poteſt occidi eadem ratione, *Alex. loco cit. per tex. in cap. ſi perfoditur de homicid.* quem mox ſumus relaturi, & *ibi Anto. de Butr.*

no. 6.

in Gemin. Dec. in l. vt vim, num. 31. ad med. ff. de iuſt. & iur. Marſil. in l. ſi vt allegas, C. de ſicar. & in l. furem, ff. eo. ſecus ſi certi eſſemus, quod ſolius furti gratia *Alex & Dec. loco cit. per l. itaq. ff. ad l. Aquil.* & alia iura *ibi* allegata. Atque illud de nocturno fure, vt tandem pollicita efficiam, eſſe poteſt, quod notat Greg. Tholoſ. *par. 3. ſyntag. iur. vniuer. lib. 37. c. 14. Aliæ ſunt perſonæ, nu. 10. Ver. Alia obſeruanda.*
Quia, ſcilicet † dubium eſt, num cædis potius, quam fur- 17
ti cauſſa inueniantur imminere ædibus, & dominis. Et
eſt *tex. in cap. ſi perfodiens de homicid.*

Verba textus ſunt eiuſmodi.

Si perfodiens inuentus fuerit fur, & percuſſus mortuus fuerit, non eſt illi homicidium imputandum. Si autem oriatur Sol ſuper eum, reus erit. Intelligitur ergo nō pertinere ad eum homicidium, ſi fur nocturnus occidatur: ſi autem diurnus fuerit, ad homicidium pertinere. Hoc eſt enim quod ait, ſi oriatur Sol ſuper eum, & cætera: iam poterat diſcernere quod ad furandum, non ad occidendum veniſſet & ideo non debet occidi. Hoc etiam in antiquis legibus ſecularibus, (quibus illa eſt antiquior) inuenitur, impune ſcilicet occidi nocturnum furem, quoquomodo: diurnum autem, ſi ſe telo defenderit. iam enim plus eſt, quam fur.

Hactenus textus.

Idem omnino voluit etiam Alber. *in l. furem, numer.* 1. *verſ. Sed quia de nocte ff. de ſicariis* Atque illud eſt, quod in princip. huius capitis, commonuimus ex Mantua *in ſuo Dialogiſmo, ex Platone,* ſcilicet licuiſſe indiſtincte nocturnum furem interficere, quod & aliis probatum fuit, qui in hoc apparatu recenſentur, & refert inſuper *Couar. in titu. de irregular. par. 3. §. vnico, num. 6. verſ. Primus ſit huius concertationis.*

Sed ego libenter, quod ad hoc pertinet, diſtinguo inter
forum † exterius, & interius, vt exterius, quis neceſſariam 18
ſemper, & allegare tutelam poſſit, & obtinere ratione
dubii euentus; in foro autem conſcientiæ bene videat;
declarando etiam, vt *inferius ſuo loco* declarauimus *ex
Couar. loco citat.* per plures caſus, vbi omnino videndum

 eſt.

eſt. Hæc autem, quæ dicta ſunt de defenſione, atque tutela a fure nocturno, illiuſque inſid is, non ſolum procedunt pro defenſione propriæ perſonæ, ſed & propriæ † familiæ, quoniam vtroq; caſu poterit fur nocturnus impune occidi, *Angel. de Maleſ. in Verbo, Etiam Veſtem cœleſtem foderatam Verſ. Et nota bene, quod de iure, num. 12. in princ. Alex. d. conſ. 140 nu 7. Verſ. Non obſtat, ſi diceretur, lib. 2.* etiam in† dubio, *poſt Bald. in l. 1. col. 8. cum ſeq C. Vnde Vi*, etiã pro defenſione † famuli, Alex. *loco cit* poſt Bald *ibidem*, dicitur enim famulus eſſe de familia † domini, ita in puncto, *Alexan. loco cit.* & eſt *text. in l. 2. ff. de Vſu, & habitat.* & *not. in cap. 1. de cler. ægrot.* & ad Alex. *loco cit. ſub litera L.* obſeruat *in puncto* Clariſſimus collega meus D. *Marc. Ant. Roueſc.* quod ſeruientes veniunt appellatione † domeſticorum. Neq; enim hoc caſu eſt differentia inter tutelam propriæ perſonæ, & ſuorum.

19 20 21 22 23

24 Quod omnino limitandum arbitror in † clerico, qui licet pro tutela proprii corporis poſſit aggreſſorem interficere, nec ideo peccet, nec etiam ſit irregularis, Marſil *in l. 1. num. 29. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Bertaz z. conſ. criminal. 135. Dubia ſubtiliter, num. 25. lib.* 1. & ſcripſimus *in cap. de Clerico, num. 26.* non tamen poteſt interficere aggredientem † propinquum ſuum, & ſi interficiat, licet non peccet, efficitur † tamen irregularis, *gloſſ. ſing. ſecundum Cardin. in clem. ſi furioſus in Verbo, Suum, de homicid. Abb. in cap. 2. circa medium, de clerico percutiente, add. ad Angel. in l. quoniam multa facinora, nume. 4. in Verbo, Pro defenſione, ſub litera B. C. ad l. Iuliam de Vi publica.* Multoq; minus poterit interficere furem clericus pro rerum ſuarum defenſione; ſed de hoc *inferius ſuo loco.*

25 26

At *gloſſ. in d. l. furem nocturnum, Verſ. Vel verius, ff. ad l. Cornel. de Sicar.* vult, quod poſſit quis † nocturnum occidere furem, etiam recedentem, cum dixeris, qui ſe nullo defendat pacto, nec telo, modo aufugientem cum rebus occidat; atque exponit verba illa text. ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit; ſine periculo † ſcilicet, vel perſonæ, vel rerum ſuarum. Diurnum autem † noluit eadem gloſſ. poſſe occidi furem, niſi telo reſiſtat, atque ideo

27 28 29

ideo præ ſolius timore perſonæ, non etiam rerum, quod etiam voluerunt leges duodecim tabularum, teſte *Cicero Pro Milone* 12. tabulæ, inquit Cicero, nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem ſi ſe telo defenderit, interfici impune voluerunt.

Adducit *eadem gloſſ.* rationem differentię, quia fur nocturnus, ſi cum rebus aufugiat, difficile eſt illum exinde † recognitum iri, quod ſecus ęſt in diurno, qui facile po- 30
terit accuſari, ideoq; difficile poterit occidi, quod & voluit Bald. *in l. ſi vt allegas, nu. 2. verſ. Nota optimā rationem, C. de ſicarijs.*

Sed certe aliquem eſſe facilis recognitionis, & difficilis inquiſitionis, vt poſſit res furto ſubtracta recuperari, eſt ratio tantum verbalis, paria enim ſunt quem non poſſe recognoſci, & inutiliter poſſe recognoſci, iuribus vulgatis, qua de re Bald. *in l. ſi vt allegas, num. 2. verſ. Et idem, ſi eſſet, C. de ſicarijs*, vult, quid fur etiamſi notus ſit occidi poſſit, ſi aliter furtum paſſo res eſſe ſaluæ non poſſunt, puta, quia fur ſit receſſurus, & dicit ita ſentire * doctores, ex quo infert notabiliter *ibid. numer. 3. verſ. Vnde ibi licet*, ad debitorem † fugientem, qui ſe telo defendens ſi 31
occidatur, impunè id erit factum, cum fiat ratione rerum, quæ aliter ſaluæ eſſe non poſſunt; ita etiam *addit. ad Bart. in l. furem ſub litera B. ff. de ſicarijs*, nec † aliud voluit 32
Angel. ſi bene eius verba perpendantur *in l. ſi vt allegas, num 1. C. de ſicar.* Idem in ordine ad eum, qui ligna fuerit furatus, quæ alias ab eo recuperari non poſſent ſine homicidio, vt impune fur nocturnus occidi poſſit, ſcripſit *Alexan. de Neuo inter conſilia crimin. Ziletti conſ. 87. Vidi proceſſum, ſeu teſtes, numer.* 1. *verſ. Et Iacopinus volum. 1. per text. in l. 4. §. 1. ff. ad l. Aquil. text. in l. furem, ff. de ſicar. & in cap. ſi perſodiens, de homicidio.* De quo tamen vide *late per Couar. in titu. de irregular. par. 3. cap. vn. num. 6. verſ. Sexto ex his oportet*, vbi latiſſime examinat, qui tandem cum aliquali † diſtinctione, *verſ. Secundo proponitur ea ſpecies*, 33
illam dicit * communem opinionem, vt etiam pro ſalute rerum ſola, licet quem occidere; *Vide eum.* Vide etiam remiſſiue loquentem *Auguſt. ad Angel. de Maleſic. in*

Verbo, Comparet, d. inquiſiti, numer. 18. Verſ. Et an prædicta habeant ibid. Angel. numer. 17. Verſ. Quid ſi interficiens.

Placet ergo id totum eſſe ratione difficilis perſecutionis rerum furto ſubtractarum, ſiue hæc difficilis perſecutio pẽdeat ex furis ignoratione, ſiue ex eiuſdem reali proficiſcatur inquiſitione.

Quare mihi mirum placet in modum pulcherrima conſideratio *Iacobi de Rauenna in d. l. furem, ff. ad l. Cornel. & Ioannis Baptiſta Caecialupi in tractat. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo, in quarta quæſt. princip. num. 5. Verſ. Illud tamen non eſt ignorandum*, in hæc verba. Illud tamen

34 non eſt ignorandum, quod furem † nocturnum licet propria auctoritate damnum paſſo interficere, ſi non poteſt ipſum dimittere, ſine periculo ſuæ perſonæ, vel re-

* rum, & hanc opinionem eſſe * veram ſcripſit *Bartol. in l. furem, numer. 1. ff. de ſicar.* atque hoc in nocturno ideo eſt expreſſum, in fure diurno videtur negatum, quia in fure nocturno frequentius contingit, vt periculum impendeat amittendæ rei, quod tamen ſi contingeret in fure diurno, idem eſſet. Quare, ſi fur diurnus ſit ignotus, notus vero ſit nocturnus fur: Nocturnus vero, & nota ſit perſona, & habilis ad inquirendum, à quo poſſit res recuperari, non licebit eum occidere, ſed tantum vim vi cum moderamine repelli poterit ad rem incontinenti

35 recuperandam. Diurnus vero † ignotus, nec habilis ad conueniendum, ad inſtar nocturni, interfici poterit, ſi

* rei amittendæ periculum immineat, quod eſſe * notandum dicit *Sanctoſeuerinas d. quæſt. 4. num. 7.* quod & ego perpetua animaduerſione dignum exiſtimo, idem omni-

* no voluit *Bart. in l. furem, num.* 1. vbi innuit de * communi *ad l. Cornel. de Sicar.* ad quod facit illud Bal. *in l. ſi Vt allegas, num. 3. Verſ. Vnde ibi, C. de Sicar.* idem voluit poſt *Cyn. ibi allegatum Angel. in l. ſi. Vt allegas, num. 1. Verſ. Et propterea dixit Cyn. C. de Sicar.* ex identitate rationis, qui dixit

* hanc opinionem ſibi * placere, idem voluit etiam Albet. *in l. furem, per totam, ff. de Sicar.* vbi dicit etiam interfici poſſe furem, & diurnum, & nocturnum, non ſolum, quan

do res agitur cum ignoto fure, vel etiam fugitiuo, ſed et-
iam, ſi † teſtes non adſint; & tandem quolibet caſu occi- 36
dere licet, ſiue diurnum, ſiue nocturnum furem, vbi per
modum † iudicii res, quæ ſubtrahuntur recuperari mini- 37
me poſſunt. *Vide eum vbi plura allegat.* Idem voluit idem
Albert. *in l. itaque. num. 1. verſ. Et aduerte. q; in Vltramon-
tan. ſſ. ad l. Aquil.* qui ideo dicit eſſe magis * * commu- *
nem opinionem, vt non ſolum fur poſſit interfici, vbi de
perſonæ periculo agitur, ſed etiam vbi de irrepabili re-
rum iactura, *Azo in rubr. C de l. Aquil. num 4. verſ. Et hac
ratione in ſua Summa. Idem Inſtit. de act. in prin. num. 69.
verſ. Vel dicito. Vide etiam Angel. in l. furem num. 1. & 2. ſſ.
de Sicar.* Et de * veritate teſtatur, licet ſub modeſtiſſima *
verborum conceptione, *Couar. de irregular. par. 3. §. vni.
num. 6. verſ. Sexto ipſe vere, ni fallor, opinor. Sebaſt. Medices
in tract. de fortuit. caſib. par. 1. quaſt. 8. Vim vi repellere,
num. 33. verſ. Decimoquinto ampliatur. poſt Clarum in §. ho-
micidium num. 47. Alexand. conſ. 138. num. 9. volum. 6. Iaſ.
in l. vt vim num. 25. ſſ. de iuſtit. & iur. & alios ibi allegatos.*
Videri etiam poteſt *Abb. in cap. 2. colum. 1. verſ. Ex quo in-
fero, de homicid. ibid. Felin. nu. 3. ver. Secundo limitatur, Bar.
in l. furem, in prin. ſſ. de Sicar.*

Quare non male ſenſit Clarus volens ex * communi *
opinione, vt fur nocturnus non poſſit impune occidi, niſi 38
† quatuor concurrentibus. Primo, quod illud ſiat pro de-
fenſione ſui ipſius, vel rerum ſuarum, alias non poſſit quis
occidere furem, ſi recedat ſine rebus ſuis. Secundo, quod
volens occidere furem nocturnum clamet, vt & ſuperius
commonuimus. Tertio, quod eum non cognouerit, nec
habuerit teſtes, qui potuerint illum cognoſcere, & con-
tra illũ deponere ratione furti. Quarto requiritur, quod
eum capere non potuerit, & hanc eſſe * communem opi- *
nionem, poſt ibi allegatos teſtatur *Clar. lib. 5. § homicidiũ,
num. 47. verſ. Vltima eſt defenſio.*

Sed certe, licet vociferatio, de qua etiam nos aliquid
dicturos ſumus polliciti ſuperius, max me proſit, vel et-
iam ſit neceſſaria ad hoc, vt fur nocturnus impune oc-
cidi poſſit, ſi tamen non occidatur, vel aliter † non con- 39

ſtet de fure, non eſt vociferatio nocturna indicium ſuffi-
ciens ad amiſſionem rei, illiuſque furtum concludendum, alias eſſet facile confingere, & fracturas, & furta. *Boſſ. in titu. de furt. in princ. num. 2. Specul in titu. de Pignoribus, numer. 15. Verſ. Sed dic contra, per text. in l. metum, C. quod met. cau. Grat. conſi 94. Viſis facti ſpecie, num. 9. Verſ.*
40 *Furtum non probari, Volum. 2* quod tamen omnino † iudicis arbitrio poſt Angel *in l, fin ff. de furt. Salyc. in l. 1. C. de dilat. in l. quæſitum, ff de re iud. Cephal. conſ. 640. Rimin. Iun conſ. 210.* & alios *ibi* allegatos relinquit *Claud. Bertaz. ad conſ patris ſui, conſ. 338. D. Georgius ſub litera D, Verſ. Iſte autem clamor, Volum. 2. eodem pacto intelligo, Barto. in l ſi quando in fin. C. Vnde Vi, & Abb. in cap. fin. quod met.*
41 *cauſſa*, dum voluerunt, quod probentur † res amiſſæ per domeſticos, & familiares, quia viderint res illas præcedenti die, quas dixerint furto ſubtractas, & de nocte ſenſerint furem maneque res eaſdem non repererint, intelligo inquam, ſi etiam aliter conſtet, vel ſaltem id iudicis arbitrio relinquatur, attenta qualitate loci, perſonarum, & rerum, per ea, quæ *ſuperius* diximus.

Fallunt hæc omnia primo, ſi furtum etiam nocturno
42 tempore factum, ſit † modici momenti, quoniam non ideo licet furem nocturnum occidere, *l. ſi ex plagis, §. ta-*
* *bernarius, ff. ad l. Aquilam,* quem *text.* dicit * ſingularem, & peregrinum, Angel. *de Malef. in Verbo, Et Veſtem cæleſtem foderatam, Verſ. Et nota bene, numer. 12 Verſ. Quod eſt Verum, idem Angel. in §. Actio autem, num. 12. Verſ. In gloſſ. in iudicio, Inſt. de act.* & hanc ſententiam habere maximã
* * æquitatem ſcripſit *Couar. de Irregul. par. 3. §. Vnico, numer. 6. Verſ. Decimo non eſt prætermittendum, Iaſo. in l. Vt Vim, num 25. ff. de iuſt. & iur. Barthol. Bertaz. conſ. crimin. 434. Dubia ſubtiliter, num. 17. Verſ Et ſicut non licet, & nu. 28. Verſ. Sicut etiam nihil facit, Volum. 2. Matthesila. ſingu. 134. Nota,* quod leges, quæ permittunt furem nocturnum occidi, qui hoc optimis comprobat ſimilibus, quoniam,
43 inquit ipſe, ſi pro re vili parcitur † famæ hominis, *l. ſi oleũ, ff. de dolo,* multo magis vitę, *Iaſ. Inſt. de act. in prin. n. 69. Ver.*

Tu

Vos dicite. Idem voluit *Auguſt. ad Angel. de Maleſic. in Verbo. Comparent dicti inquiſiti, num. 17. Verſic. Tu autem in hac materia, Bald. in l. 1. C. locati,* & ita limitat *text. in cap. 2. de homicid. Felin. ibid. num. 2. Verſic. Sed aduerte, quia iſte text.* Sed an ſit bona conſequentia, cuiuslibet ſit iudicium, cum fama vitæ præponderet, maxime ex nobiliorum, atque honeſtiorum æſtimatione. In puncto autem nocturni temporis dicunt, & *Matthesil. & Iaſon locis cit.* furtum rei vilis dici, ſi ſit a † duobus aureis infra, ita etiam Auguſtin. *ad Angel. loco cit. num. 17. Verſic. Et ibi dicit quod res.* quod obiter eſt intelligendum, ne ſcilicet fur poſſit occidi, ſecus, vt etiam rem vilem ſurripiens a furto excuſetur, quoniam in † gallina furtum committitur, quæ duobus non æſtimatur aureis, *§. gallinarum, in fin. inſtit. de rerum diuiſ.* quinimo in ſolo † ouo committitur furtum, *gloſſ. fin. in dicto gallinarum, in Verbo, Qui lucrandi animo.* 44 45 46

Quæ omnia vera intelligo, ſi † certum erat, quod quis ſolum furtum committere vellet, vt in caſu *dicti §. Tabernarius* quo caſu Tabernarius, inquit *text.* ſemita noctu ſupra lapidem lucernam poſuerat: quidam præteriens eam ſuſtulerat, tabernarius eum conſecutus lucernam repoſcebat, & fugientem retinebat, &c. quod, ſi furtum factum fuerit in domo, vel fur aliquem in via nocturno tempore inſequebatur, etiam vt ſolam auferret lucernam, dico illum impune occidi poſſe, quia neſciamus, an potius furti, quam cædis cauſſa fur aggrediatur, per ea, quæ tradit *Greg. Tholoſan. par. 3. ſyntag. Iur. Vniuerſ. lib. 37. cap. 14. Alia ſunt periſtaſes, num. 10. Verſic. Alia obſeruanda.* & diximus *ſuperius*, per *text. in cap. ſi perfodiens, de homicid.* & hanc differentiam inter furem nocturnum, & diurnum, etiam reſpectu rei † vilis ſentit, ſi bene animaduertatur, *Iaſ. Inſtit. de action. in princ. num. 69. Verſic. Vos dicite,* addo *Alexan. conſil. 140. Videtur in caſu, num. 7. Verſic. Aut ſe telo, Vol. 2.* 47 48

Fallunt etiam ſecundo in clericis, quibus pro defenſione † rerum non licet fures occidere, *Bertaz. loco cit. nu. 29. Verſic. Cap. autem ſuſcepimus, Alexand. dicto conſil. 140.* 49

cleſiaſtica immunitate deſtitui. Pleraque alia remiſſiue.

SVMMARIA.

1 *Depopulatores agrorum nocturni, qua puniantur pœna.*
2 *Depopulatorum nocturnorum plura remiſſiue.*

SVNT vero, & alii, qui non fures nocturni dicuntur, ſed nocturni agrorum depopulatores, quorum magis ſin-
1 gularis pœna, quoniam ea eſt, vt † Eccleſiaſtica immunitate deſtituantur, quemadmodum admonet *Proſper. Farinac. in tit. de Carceribus, quaeſt. 28. num. 50. Verſic. Limita primo, part. 1. Abb. in cap. inter alia, num. 4. Verſic. Nota, quod publicus latro, de immun. eccleſ.* eam ob rem, eos li-
2 benter † reiicio *in cap. de Religioſis domibus.*

CAPVT XXVI.

De piratis.

ARGVMENTVM.

Piratas, & diurnos eſſe ex Mantua, & nocturnos ex Rota Genuenſi. An lumen piraticam noctu excludat, quod non, aduerſus eandem Rotam. Pirata vnde dicatur, & quomodo ea dictio ſcribenda.

SVMMARIA.

1 *Piratæ hoſtes ſceleſtiſſimi.*
Piratæ diurni ex Mantua.
Et etiam nocturni ex deciſ. Genuenſi, num. 3.

4 *Piratas nocturno tempore lumen habere non eſt verisimile ex Rota Genuenſi.*

Contrarium late ſuſtinet Author, num. 5.

6 *Pirata per y ſcribendum nomen, & quare.*

Sed melius per i, num. 7.

8 *Pirata vnde dicatur Græce.*

9 *Pirata quomodo Græco ſermone nuncupetur.*

PIRATAS fures, atque maritimos depopulatores ſceleſtiſſimos, ac † nefarios hoſtes *ex text. & ibi Baldo in* 1
Authen. nauigia, nu. 3. C. de furt. Iaſ. Inſt. de act. §. rurſus, nu. 46. & 47. verſ. Et nota, quod pirata, late *Decian tract. crim. part. 2. lib. 9. c. 29. Conatus eſt, à nu. 38. verſ. Pirata autem*, vt pleroſq; taceam alios, non † interdiu ad ad alienas auferendum facultates vagari, vt voluit Mantua *in ſuo Dialogiſmo, claſſ. 6. cap. 9. Licetne furem, num. 2. verſic. Iam declaraſti*, ſed etiam † nocturno graſſari tempore ſcripſit *Rota Genuenſ. deciſ. 3. Iacobus Gentilis, num. 25. verſic. Quod vero pirata.* Id quod, cum nullam habeat difficultatem, difficultatem tamen habet apud me maximam, quod ſcripſit eadem *Rota Genuen. loco cit.* dum voluit in ſuo caſu veriſimile † viſum non fuiſſe, quarta noctis hora piratas lumina habere, cum ſoleant fures lumina odiſſe. Idque Demoſthenis dictio comprobat, dum ſibi obiiceret Pytheus, quod eius orationes olerent lucernam; non mirum reſpondit Demoſthenes, ſi tibi moleſtus ſum lucernam accendens: male ſiquidem audiebat Pytheus, quod noctu furaretur. Addit *Rota* hinc eſſe, *quod text. in l. 1. in princ. ff. de furt.* furtum à furuo, id eſt, nigro dictum ait, quod clam, & obſcure fiat, & plerumque de nocte.

Sed pareat † Rota, vel ego fallor, ſiquidem confundit 7
piratas cum furibus, cum tamen in re propoſita, nocturni ſcilicet temporis, clandeſtinitatis, & aliorum, differat maxime pirata a fure, iſque potius latroni aſſimiletur, a fure omnino diſſentiens, *Mantua dicta claſſ. 6. cap. 19. numero 2.*

Addo ego in re propoſita luminis nocturno tempore expoſiti *text.* apertum *in l. ne piſcatores, ff. de incendio, rui-*

na.

eſt. Hæc autem, quæ dicta ſunt de defenſione, atque tutela a fure nocturno, illiuſque inſidiis, non ſolum proce-
19 dunt pro defenſione propriæ perſonæ, ſed & propriæ † familiæ, quoniam vtroq; caſu poterit fur nocturnus impune occidi, *Angel. de Maleſ. in verbo, Etiam veſtem caleſtem ſoderatam verſ. Et nota bene, quod de iure, num. 12. in princ. Alex. d. conſ. 140 nu 7. verſ. Non obſtat, ſi diceretur, lib. 2.* et-
20 iam in † dubio, *poſt Bald. in l. 1. col. 8. cum ſeq. C. vnde vi*, etiã
21 pro defenſione † famuli, Alex. *loco cit.* poſt Bald. *ibidem*, di-
22 citur enim famulus eſſe de familia † domini, ita in puncto, *Alexan. loco cit.* & eſt *text. in l. 2. ff. de vſu, & habitat.* & *not. in cap. 1. de cler. ægrot.* & ad Alex. *loco cit. ſub litera L.* obſeruat *in puncto* Clariſſimus collega meus D. *Marc. Ant.*
23 *Roueſc.* quod ſeruientes veniunt appellatione † domeſticorum. Neq; enim hoc caſu eſt differentia inter tutelam propriæ perſonæ, & ſuorum.

24 Quod omnino limitandum arbitror in † clerico, qui licet pro tutela proprii corporis poſſit aggreſſorem interficere, nec ideo peccet, nec etiam ſit irregularis, Marſil. *in l. 1. num. 29. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Bertazz. conſ. criminal. 135. Dubia ſubtiliter, num. 25. lib. 1.* & ſcripſimus *in cap. de Clerico, num. 26.* non tamen poteſt interficere aggredien-
25 tem † propinquum ſuum, & ſi interficiat, licet non pec-
26 cet, efficitur † tamen irregularis, *gloſſ. ſing. ſecundum Cardin. in clem. ſi furioſus, in verbo, Suum, de homicid. Abb. in cap. 2. circa medium, de clerico percutiente, ad l. ad Angel. in l. quoniam multa facinora, nume. 4. in verbo, Pro defenſione, ſub litera B. C. ad l. Iuliam de vi publica.* Multoq; minus poterit interficere furem clericus pro rerum ſuarum defenſione; ſed de hoc *inferius ſuo loco.*

At *gloſſ. in d. l. furem nocturnum, verſ. Vel verius, ff. ad l.*
27 *Cornel. de Sicar.* vult, quod poſſit quis † nocturnum occidere furem, etiam recedentem, cum dixeris, qui ſe nullo defendat pacto, nec telo, modo aufugientem cum rebus occidat; atque exponit verba illa text. ſi parcere ei ſine
28 periculo ſuo non potuit, ſine periculo † ſcilicet, vel per-
29 ſonæ, vel rerum ſuarum. Diurnum autem † noluit eadem gloſſ. poſſe occidi furem, niſi telo reſiſtat, atque

ideo

ideo præ ſolius timore perſonæ, non etiam rerum, quod etiam voluerunt leges duodecim tabularum, teſte *Cicero Pro Milone 12.* tabulæ, inquit Cicero, nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem ſi ſe telo defenderit, interfici impune voluerunt.

Adducit *eadem gloſſ.* rationem differentię, quia fur nocturnus, ſi cum rebus aufugiat, difficile eſt illum exinde † recognitum iri, quod ſecus eſt in diurno, qui facile poterit accuſari, ideoq; difficile poterit occidi, quod & voluit Bald. *in l. ſi ut allegas, nu. 2. verſ. Nota optimã rationem, C. de ſicarijs.* 30

Sed certe aliquem eſſe facilis recognitionis, & difficilis inquiſitionis, vt poſſit res furto ſubtracta recuperari, eſt ratio tantum verbalis, paria enim ſunt quem non poſſe recognoſci, & inutiliter poſſe recognoſci, iuribus vulgatis, qua de re Bald. *in l. ſi ut allegas, num. 2. verſ. Et idem, ſi eſſet, C. de ſicarijs*, vult, quid fur etiamſi notus ſit occidi poſſit, ſi aliter furtum paſſo res eſſe ſaluæ non poſſunt, puta, quia fur ſit receſſurus, & dicit ita ſentire * doctores, ex quo infert notabiliter *ibid. numer. 3. verſ. Vnde ibi licet*, ad debitorem † fugientem, qui ſe telo defendens ſi occidatur, impunè id erit factum, cum fiat ratione rerum, quæ aliter ſaluæ eſſe non poſſunt; ita etiam *addit. ad Bart. in l. furem ſub litera B. ff. de ſicarijs*, nec † aliud voluit Angel. ſi bene eius verba perpendantur *in l. ſi ut allegas, num 1. C. de ſicar.* Idem in ordine ad eum, qui ligna fuerit furatus, quæ alias ab eo recuperari non poſſent ſine homicidio, vt impune fur nocturnus occidi poſſit, ſcripſit *Alexan. de Neuo inter conſilia crimin. Ziletti conſ. 87. Vidi proceſſum; ſeu teſtes, numer. 1. verſ. Et Iacopinus volum. 1. per text. in l. 4. §. 1. ff. ad l. Aquil. text. in l furem, ff. de ſicar. & in cap. ſi perfodiens, de homicidio.* De quo tamen vide *late per Couar. in titu. de irregular. par. 3. cap vn. num. 6. verſ. Sexto ex his oportet*, vbi latiſſime examinat, qui tandem cum aliquali † diſtinctione, *verſ. Secundo proponitur ea ſpecies*, illam dicit * communem opinionem, vt etiam pro ſalute rerum ſola, licet quem occidere; *Vide eum.* Vide etiam remiſſiue loquentem *Auguſt. ad Angel. de Maleſic. in* * 31 32 33 *

Verbo, *Compareret, d. inquiſiti, numer. 18. Verſ. Et an prædicta habeant ibid. Angel. numer. 17. Verſ. Quid ſi interficiens.*

Placet ergo id totum eſſe ratione difficilis perſecutionis rerum furto ſubtractarum, ſiue hæc difficilis perſecutio pēdeat ex furis ignoratione, ſiue ex eiuſdem reali proficiſcatur inquiſitione.

Quare mihi mirum placet in modum pulcherrima conſideratio *Iacobi de Rauenna in d. l. furem, ff. ad l. Cornel. & Ioannis Baptiſtæ Caccialupi in tractat. de debitore ſuſpecto, & fugitiuo, in quarta quæſt. princip. num. 5. Verſ. Illud tamen non eſt ignorandum*, in hæc verba. Illud tamen
34 non eſt ignorandum, quod furem † nocturnum licet propria auctoritate damnum paſſo interficere, ſi non poteſt ipſum dimittere, ſine periculo ſuæ perſonæ, vel re-
* rum, & hanc opinionem eſſe * veram ſcripſit *Bartol. in l. furem, numer. 1. ff. de ſicar.* atque hoc in nocturno ideo eſt expreſſum, in fure diurno videtur negatum, quia in fure nocturno frequentius contingit, vt periculum impendeat amittendæ rei, quod tamen ſi contingeret in fure diurno, idem eſſet. Quare, ſi fur diurnus ſit ignotus, notus vero ſit nocturnus fur: Nocturnus vero, & nota ſit perſona, & habilis ad inquirendum, a quo poſſit res recuperari, non licebit eum occidere, ſed tantum vim vi cum moderamine repelli poterit ad rem incontinenti
35 recuperandam. Diurnus vero † ignotus, nec habilis ad conueniendum, ad inſtar nocturni, interfici poterit, ſi
* rei amittendæ periculum immineat, quod eſſe * notandum dicit *Sanctoſeuerinas d. quæſt. 4. num. 7.* quod & ego perpetua animaduerſione dignum exiſtimo, idem omni-
* no voluit *Bart. in l. furem, num.* 1. vbi innuit de * communi *ad l. Cornel. de Sicar.* ad quod facit illud Bal. *in l. ſi Vt allegas, num. 3. Verſ. Vnde ibi, C. de Sicar.* idem voluit poſt *Cyn. ibi allegatum Angel. in l. ſi. Vt allegas, num. 1. Verſ. Et propterea dixit Cyn. C. de Sicar.* ex identitate rationis, qui dixit
* hanc opinionem ſibi * placere, idem voluit etiam Alber. *in l. furem, per totam, ff. de Sicar.* vbi dicit etiam interfici poſſe furem, & diurnum, & nocturnum, non ſolum, quando res

do res agitur cum ignoto fure, vel etiam fugitiuo, ſed et-
iam, ſi † teſtes non adſint; & tandem quolibet caſu occi- 36
dere licet, ſiue diurnum, ſiue nocturnum furem, vbi per
modum † iudicii res, quæ ſubtrahuntur recuperari mini- 37
me poſſunt. *Vide eum. Vbi plura allegat.* Idem voluit idem
Alber *in l. itaque, num. 1 verſ. Et aduerte, quia Vltramon-
tan. ij ff. ad l. Aquil.* qui ideo dicit eſſe magis * * commu- *
nem opinionem, vt non ſolum fur poſſit interfici, vbi de
perſonæ periculo agitur, ſed etiam vbi de irreparabili re-
rum iactura, *Azo in rubr. C de l. Aquil. num 4. Verſ. Et hac
ratione in ſua Summa. Iaſon Inſtit. de action. in prin. num 69.
Verſ. Vos dicite. Vide etiam Angel. in l furem num. 1. & 2. ff.
de Sicar.* Et de * veritate teſtatur, licet ſub modeſtiſſima *
verborum conceptione, *Couar. de irregular par. 3. §. Vni.
num 6 Verſ. Sexto ipſe vere, ni fallor, opinor. Sebaſt. Medices
in tract. de fortuit. caſib. par 1 quæſt. 8 Vim vi repellere,
num 33. Verſ Decimoquinto ampliatur. poſt Clarum in §. ho-
micidium num 47. Alexand. conſ 138 num. 9. Volum 6. Iaſ.
in l. Vt vim num 25. ff. de iuſtit. & iur. & alios ibi allegatos.*
Videri etiam poteſt *Abb. in cap. 2 colum 1. Verſ. Ex quo in-
fero, de homicid ibid. Felin nu 3 Ver. Secundo limitatur, Bar.
in l furem in prin. ff de Sicar.*

Quare non male ſentit Clarus volens ex * communi *
opinione, vt fur nocturnus non poſſit impune occidi, niſi 38
† quatuor concurrentibus. Primo, quod illud ſiat pro de-
fenſione ſui ipſius, vel rerum ſuarum, alias non poſſit quis
occidere furem, ſi recedat ſine rebus ſuis. Secundo, quod
volens occidere furem nocturnum clamet, vt & ſuperius
commonuimus. Tertio, quod eum non cognouerit, nec
habuerit teſtes, qui potuerint illum cognoſcere, & con-
tra illũ deponere ratione furti. Quarto requiritur, quod
eum capere non potuerit & hanc eſſe * communem opi- *
nionem, poſt *ibi* allegatos teſtatur *Clar. lib. 5. § homicidiũ,
num. 47 Verſ. Vltima eſt defenſio.*

Sed certe, licet vociferatio, de qua etiam nos aliquid
dicturos ſumus polliciti ſuperius, max me proſit, vel et-
iam ſit neceſſaria ad hoc, vt fur nocturnus impune oc-
cidi poſſit, ſi tamen non occidatur, vel aliter † non con- 39

N 4 ſtet

ſtet de fure, non eſt vociferatio nocturna indicium ſufficiens ad amiſſionem rei, illiuſque furtum concludendum, alias eſſet facile conſingere, & fracturas, & furta, *Boſſ. in titu. de furt. in princ. num. 2. Specul. in titu. de Pignoribus, numer. 15. verſ. Sed dic contra, per text. in l. metum, C. quod met. cau. Grat. conſi. 94. Viſis facti ſpecie, num. 9. verſ.*
40 *Furtum non probari, volum. 2* quod tamen omnino † iudicis arbitrio poſt Angel *in l. fin. ff. de furt. Salyc. in l. 1. C. de dilat. in l. quæſitum, ff. de re iud. Cephal. conſ. 640. Rimin. Iun. conſ. 210* & alios *ibi* allegatos relinquit *Claud. Bertaz. ad conſ. patris ſui, conſ. 338. D. Georgius ſub litera D, verſ. Iſte autem clamor, volum. 2. eodem pacto intelligo, Barto. in l. ſi quando in fin. C. vnde vi, & Abb. in cap. fin. quod met.*
41 *cauſ.*, dum voluerunt, quod probentur † res amiſſæ per domeſticos, & familiares, quia viderint res illas præcedenti die, quas dixerint furto ſubtractas, & de nocte ſenſerint furem maneque res eaſdem non repererint, intelligo inquam, ſi etiam aliter conſtet, vel ſaltem id iudicis arbitrio relinquatur, attenta qualitate loci, perſonarum, & rerum, per ea, quæ *ſuperius* diximus.

Fallunt hæc omnia primo, ſi furtum etiam nocturno
42 tempore factum, ſit † modici momenti, quoniam non ideo licet furem nocturnum occidere, *l. ſi ex plagis, §. tabernarius, ff. ad l. Aquilam,* quem *text* dicit * ſingularem, & peregrinum, Angel. *de Malef. in verbo, Et veſtem cæleſtem foderatam, verſ. Et nota bene, numer. 12 verſ. Quod eſt verum, idem Angel. in §. Actio autem, num. 12. verſ. In gloſſ. in iudicio, Inſt. de act.* & hanc ſententiam habere maximã * æquitatem ſcripſit *Couar. de Irregul. par. 3. §. vnico, numer. 6. verſ. Decimo non eſt prætermittendum, Iaſo. in l. vt vim, num. 25. ff. de iuſt. & iur. Barthol. Bertaz. conſ. crimin. 434. Dubia ſubtiliter, num. 17 verſ. Et ſicut non licet, & nu. 28. verſ. Sicut etiam nihil facit, volum. 2. Mattheſila. ſingu. 134. Nota,* quod leges, quæ permittunt furem nocturnum occidi, qui hoc optimis comprobat ſimilibus, quoniam,
43 inquit ipſe, ſi pro re vili parcitur † famæ hominis, *l. ſi oleũ, ff. de dolo,* multo magis vitę, *Iaſ. Inſt. de act. in prin. n. 69. verſ.*

Vos dicite. Idem voluit *Auguſt.ad Angel.de Maleſic.in Verbo, Comparent dicti inquiſiti, num.17. Verſic. Tu autem in hac materia, Bald.in l.1.C locati,* & ita limitat *text.in cap.2. de homicid. Felin.ibid. num.2. Verſic. Sed aduerte, quia iſte text.* Sed an ſit bona conſequentia, cuiuslibet ſit iudicium, cum fama vitæ præponderet, maxime ex nobiliorum, atque honeſtiorum æſtimatione. In puncto autem nocturni temporis dicunt, & *Matthesil. & Iaſon locis cit.* furtum rei vilis dici, ſi ſit à † duobus aureis infra, ita etiam Auguſtin.*ad Angel. loco cit. num.17. Verſic. Et ibi dicit quod res* quod obiter eſt intelligendum, ne ſcilicet fur poſſit occidi, ſecus, vt etiam rem vilem ſurripiens a furto excuſetur, quoniam in † gallina furtum committitur, quæ duobus non æſtimatur aureis, §.*gallinarum, in fin. inſtit. de rerum diuiſ.* quinimo in ſolo † ouo committitur furtum, *gloſſ.fin.in dicto gallinarum, in Verbo, Qui lucrandi animo.* 44 45 46

47 Quæ omnia vera intelligo, ſi † certum erat, quod quis ſolum furtum committere vellet, vt in caſu *dicti* §.*Tabernarius* quo caſu Tabernarius, inquit *text.* ſemita noctu ſupra lapidem lucernam poſuerat: quidam præteriens eam ſuſtulerat, tabernarius eum conſecutus lucernam repoſcebat, & fugientem retinebat, &c. quod, ſi furtum factum fuerit in domo, vel fur aliquem in via nocturno tempore inſequebatur, etiam vt ſolam auferret lucernam, dico illum impune occidi poſſe, quia neſciamus, an potius furti, quam cædis cauſſa fur aggrediatur, per ea, quæ tradit *Greg. Tholoſan. par.3.ſyntag.Iur.Vniuerſ.lib.37. cap.14. Aliæ ſunt periſtaſes, num.10. Verſic. Alia obſeruanda.* & diximus *ſuperius*, per *text.in cap.ſi perfodiens, de homicid.* & hanc differentiam inter furem nocturnum, & diurnum, etiam reſpectu rei † vilis ſentit, ſi bene animaduertatur, *Iaſ.Inſtit.de action.in princ.num.69. Verſic. Vos dicite, addo Alexan.conſil.140. Videtur in caſu, num.7. Verſic. Aut ſe telo, Vol.2.* 48

Fallunt etiam ſecundo in clericis, quibus pro defenſione † rerum non licet fures occidere, *Bertaz.loco cit.nu.29. Verſic.Cap.autem ſuſcepimus, Alexand. dicto conſil.140.* 49

Videtur in caſu,num.8.Verſic.Ex prædictis etiam.lib.2. atque ſi occiderint, erunt irregulares clerici, qui etiam pro ne-
* ceſſaria rerum defenſione hominem occiderint, * de communi *Bertaz. conſil. criminal.* 434. *Dubia ſubtiliter, num.29.Verſic.Cap.autem ſuſcepimus,Vol.2 & poſt Abb.& alios in cap.2.de homicid.Nicol. Plou.de Irregul.reg.37. Syl-ueſt in Verbo,Bellum, el.2. §.7. Marian.Socin. in cap.ad audientiam,num.40.de homicid.* & alios *ibi* allegatos, de ma-
* gis ** communi opinione teſtatur *Couarruuias de irre-gul. part.3. §. Vnico, num. 6. colum.Vlt. Verſic. Vndecimo ad*
51 *propoſitum,* qui tamen rem † temperat,concludens,quod
* hac * communis opinio non poteſt habere certam authoritatem ex *ibi* obſeruatis Pontificii iuris deciſionibus.
* Quinimo contrariam ſibi * placere opinionem, vt ea de re nullam incurrat irregularitatem clericus furem pro rerum ſuarum defenſione occidens, iis tamen adhibitis,
52 quæ *ibi* enumerantur, teſtatus eſt † Couarruuias *loco cit. ad fin. Verſic. Poſtremo igitur.* Sed certe, ſi bene animaduertatur,loquitur,non de ſimplici rerum defenſione, ſed de mixta tutela, & rerum, & perſonæ.

* Quare retenta * communi, vt ſcilicet non poſſit impune clericus pro rerum ſuarum tutela furem occidere,
53 illud verum intelligo in fure † diurno, vel etiam nocturno,qui furtum tantum erat commiſſurus,ſecus in dubio, quoniam & clericus proprium ſanguinem alium occidendo poteſt redimere,& in puncto colligitur ex Alexan. *dicto conſil.140.num 8.Verſic Et ſic quando, Vol.2.*

Atque id,ſine pertimeſcat clericus, ne interficiatur, ſi-
54 ue etiam ſimpliciter, ne aliquo † vulnere percutiatur,per ea, quæ dicit Bar. *in l.furem,num,num.3.Verſic.Ex hoc conſequitur,ff.ad legem Corneliam de Sicar.*

Bart.Cæpol *in Authent. Sed nouo iure. C de ſeru. fugit. num.62.Verſic.Sed dubitari poteſt,* recenſet furta quædam,
55 atque ea † multiplicata nocturno tempore, diligenterque inquirit, an in vnicum imputetur delictum, an in plura; Verum,quoniam Cæpol. non facit vim in nocturno tempore, eam ob rem ad eundem Cæpol. *loco citato* te remitto.

Sed

Sed & aliquid de † ſorte ductis latronibus nocturnis 56
excubatoribus ſpeculandi gratia, ne alii inuenti deprehenderentur ſcripſit *Tiraquell. de iure primogen. quæſt. 17. opin prima, num. 83. Verſic. Iuſtinus, lib. 1.*

Furtum autem nocturnum quomodo † probetur, vi- 57
de *in cap. de Probat. & in cap. de Foribus, & Apotheca.* Interim ſcias furtum eiuſmodi eſſe difficilis probationis, *D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. caſu 126. Eueniunt aliquando, num. 14. Verſic. Decimus, furtum nocturnum, poſt Cranct. conſil. 178. num. 2.* Quomodo autem probetur furtum nocturnum, videri poteſt interim idem *D. meus Præſ. Menoch. de Præſumpt. 31. Conuenit hoc loco, per totam Maſcard. de probat. concluſ. 829. Agentem ad rem, num. 11. Verſic. Sicque contigerit*, vbi alii allegantur, *idem concluſ. 231. Furto probationes, in princip. Bart. in l. dominus horreorum, circa fin. ff. locati, Iaſ. in l. ſi quando, num. 39. Verſic. Quod ſi fiat furtum, C. Vnde vi, Bart. iterum in l. 1. ff. furti aduerſ. naut. Grat. conſil. 94. Viſis facti ſpecie, num. 13. Verſic. Prima coniectura, Vol. 2. Alexand. conſil. 53. part. 2. Specul. in tit. de teſtam. §. 2. in fin. Bart. & Bald. in l. ſi quando, C. Vnde vi;* poſſeque ea de re omnes ſcientes furtum nocturnum, & fures, per Epiſcopum † excommunicari, niſi manifeſta- 58
uerint fures, *poſt gloſſ. in l. inciuile eſt, C. de furtis*, ſcripſit Bal. *in cap. præterea requiſiti, nu. 18. Verſic. Quæro, quod furtum, de appellat.* de quo etiam aliquid *ſuo* obſeruauimus *loco.*

Videtur inſuper, pleriſque aliis conſulto omiſſis, ad hæc Vlpian. *in l. 1. C. de Furib. Balnearius, D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſu 296. Fures Balnearii*, & etiam aliquid dicemus *in cap. de Homicid.*

CAPVT XXV.

De populatoribus agrorum.

ARGVMENTVM.

Nocturnos agrorum depopulatores ec-

cleſiaſtica immunitate deſtitui. Pleraque alia remiſſiue.

SVMMARIA.

1 *Depopulatores agrorum nocturni, qua puniantur pœna.*
2 *Depopulatorum nocturnorum plura remiſſiue.*

SVNT vero, & alii, qui non fures nocturni dicuntur, ſed nocturni agrorum depopulatores, quorum magis ſin-
1 gularis pœna, quoniam ea eſt, vt † Eccleſiaſtica immunitate deſtituantur, quemadmodum admonet *Proſper. Farinac. in tit. de Carceribus, quaſt. 28. num. 50. Verſic. Limita primo, part. 1. Abb. in cap. inter alia, num. 4. Verſic. Nota, quod publicus latro, de immun. eccleſ.* eam ob rem, eos li-
2 benter † reiicio *in cap. de Religioſis domibus.*

CAPVT XXVI.

De piratis.

ARGVMENTVM.

Piratas, & diurnos eſſe ex Mantua, & nocturnos ex Rota Genuenſi. An lumen piraticam noctu excludat, quod non, aduerſus eandem Rotam. Pirata vnde dicatur, & quomodo ea dictio ſcribenda.

SVMMARIA.

1 *Piratæ hoſtes ſceleſtiſſimi.*
Piratæ diurni ex Mantua.
Et etiam nocturni ex deciſ. Genuenſi, num. 3.

4 *Pira-*

4 *Piratas nocturno tempore lumen habere non eſt veriſimile ex Rota Genuenſi.*
Contrarium late ſuſtinet Author, num.5.
6 *Pirata per y ſcribendum nomen, & quare.*
Sed melius per i, num.7.
8 *Pirata vnde dicatur Græce.*
9 *Pirata quomodo Græco ſermone nuncupetur.*

PIRATAS fures, atque maritimos depopulatores ſceleſtiſſimos, ac † nefarios hoſtes *ex text. & ibi Baldo in* 1 *Authen. nauigia, nu.3. C. de furt. Iaſ. Inſt. de act. §. rurſus, nu. 46. & 47. Verſ. Et nota quod piratæ,* late *Decian tract. crim. part.2. lib.9. c.29. Conatus eſt, à nu.38. Verſ. Pirata autem,* vt pleroſq; taceam alios, non † interdiu ad ad alienas auferendum facultates vagari, vt voluit Mantua *in ſuo Dialogiſmo, claſſ.6. cap.9. Licetne furem, num.2. Verſic. Iam declaraſti,* ſed etiam † nocturno graſſari tempore ſcripſit *Rota Genuenſ. deciſ.3. Iacobus Gentilis, num.25. Verſic. Quod vero piratæ.* Id quod, cum nullam habeat difficultatem, difficultatem tamen habet apud me maximam, quod ſcripſit eadem *Rota Genuen. loco cit.* dum voluit in ſuo caſu veriſimile † viſum non fuiſſe, quarta noctis hora piratas lumina habere, cum ſoleant fures lumina odiſſe. Idque Demoſthenis dictio comprobat, dum ſibi obiiceret Pytheus, quod eius orationes olerent lucernam; non mirum reſpondit Demoſthenes, ſi tibi moleſtus ſum lucernam accendens: male ſiquidem audiebat Pytheus, quod noctu furaretur. Addit *Rota* hinc eſſe, *quod text. in l.1. in princ. ff. de furt.* furtum à furuo, id eſt, nigro dictum ait, quod clam, & obſcure fiat, & plerumque de nocte. 2 4

Sed pareat † Rota, vel ego fallor, ſiquidem confundit piratas cum furibus, cum tamen in re propoſita, nocturni ſcilicet temporis, clandeſtinitatis, & aliorum, differat maxime pirata a fure, iſque potius latroni aſſimiletur, a fure omnino diſſentiens, *Mantua dicta claſſ.6. cap.19. numero 2.* 7

Addo ego in re propoſita luminis nocturno tempore expoſiti *text.* apertum *in l. ne piſcatores, ff. de incendio, rui-*

na.

na,& naufrag. verba *text.* hæc ſunt, neſcio an clariora poſſint eſſe. Ne piſcatores nocte lumine oſtenſo fallãt, nauigantes, quaſi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naues, & qui in eis ſunt deducant, ſibique execrandam prædam parent: præſidiis prouinciæ religioſa conſtantia efficiat. Cuius *text.* meminimus *ſuperius in cap. de Piſcatore*, pluribuſque eundem Iureconſultorum noſtri temporis authoritatibus commendauimus.

Patet ergo, quod potius lumen nocturno oſtenſum tempore nauigantes in piratarum ciet periculum, ad illoſque impellit potius, quam ipſos nauigantes piraticæ commoneat.

6 Qua de re non inepte fortaſſis † ſcripſerunt aliqui hanc dictionem Pirata per y, a Græco πῦρ, πυρὸς, qui Latine ignis interpretatur.

* 7 Quanquam ea * receptior eſt obſeruatio, vt per † lite-

8 ram i, conſcribatur, dicaturque a dictione † Græca περῶ quod eſt pertranſeo, quia ſemper mare permeet pirata, vel etiam, *Vt Tiber. Decian.* opinatur *in tract. crimin. par. 2. lib. 9. cap. 29. Conatus eſt minus, num. 43. Verſic. Dicti autem ſunt Piratæ*, deſcendit pirata a voce Græca πεῖρα, quod ſignificat artem, dolumque quod ſcilicet piratæ arte & dolis inſidientur vitæ, & bonis hominum poſt *Cal. Rhodig. lectionum antiq. lib. 11. cap. 8. ibi* allegatum. Quam ob rem

9 pirata † Græce πειρατὴς, dicitur, non πυρατὴς.

CAPVT XXVII.

De Incendio.

ARGVMENTVM.

Incendium, præcipue nocturnum, quando ad vniuerſitatem pertineat, extante ad id ſtatuto. Dum vero pro regula eſt, vt caſus fortuiti vniuerſitatem nõ obligent,

ligent, quomodo id intelligendum, quodue temperamentum adhibendum.

SVMMARIA.

1 *Statutum condemnans communitates ad emendationem damni reſpectu incendii nocturni valet.*

Quod verum eſt etiam, ſi ſtatutum indiſtincte loquatur, num. 2.

Contrarium arbitrantur alii, num. 2.

3 *Incendium crimen eſt deteſtabile, maxime ratione nocturni temporis.*

4 *Incendiarius non gaudet immunitate Eccleſiæ ob criminis atrocitatem.*

5 *Incendiariorum pœna remiſſiue.*

6 *Agrorum nocturnus depopulator non gaudet immunitate eccleſiaſtica.*

8 *Incendium quot modis oriatur.*

9 *Dolus conſiſtit in commiſſione, culpa in omiſſione.*

10 *Incendium, ſi ibi exoriatur, vbi habitet familia, in dubio culpæ inhabitantium adſcribitur.*

11 *Incendio probato, probata eſt intentio contra inhabitantes.*

12 *Culpa in omittendo præſumitur leuiſſima, & quomodo.*

Abſoluitur tamen ea de re communitas, num. 13.

14 *Incendium in loco non habitato exoriens, reiicitur in communitatem.*

15 *Incendium in loco non habitato, non præſumitur culpæ inhabitantium ex manifeſta contradictione.*

16 *Incendium ex fortuito caſu, non obligat communitatem.*

17 *Caſus fortuitus nullam admittit actionem.*

18 *Caſus fortuiti qui ſint.*

19 *Caſus fortuiti, alio nomine dicuntur damna fatalia.*

20 *Pœna eſt ſignum culpæ.*

21 *Incen-*

21 *Incendium ex hoſtium incurſu, aut vi maiore, non obligat communitatem.*

22 *Communitas non tenetur ex hoſtium irreparabili incurſu.*

Minuſq. ſi odio particulari illius ſucceſſerit incendium, vel damnum aliud, qui incendium paſſus ſit, numero 23.

Minimeque ſi protulit damnum paſſus acclamando incendium remouere, num. 24.

Vel etiamſi de iure factum fuit incendium, num. 25.

26 *Caſus fortuitus in dubio non præſumitur, ideo damnum in communitatem reiicitur.*

Licet alii contrarium ſuſtinuerint, num. 27.

28 *Statutum alium pro alio obligans, eſt odioſum.*

29 *Caſus fortuiti quomodo probentur.*

30 *Iuramentum, quo caſu non admittatur ad probandum fortuitos caſus.*

31 *Communitas tenetur ex incendio, vel alio damno hoſtili, ex odio eiuſdem communitatis.*

32 *Repreſſaliæ odioſo imputantur, non autem capto.*

33 *Fideiuſſori facta iniuſtitia odio principalis, principali ipſi imputatur.*

34 *Damnum in dubio præſumitur ab inimicis locatoris proueniſſe.*

Secus in commutante, & quare, num. 35.

Maxime, ſi præceſſiſſet fama inimicitiæ, cum inhabitante, num. 36.

Limitatur, num. 37.

38 *Incendium communitati imputatur, quoties communitas incendium arcere potuit, nec fecit.*

39 *Principis factum obligat communitatem, niſi, vt ibi.*

40 *Communitas non obligatur ex igne vi ventorum ſerpente.*

41 *Fulmen non obligat communitatem erga damnum paſſum.*

Quemadmodum nec conductorem, num. 42.

Modo legitima perſuadeant coniectura fulminis ictum, num. 43.

EXTAT

EXTAT ſtatutum Papiæ *in criminalib. ſub rubr. 66. Quia ſæpe contingit*, condemnas communitates reſpectu incendii occulte excitati, & clare in terminis nocturni temporis loquitur *ſtatutum criminale Mediolani cap. 96.*, Si de cætro inquit *tex.* in aliquo burgo, vel loco caſſina, vel Molendino, ſiue territorio, aliquod damnum, vel guaſtũ datum, vel factum fuerit, de die, vel de nocte per incendium, &c. quod etiam ſtatutum eſt *in ciuilib. cap. 375. Volum. 2.*

Hoc autem † ſtatutũ valere, & tenere ideo communitatem, ſiue damnum nocturno contingat tempore, ſiue diurno, vbi id expreſſe ſtatuto caueatur, ſcripſit *conſil. 283 Motiua excitata, nu. 3. verſic. Et ratio prædictorum, & Calcan. ibi allegatus conſil. 61. Ventura.* Idem voluit poſt *Calcan. conſil. 39. circa fin. & conſil. 67. num. 4. verſic. Nec ſtatutum poſſet, Carpan ad ſtat. Mediol. cap. 275. num. 24. verſic. Quod quidem procedit, Vol. 2.* 1

Sed certe idem arbitror † ego, etiamſi ſtatutum in ſpecie non exprimat de nocturno tempore, vna cum Baldo *conſil 174. Caſus talis eſt, quæddam ſimile, Volum. 2.* qui voluit communitatem teneri etiam ratione incendii nocturno tempore immiſſi, quoniam, vt inquit *ipſe in d. conſil. ad fin.* ſi aliud diceremus, ſequeretur, quod quilibet ſceleratus de nocte clam poſſet imponere incendium, & villa non teneretur, quod eſt contra mentem ſtatuti, & contra publicam ſecuritatem, eſt enim deteſtabile hoc incendii crimen, maxime † ratione nocturni temporis, *Hieron. Magon. deciſ. Lucenſi 89. Fuit inquiſitus, num. 7. verſic. Quibus non obſtantibus*, in tantum vt voluerit *Caſſan. in conſuet. Burgund. in tit. Des Iuſtiges, §. 5. num. 111.* teſte *Tiberio Deciano in tract. crimin. part. 2. lib. 1. in tit. de caſibus concernentibus perſonas extrahendas, dict. particulari de caſibus, qui delicta, & cauſſas confugientium concernunt, eſt cap. 18. Regula ſtat, num. 24. verſic. Et quid in incendiario, fol. 71.* Incendiarium ſcilicet etiam occultiſſimum doloſum, ſi id appareat, Eccleſiæ † immunitate non gaudere ob criminis atrocitatem, cum non ſolum vicinis, ſed & toti ciuitati impendeat periculum, vbi dicit,

5 ita fuiſſe * iudicatum. Pœnas † autem, vt id obiter animaduerterim, cumulat nouiſſime remiſſiue *Areſmin. Tepat. in ſuo Compendio Variarum ſententiarum Iuris, lib. 1. tit. de incendio, ruina, & naufragio, fol 265. col 4. Verſic. In-*
6 *cendiariorum, quæ ſit pœna.* Idem voluit in † nocturno depopulatore agrorum, *Farin.* vt ſcilicet non gaudeat immunitate Eccleſiæ, vt de * communi poſt plures *ibi* allegatos ſcripſit *Farinac. in tit. de Carcer. ib. quæſt. 28. num. 10. Verſic. Limita primo, part. 1.* de quibus latius *ſuo loco in tit. de Religioſis domib.* Videre poteris interim etiam *Abb. in cap. inter alia, num. 5. Verſic. Nota quod publicus latro, de immun. eccleſ.*

Quanquam vt ad ſtatutum redeamus, ſi ſtatutum non condemnet communitatem in ſpecie, reſpectu incendii nocturno tempore immiſſi, dici nocturnum
7 tempus † caſum a ſtatuto omiſſum, & tanquam in diſpoſitione iuris communis conſtitutum excuſare communitatem, ita intelliges Baldum *dicto conſil. 174. Vol. 2.* voluit *Carpan. ad ſtatuta Mediolani, cap. 374. nu. 24. Verſic. Quod quidem procedit, Vol. 2 poſt Alber. de ſtatut. lib. 2 quæſt. & Calcan conſil 39. num. 3.* de quo tamen latius *in cap. de Damno dato.*

Declarando tamen hæc omnia, quod interdum oritur
8 † hominis facto, interdum ex fortuito caſu, interdum id
9 dubium eſt. Si oritur incendiũ hominis facto vel † commiſſiuo, & hic eſt dolus, vel omiſſiuo, & hæc eſt, vel culpa vel negligentia; ſi inquam oritur; hominis facto, ſi in ea
10 domo exerceri conſueuit ignis, in dubio cenſetur † culpa inhabitantium exortum incendium, *l. nam ſalutem ff. de offic. præfect. Vigil. Bart. in l. 1. ff. eod. Aretin. & alii, in § item is cui, Inſtit. quibus mod. re contrah. obl.* & de * communi *Sebaſt. Medic.* plures allegat *in tract. de fortuit. caſ. part. 2. quæſtione 7. Incendium, vt dictum eſt, num. 2. Verſic. Quando autem incendium,* de * communi etiam *Caror. de locato, part. 2. in tit. de Incend. ruin. & naufr. 2. num. 3. Verſic. Secunda ſit concluſio, poſt Ferret. conſil. Capol. conſil. ... num. 69. Alexand. conſil. 50. ... num. ... lib. 1.* & alios ibi allegatos, *Sen... in ſuo Theſauro in verbo, Incendium, num. 20. & 21 poſt ... in l.*

domus

domos hereditarias, ff. de leg. 1. Ferrat. cant. 30. Couarruuias de ſponſal. part. 2. cap. 6. §. 8. num. 14. late Afflict. deciſ. 57. Illo vſe, quo Rex per totam, Salycet. in l. data, C. de his, qui accuſ. non poſſunt, Boſſ. remiſſiue in tit. de Incendiariis, Iaſ. in dicta l. Domos hæreditarias, ff. de leg. 1. vbi de * communi, Salyc. * in l. quæ fortuitis, ad fin. C. de pignor. act. de * communi et- * iam Couarruuias de Matrimon. part. 2. cap. 6. dicto §. num. 14. Verſic. Ex quo infertur, de * communi etiam D. Manc. de Coniect. Vlt. Vol. lib. 9. tit. 10 Supereſt, vt videamus, num. 8. Verſic. Circa primum dubium, num. 2. 3. & 4. Pariſ. conſil. 87. Inhærendo veritati, num. 4. verſic. Si vero tenemus, Vol. 4. Alexand. conſil 50. Viſis, & opertune, num. 1. Verſic. Modo ſic, lib. 1. Roland. a Valle conſil. 90. Arguendo a ſufficienti, num. num 2. Verſic. Quod autem teneatur, lib. 2. Lu. hin. de Curt. inter conſil. crimin. conſil. 62. Contingit caſſinum, num. 10. Verſic. Et multis modis potuit. Vol. 1 de communi plures adducit Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 375. Quando autem tractaretur, Volum. 2 lato Berous conſil. 218. Vol. 3. Et eſſe magis ** communem opinionem ſcripſit D. meus Præſ. Menoch. * lib. 2. de arbitr. Iud. caſu 390. Incendiarii, num. 6. verſic. Dubium nunc eſt, Vtimus communi opinione 439. Incendium dolo, num. 7. Verſic. Cum igitur, Idem de præſumptionibus, lib. 1. quæſt. 59. num 3. Verſic. Quod & ſi incendium, Idem lib. 6. præſumpt. 61. Egregia eſt diſputatio, num. 31. Verſic. Primum eſt in incendio, lib. 5. præſumpt. 42. Incendiarii pæna grauis, num. 3. Verſic. Hac de re copioſe, Idem eodem lib. 5. præſumpt. 3. Differamus nunc, num. 129. Verſic. Ita de incendio. late Maſcard. de Probat. concluſ. 893. Incendium præſumi per totam. Grat. conſil. 45. In hac cauſa, num. 2. Verſic. Qui omnes voluerunt, lib. 2. Idem conſil. 99. Nemo Iureconſultus, num. 2. Verſic. Vbi dicitur, eodem lib. 2. Alexan. in l. ſi quis ex argentariis, ait prætor, num. 9. ff. de edend. Bart. in l. 1. num. 1. de offic. præfect. Vigil. vnde in * Practica illud ſequi Do- * ctores, vt probato † incendio ſit probata intentio con- 11 tra inhabitantes, poſt Salycet. in l. ſi creditor, C. de pignor. action. Imol. in l. ſi domus, ff. de leg. 1. Canonuſ. in cap. de depoſ. Angel. conſil. 197. Incendium, ſcriptum eſt in Margarita Felin. in verbo, Incendium, Idem voluit Iaſ. in l. domus, in

princ. num.5. Verſic. Hic ſequitur in practica, ff. de leg.2. qui
* de eadem teſtatur * praxi.

12 Et licet, vbi culpa eſt in † omittendo, præſumatur leuiſſima ad hoc, non teneatur conductor locatori, vt de
* * communi omnes doctores ſuperius allegati; attamen
13 imputatur in eo, quod ea de re non condemnatur † communitates erga damnum paſſum, ſed eædem, ratione allegatæ culpæ ab omni moleſtia eximuntur, *Guido Pancin.* poſt plures *ibi* allegatos *conſil.49. Giachellinus, num.2. & 3. lib.1. Calcan. conſil.39. Verſic. Tertio vero, Alexand. de Neuo conſil.88. in princip. Carpan. dicto cap.375. num.28. Verſic. Tunc eo caſu, Volum.2. Plot. ad l. ſi quando, num. 856. Verſic. Quinquageſimo ſecundo limita, C. Vnde vi, l. itaque fullo, ff. de furt. Bald. dicto conſil.174. num.2. Verſic. Primo caſu non agit, Volum.2.* quod eadem poſtrema ſuadente ratione verum etiam in eo caſu arbitror, quo quis nocturno tempore in domo propria, vel ad excubandum, vel ad cuſtodiendum ſimpliciter, quis pueros maiores, puellaſque minores reliquerit: is enim licet non dicatur in culpa ſaltem, vel lata, vel leui, ſi inde ſequatur incendium, quamuis dicti pueri minus diligenter ignem cuſtodierint, quam conſueuerunt patres familias diligentes integram habere familiam, tam minorum quam maiorum *ex l. plerique, iuncta l. neque impuberes, ff. de in ius vocand.* vt ita ſe de facto * obtinuiſſe in ciuitate Cremonæ
* teſtatur *Iaſ. in l. ſi quis ex argentariis, §. prætor ait, num. 32. Verſic. Adde quod egregie, ff. de edend.* adducunt aliqui *Ancharanum conſil. 394. Conductor domus*, ſed ego non potui conſilium reperire; Attamen non debet ideo communitas teneri, quia, vt diximus, ex ſuo incendio, quis actionem conſequi non debet. Idem omnino arbitror, quoties incendium exortum eſt eorum facto, qui circa eorum officium non deliquerint, ſit is coquus, vel furnarius, qui non tenentur ex incendio, vt poſt *Calcan. conſil. 40. col.2. Grammat. deciſ.23. num.12. Turzan. concluſ. 185 num.5. cum ſequen. ſcripſit Curec. vbi late de incendio, in tract. de locato part.2. in tit. de incend. num. & naufrag. numero 9. Verſic. Septima ſit concluſio.* Nec tamen omnibus in

caſibus

caſibus tenebitur communitas, ratione ſuperius allegata. Sed quæſo, quod de furno diximus, vide *Bonifacium de Vitel. in tit. de damno dato, num. 35. verſic. Item ſi habes furnum*: nimis enim vagaremur, ſi hæc omnia ſigillatim prolixius proſequi niteremur. Minuſque excuſaretur dominus in caſu nocturni incendii, de quo *Bonifac. de Vitel. in tit. de dam. dat. num. 36. verſic. Item ſi quis fecit*, vbi ſcribit, quod ſi quis fecit incendium, & dum nocturno tempore obdormit, ſerpat ignis, nõ ideo excuſatur, quoniam culpa præceſſit caſum, per *text. in l. ſi ſeruus. §. ſi fornicarius, ff. de extraord. crimin.* Non equidem loquitur de nocturno tempore, ſed a communiter accidentibus, dum de ſomno verba facit, eum intelligo noctu dormientem. Sed de hoc in *cap. de Pœn. ſemper.*

Si vero † nemo habitabat in loco incendii, vel ignis non exercebatur, damnum reiicitur in communitatem: 14
nec enim eo caſu incendium † inhabitantium culpa factum præſumitur: implicat enim contradictionem, *Guido Panciro. conſil. 49. Giachellinus, num. 9. verſic. Ad ſecundum, lib. 1. poſt poſt Calcan. conſil. 63. col. antepen. verſic Non obſtat, quod incendium, Grammat. in conſil. crimin. 22. num. 11. verſic. Nec militat, Rochus Curtius conſil. 65. inter conſil. Calcan. Bald. dicto conſil. 174. vol. 2. num. 2. verſic. Hic autem eſt conſiderandum.* 15

Vbi autem exortum fuerit incendium ex † fortuito caſu, tunc nullo pacto tenebitur communitas: ex caſu enim 16
fortuito nulla † datur actio: cum enim ſint caſus fortui- 17
ti, vel qui non poſſunt præuideri, *l. quæ fortuitis, C. de pign. act. late Sebaſt. Medic. de caſib. fort. part. 2. quæſt. 12.* ſuppoſitis, quæ ſecundum intentionem, vel ſi poſſunt † præuide- 18
ri, attamen ſunt quædam accidentia, quæ per cuſtodiam, curam, vel diligentiam mentis humanæ non poſſunt euitari ab eo, qui patitur, *Bald. in dicta l. quæ fortuitis, num. 4. C. de pign. act.* atque iis mens humana non poteſt obuiare, *Ripa de priuilegiis contractuum cauſa peſtis cap. 1.* venio ad ſecundam partem, id eſt, ad ſpecialia, *num. 68. verſic. Dicitur autem caſus fortuitus*, alio nomine dicuntur † damna 19
fatalia, *l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſocio*, conſequens eſt,

vt non emendentur, l.fluminum,§ Seruius.ff.de dam.infe-
ren.& quia ibi nulla eſt culpa, nec etiam aliqua debet eſſe
pœna,l.quæ fortuitis,C.de pignor.actio. l.Videamus, §.ſi for-
tuitis,ff.locati. l.ſi ea res,ff de action.empt.Bald.dicto conſil.
20 174.Vol.2.eſt enim ſignum † culpæ,idem Bald.in l.1.num.
4.ff.de iuſt.& iur.

21 Quare, ſi per hoſtium † incurſum, vimque maiorem
immiſſus fuiſſet ignis, excitatumque fuiſſet incendium,
non teneretur profecto communitas ad damni emenda-
tionem, vt in terminis incendii ſcribit Bald.dicto conſil.
174.num.2.Vol.2.Salycet.in l.quæ fortuitis,num.9.Verſic.Se-
cundo caſu principali, C.de pignorat. act. Maſcard.de pro-
bat.concluſ.893.Incendium, num.15 Verſic. Sexto limitatur,
qui ad hoc citat text.& ibi Salycet.in l.data opera, C.de his
qui accuſare non poſſ. facit conſil. Baldi in materia nihilo-
minus incendii conſil 442.Quidam nomine, Volum.3. & in
terminis generalibus damnorum, vt ſcilicet non tenea-
22 tur † communitas, quando ex hoſtium irreparabili in-
curſu ſecutum fuerit maleficium, voluit Boſſ. poſt alios
ibi allegatos in tit. de Captura, num.72. Atque eo minus
tenebitur communitas, ſi vis hoſtilis odio particulari
23 † illius, qui incendium paſſus eſt, ignem immiſerit Bald.
conſil. 416. Proponitur quoſdam mercatores, & conſil. 417.
Vel ponas caſum,Volum.3. Salycet. in l.quæ fortuitis num.9.
C.de pignorat.act. text.in l.ſi merces, § culpæ, ff.locati, Ma-
ſcard.de probat. dicta concluſ.893. num.16. Verſic. Hoc idem
ſublimitandum eſt, Petrus de Vbald. de duobus fratribus,
8 part.princip num.7.quæſt.6.per l.Videamus, § qui vinum,
ff.locati. Minimeque tenebitur communitas, ſi is, cuius
24 bona igni tradita ſunt, potuit aut † acclamando, aut
quippiam aliud agendo, incendium remouere, Sebeſtian.
Medic.de caſib.fort part. 2. quæſt. 7. Incendium vt diſtinxi,
num.24. Verſic.Aut ille, ad quem ſpectabat, vel etiam de
25 † iure fuit factum incendium, quia communitas non
tenetur, D.collega meus Marcus Anton. Roueſc. ad Bald.
conſil 174 Caſus talis eſt,in prin.Vol.2.qui ad hoc citat eund.
Bal.conſil.122.lib.4.vel etiam vi ventorum, fulminis.&c. vt
latius inferius dicemus. Difficultas eſt, an in dubio incen-

dium

dium præſumatur caſu fortuito excitatũ ad abſoluendũ cõmunitatẽ, an vero ex culpa ad illam condemnãdã, † & 26
non præſumi caſum fortuitum in dubio, ideoque a communitate eſſe reſarciendum damnum paſſo, vel probandum caſum ſcripſit, tum *Bal.* tum *D. Rouerſella conſil. 174. Caſus eſt talis, Vol. 2.* Sed imo † fauore communitatis præ- 27
ſumendum potius eſſe ex caſu fortuito exortum incendium ad communitatem abſoluendam ſcripſit *Bertaz. conſil. crimin. 481. Sententia lata, num 17. Verſ. Nam ſi præſumitur, Volum. 2.* poſt *Plot. & Burſat. ibi* allegatos. Quia ſcilicet ſtatutum eiuſmodi ſit † odioſum alterum pro al- 28
terius delicto puniens, ſtrictiſſimeque ea de re interpretandum *ex Barbat. inter conſilia, Calcan. conſil. 66. 1. & 2. col. Alexand de Neuo conſil. 87. num. 6. & D. meo Præſ. Menoch. conſil. 27. num.* 45 quod præter *Bertaz. & alios allegatos* voluit etiam *Alber. de ſtat lib. 2. quæſt. 89. Angel in tract. de Maleficiis in Verbo Incendium, num. 51. Socin. ſen conſil 55. num. 4 Vol. 1. Bonacoſſ. quæſt. crimin. in verbo, de Damno dato, Verſic. Sed an habita, & Verſic. An damnificatus, Burſat. conſil. 59 num. 30. Volum. 2. de quibus Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 375. num. 26. Verſic. Et propterea damnificatus, Volum. 2.*

Sed certe contra communitatem fuit lata ſententia, *
vt *ibid.* teſtatur *Claud Bertaz. in fin. conſilii.* Verior * ergo *
eſt prior opinio ad damnum communitatis, tanto magis, ſi aliqui nocturno tempore viſi fuerint vagari, per ea, quæ in puncto incendii ſcripſit *Crauet. conſ. 35. Ex pluribus concludendũ, nu. 1. Verſ. Quinta præſumitur dolus,* vt ſcilicet nõ præſumatur caſus fortuitus, niſi probetur; is autem omnino probandus erit, vel † plene, vel ſemiplene, per con- 29
iecturas, vel per iuramentum, ſeu alio pacto, iudicis arbitrio, *Bar. in l. ſcire etiam oportet, § ſufficit, ff. de excuſ. tut. Idem in l. 2. § quod diximus, ff. ſi quis cautio. Alex. conſ. 24. Animaduerſis his, nu 6. Verſ. Ad quod oſtendendum, lib. 2. idem conſ. 53. Viſo themate ſupraſcripto, nu. 3. Verſ. Vbi concludunt, eod. lib. 2. Bal. & Salyc. in l. 1. C. de dilat. Sebaſt. Medic. de Fortuit. caſibus, part. 1 quæſt 14. num. 6 Verſic. Ad ſecundum quæſitum,* quo loco non poſſum, quin quam breuiſſime recen-

30 ſeam quatuor caſus, quibus non admittitur † iuramen-
tum ad probandos fortuitos caſus ex eo, *ibidem à nu-
mero* 8. quando ſcilicet quis caſum ſemel iuramento pro-
bauit, quando per teſtes veriſimiliter caſus probari po-
teſt, quando quis ſemel fuiſſet periurus, & quando non
iuraret ad conſequendam exceptionem, ſed actionem
nanciſcendam.

Fallunt primo hæc omnia, ſi hoſtium vis latronumue
31 incurſus in igne immittendo ex communitatis † odio,
atque inimicitia, aut iniuria proceſſiſſet, quia ad eiuſmo-
di damna teneretur nihilominus communitas, *Alexand.
conſil.* 84. *Ponderatis his, num.4. Verſic. Ad idem adduco,
lib.6.Speculat.in tit.de iniur.& damn.dat.* §.*2.num.16. Ver-
ſic.Sed pone inimicus tuus, Alba.conſil. 285. Motiua excita-
ta, num. 4. Verſic. Et tangit etiam, Maſcard. dicta concluſ.*
893.*num.23.Verſic.Quod & locum habebit*, qui hoc illuſtrat
ex dicto *Abb.conſil.21.In quæſtione,num.2.par.2. & Goza-
dini conſil.27.In cauſſa conductorum,num.20.* vbi *paulo poſt*
* de * communi teſtatur, quod ſcilicet, ſi quis captus fue-
32 rit propter † repreſſalias in odium alicuius factas, tenea-
tur odioſus capto ad damnum paſſum. Sicut etiam in-
33 iuſtitia facta † fideiuſſori odio principalis, principali
ipſi imputatur *l.ſi merces*, §.*culpæ, ff.locati, Bart. conſil.72.
Punctum quæſtionis,part.1.Et licet Maſcard.loco citato, nu-
mero 24.Verſic.Et in dubio*, alleget *Roman. conſil.7. Volen-
tem*, quod in dubio præſumatur damnum illatum pro-
34 ueniſſe ab inimicis † locatoris, non autem conducto-
ris, quicquid ſit de ea ſpecie, arbitror ego in dubio præ-
ſumendum incendium immiſſum fuiſſe odio particula-
35 ri † inhabitantis, quemadmodum in puncto abſoluen-
dæ communitatis poſt plures allegatos ſcripſit *Bertaz.
conſil criminal.* 481. *Sententia lata, numero* 4. *Verſic. Vt ex
propriis terminis, Volum.* 2. cum reſpiciat damnum, & in-
iuriam inhabitantis principaliter, & per prius, commu-
nitatis vero ſecundario, & per poſterius; debet autem at-
tendi quod per prius eſt, *Bartolus in l. hoc legatum, in ſe-
cundo ſummario, ff. de leg.3. Bald. in l. prima, C. de ſucceſſ.
ed. D. meus Alexand. Raud. de Analog. in ſecunda reg.*

Analog.

Analoz. qui dicit eſſe iuris * regulam, idem *conſ.47. Col-* *
legium, num.2. Verſ. Suadetur præſ.itus intellectus, quos no-
taui ego de *Act. in mort. art. cap.78. num.4.* maxime, ſi prę-
ceſſerit † fama inimicitiæ cum inhabitante, eo enim po- 36
tiſſimum caſu abſoluitur communitas, *Bertaz. conſ.481.*
Sententia lata, Verſ. Nam multum in his, Volum.2. Vbi quę-
ſo videas per te plura, tum abſolute, tum in hiſce etiam
terminis, ad materiam incendii pertinentia. Niſi forte
† plures comburerentur domus, ita vt non cenſeretur 37
immiſſum incendium in domos tanquam ſingulorum,
ſed tanquam vniuerſitatis, vel etiam aliud ſuaderent mo-
res communitatis, qualitas illius cuius domus combuſta
fuiſſet, locus, tempus, qualitas incendiariorum. Hoc igi-
tur relinquerem libẽter ego æquiſſimi, ac prudentiſſimi
iudicis arbitrio.

Fallit ſecundo, ſi communitas, cui fuerit de incendio
acclamatum, vel quæ alio quocunq; modo immiſſi ignis
† commonita fuerit, potens incendium arcere, illud non 38
cohibuit, nec remouit, quia adhuc tenetur communitas,
quocunque caſu fortuito exortum fuerit incendium, aut
immiſſus fuerit ignis, *Sebaſt. Medices de fortuit. caſ. par. 2.*
quæſt.7. Incendium, vt dictum eſt, *num. 7. Verſ. Quarto, ſi*
incendium.

Eadem omnino cum iiſdem limitationibus, atque de-
clarationibus locum habent, vbi † Princeps, vel quiſpiam 39
potentioris ſtatus ignem immitteret, etenim, & facta
eiuſmodi inter caſus fortuitos connumerantur, nec com-
munitati imputantur, niſi vt ſuperius dictum eſt, *Sebaſt.*
Med. de Caſibus fort par.1. quæſt.13. num.6. Ver. Item factum
Principis, Bertrand. conſ.143. nu.6. Vol.1. text in l. Lucius. ff.
de Euict. Socin in l. quidam, num. 3. ff. de reb dub. Caſtrenſ.
conſ.220. Proponitur in facto, col.2. lib.1 Crauet. conſ.95. Viſis
his, quæ copioſe, nu.1. lib.1.

Cæterum, vt diximus, non tenebitur communitas, ſi
caſu fortuito fuerit excitatum incendium. Quare, ſi † vi 40
ventorum aliunde expulſus fuerit ignis, communitas
non tenebitur, *Medices d. par.2. q.7. nu.24. Verſ. Vt quia Vi*
Ventorum. Aut etiam ictu † fulminis hæc inferiora irrum- 41

pentis incendium cauſſetur, quia communitas non tenebitur, Ripa, *& Rub. de quib. D. meus Præſ. Menoch lib. 2. de arbitr. Iud caſu 80. Aud. ecter nimis, nu. 5. Verſ. Villam teneri, Albe. de ſtatut. par. 2. 2. q. 81. Calc. in conſ. 40 num 1. Verſ. Quod autem, Marſi. de Bannitis in Verbo Incendio, num. 7.* plures adducit *Carpan. ad ſtatuta Mediol. c. 375 Ver. Secundo non procedit, Volu. 2. Sebaſt. Medices loco cit num. 24. Verſ.*

42 *Tunc aut incendium*, prout, nec eo caſu teneri † conductorem, quando, ſcil. ex fulmine prouenerit ignis, teſtatur *Fulg. in l. ſi Vendita, ff. de peric. & comm. rei Vend. Alber. in l. fiſtulas, §. fin. ff. de contrahend. emp.* dicens ita Patauii fuiſſe * decisum, de quo etiam *Caroc. in tit de locato par. 2. in tit. de Incendio, ruina, & naufragio num. 2. verſ. Primo ſit con-*

43 *cluſio.* Modo accedant legitimæ † coniecturæ, fulminis ictum perſuadentes, ſic *Bald. d. conſ. 174. Volum. 2. ibid. D. meus Marcus Ant. Roueſcala* loquens de vna Monachorum S. Benedicti in cauſſa incendii Portus Moroni. Verum, quia res eſt quotidiana, nec ſatis clara, nec Bal. aut D. Roueſcala explicant, quę ſint hæ coniecturæ ad fulminis incendium dignoſcendum, ea de re operæ pretii m duxi ęgo aliquid de fulmine in ordine ad coniecturas præſentis negotii ſubiicere.

CAPVT XXVIII.

De Fulmine.

ARGVMENTVM.

Fulminis ictus coniecturæ, cum ex pleriſque aliis, tum etiam ex nocturno tempore obſeruatæ.

SVMMARIA.

1 *Fulmen an incendij cauſſa fuerit, legitimæ requiruntur coniectura.*

2 *Fulminis coniectura à Cælo.*

3 *Incendium interdum ex fulgore, & quando.*

4 *Fulmi-*

4 *Fulminis coniectura à regione.*
5 *Septentrio nimis frigida.*
6 *Aegyptus nimis calida.*
7 *Italia quodammodo ſemper, aut Vernat, aut autumnat.*
8 *Campania ſæpius, & hyeme, & æſtate, fulguri ſuppoſita.*
9 *Fulminis coniectura à loco.*
10 *Fulminis coniectura à ſtatione.*
11 *Fulmina quando frequentius cadant.*
12 *Fulmina nocturna rariora.*
13 *Fulmen noctu magis, quam interdiu ſine tonitribus.*
14 *Fulminis coniectura à Cicatrice.*
15 *Fulmen in lapidem concreſcit ſæpius.*
Declarat Author, nu. 16.
17 *Fulminis coniectura ab odore.*
18 *Fulminis coniectura à colore.*
19 *Fulminis coniectura à ſapore.*
20 *Fulminis coniectura à qualitatibus primis.*
21 *Fulminis coniectura ab actione.*
22 *Fulminis coniectura à natura ſubiecti.*
23 *Fulminis ictum, quæ non patiantur.*
24 *Aquila, &*
Vitulus marinus, quam ob cauſſam fulmini non ſubijciantur.
25 *Fulminis effectus.*
26 *Fulminis pleraq; remiſſiue.*

CLariſſimus collega meus D. Mar. Anton. Roueſcala *in ſuis doctiſſimis lucubrationibus, ad Bald. conſil. 174. Caſus talis eſt, quoddam fœnile, lib. 2.* quoniam ibi varia de incendio tradens, Bald. inter alia meminit incēdii ex vi diuina procedentis, ſcil. ex fulmine, vt eo caſu nulli pœna indicatur, cū non ſit, cui culpa poſſit adſcribi, vt latius diximus *in fine ſuperioris ca.* opportune ſumpta inde occaſione infert ad quæſtionē habitam aliquādo ſuper incēdio Porcus Moroni ex igne nocturno tempore immiſſo, & ſo tutantibus villarū incolis, quod ex fulmine ortum fuiſſet

incendi;

calidæ † vt Aegyptus. Crebra ſunt fulmina in iis locis, 6
quæ ſemper quodammodo vernant, vel autumnant, vt in
† Italia, Collegium Conimbricenſe *loco citato*, ni forte 7
ſimus in iis Italiæ partibus, quæ a Septentrione deſcen-
dunt ad temporem, qualis eſt tractus vrbis † Campaniæ, 8
quoniam ibi ſæpius, quod non in alio ſitu, æſtate, & hye-
me fulgurat.

A † loco. Summa montium, cæteraq; eminentiora fa- 9
cilius a fulmine combuſta credendum, ex quo priora va-
ganti, ac quodam pacto bacchanti occurrant fulmi-
ni, vnde vulgare illud Horatii *Carminum libro primo,*
Ode 10.

Sæpius ventis agitatur ingens
Pinus, & celſæ grauiore caſu
Decidunt turres, feriuntq; ſummos
Fulmina montes.

A † ſtatione. Sunt hyeme, & æſtate rariora fulmina, 10
quoniam hyeme exhalatio, vt minus habet caloris, ita
ignem minus concipit. Aeſtate etiam, quia calidi, ſicci-
que halitus terræ, vt exiliores, ita in nubes admodum te-
nues, & infirmas, atque adeo ad fulmina proferenda pa-
rum idoneas denſantur. Crebrius igitur, & vere, & autu-
mno, ſed adhuc † frequentius autumno cadunt fulmina, 11
ob aduerſas ęſtatis, & hyemis cauſſas.

A tempore. Romani, inquit Plin. duo tantum fulmi-
num genera ſeruauere: diurna attribuentes Ioui, noctur-
na vero Summano. Addit inſuper † nocturna fulmina eſſe 12
rariora, cauſſa frigidioris cęli. Noctu tamen magis, quam
interdiu, ſine † tonitribus fulgurat. *Idem Plin.* 13

A † cicatrice. Si quidem fulminis ictus tanquam à cu- 14
neo quodam factus videtur, plerumque enim exhalatio-
nes intra nubem in † lapidem concreſcunt admodum 15
cunei, quem lapidem fulmina ſæpe numero trahunt.
Quam coniecturam veram intelligo † ego poſitiue, non 16
priuatiue, id eſt, ſi appareat cuneale vulnus, & cunealis
percuſſio, erit locus coniecturæ fulminis; non autem pri-
uatiue, quoniam, ſi non appareat de cuneali percuſſione,
non idcirco erit omnino præcluſa via coniecturæ fulmi-
nis, non

nis,non enim ſemper concreſcunt intra nubem exhalationis in cuneum, vel etiam ſi fulmina vehant interdum cuneum, tota nihilominus percuſſa moles, tactaq; comburitur.

17 Ab † odore. Eſt fulminis ictus odoris ſulphurei, ſiue quia ſpiratio,in qua ardet, multū habeat ſulphureæ materiæ, ſiue quod halitus ipſe è ſulphurea terra euocatus natiuum redoleat ſolum.

18 A † colore. Humida, id eſt, minus ſicca, infuſcant, id eſt,nigrore inficiunt.

19 A † ſapore. Sunt fulmine affecta ſulphurei ſaporis, & venenoſi, niſi forte quid percuſſum fuit, fuiſſet & ipſum venenoſum,eo enim caſu, feriens fulgur ſuo calore venenum deſtruit. Vel certe ſi aliquæ ex fulminis iniuria ſuperſint reliquiæ, naturali veneno deſtructo, aliud fulminis accidentale venenum inditur.

20 A † qualitatibus primis.Quoniam vulnera fulminitorum frigidiora reliquo corpore ſunt.

21 Ab † Actione.Celerrime enim agit fulmen, *Colleg. Conimbric.loco citat.cap.6. ad medium.* Et licet dicatur ibid. tardam futuram fulminis actionem, ſi repugnet ſubiecta materia, adhuc tamen cita erit actio reſpectiue, quia citius, atque celerius agit fulmen, quam aliud quippiam.

22 A natura † ſubiecti. Quoniam inter frutices, laurum non icit fulmen,nec etiam tabernacula è pellibus, iis detractis belluis, quas vitulos marinos appellant, ſiquidem
23 hoc animal, & ſolum quidem ex marinis, fulmen † non percutit,ſicut, nec ex volucribus Aquilam,quam ob rem Aquila huius teli fingitur armiger. His addunt alii corallum, & lapidem hyacintinum. Sed haſce immunitates à fulminis ictu commentitias dicit Collegium ex inſecuta, & Vicomercato, & Scaligero contraria experientia:
24 Bene fatetur vitulum marinum, & † Aquilas immunes; verum, non quod vis fulminis quodam pacto retundatur,ac retorqueatur ea de re, ſed quod innato quodam naturalis vaticinii modo, naturaliter, quomodo diximus alias *de Act.in Mort. Art. in cap. de Vaticinio*, futura

ſcia-

præſagiunt fulmina,ſeq; ideo pauidæ tutiſſimas in altiores recipiunt.

Ab † effectibus. Mirabiles enim ſunt fulminis effectus, 25
vt ego eos aliquando compendioſe notaui ad publicam diſputationem in philoſophicis aſſertionibus *concluſ.120.* Aliquando enim illæſa crumena pecuniam conſumit fulmen in ea exiſtentem; comburit calceos non comburendo pedes, exurit pilos non lædendo pellem, interficit, nullum ſignum interfectionis relinquens; exurit dolum, & vinum non effunditur, & è contra, illæſa matre occidit fœtum in matris vtero. Vigilans ictus conniuentibus 26
oculis, dormiens patentibus reperitur. Hęc, & † alia eiuſmodi videri poſſunt *apud citatos Authores.*

CAPVT XXIX.

De vinea ſucciſa.

ARGVMENTVM.

Vineas nocturno excindentem tempore, quicquid iuris ſit de aliis delictis, communitatem ad damnum emendandum obligare.

SVMMARIA.

1 *Statutum indiſtincte condemnans communitates ob maleficia, an comprehendat nocturna.*

Distinguit Author, num. 2.

3 *Vineas etiam noctu ſuccidens obligat communitatem ad damni emendationem.*

Licet autem, vt in proximo capitulo ſumus demonſtraturi ex *Guido Pancir. conſil. 49. Giachellinus, num. 5. Noſ. Sed quoniam lib. 1.* longe plures eam ſuſtineant opinionem, vt † ſtatutum indiſtincte loquens, atque communitates ad damna data cõdemnans, non cõprehendat 1

maleficia,& damna nocturna, non tamen defuerunt alii & quidem non pauci,nec vilis auctoritatis, qui voluerint ſtatuta eiuſmodi comprehendere quæcunque maleficia quocunq; commiſſa tempore, vel diurno, vel nocturno, quos ibi recenſebimus.

2 Quo fit, vt ego libentiſſime † diſtinguam inter caſus atrociores,& leuiora damna, vt hæc non includantur in ſtatuto indiſtincte loquente, illi vero comprehendantur.

Hinc eſt, quod Bald. & optime iudicio meo, *in conſil. 203. Præſuppoſito ſtatuto, Volum.* 1. voluit ſtatutum non diſtinguens inter diem, & noctem, volens tamen, vt communitates teneantur de damno dato,comprehendere et-
3 iam † vineas noctu ſuccisas,ſeu, vt ipſe loquitur amputatas: eſt enim grauiſſimum, atque atrociſſimum facinus vites ſuccidere,vt patet ex *toto tit. ff. arborum ſurtim caſarum*,præcipueq; *l.2.cum glo ff.eod.*

CAPVT XXX.

De Damno dato.

ARGVMENTVM.

Iura municipalia, dum communitates ad emendationem damni dati obligant, an nocturnum comprehendant. Si verò illud idem expreſſis contineant verbis, inter contrarias opiniones de Statuti illius efficientia, noua Authoris diſtinctio. Tutelaris præterea, ac perpetuo potens cauſſa ad vniuerſitatis commodum, etiã ſi de nocturn agatur delicto.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Statuta de emendando damno dato per communitatem vbiq; ferè vigent.*

Idem eſt de iure communi ex Alber. nu.2.

Quod non placet Authori, ſaltem per text. allegatum in l. me quid ff. de incend. ruina, & naufrag. numer.3.

4 *Dominum fundi, in quo damnum datum eſt, teneri fideiubere de iudicio ſiſti.*

Et etiam eadē re poterit torqueri, nu.5.

Declarando, vt ibi, num.6.

7 *Villa de iure communi, quando teneatur ad emendationem damni ex Claro.*

8 *Damnum datum quomodo probetur, & pleraq; alia de eo remiſſiue.*

9 *Statutum de damno dato eſt fundatum ſuper negligentia ex Cepol. & alijs.*

10 *Statutum de damno dato non habet locum, vbi adeſt vis maior.*

Vel damnum fuit datum iuxta confinia, nu.11.

Contrarium in hoc poſtremo ſentiunt alij, nu.12.

Diſtinguit Author, num.13.

14 *Statutum de damno dato, Mediolani non procedit tempore belli, &c.*

Atq; idem eſſet de iure communi, nu.15.

16 *Communitas non debet in caſu damni dati ad impoſſibile obligari.*

Et ſi obligetur non tenebitur in foro conſcientiæ, numer.17.

18 *Culpa leuiſſima non obligat in foro conſcientiæ.*

19 *Communitas non tenetur ad emendandum damnum de nocte datum.*

Contrarium alij voluerunt, nu.20.

Prima verior, num.21.

22 *Communitas non tenetur ad emendationem damni nocturni, ſi debitam impenderit diligentiam.*

23 *Damnum in dubio noctis tempore commiſſum præſumitur ad abſoluendam communitatem.*

24 *Communitas tenetur etiam de damno nocturno, ſi id expreſſe per ſtatutum caueatur.*

Vel per verba æquipollentia, nu. 25.

Quanquam Boſſius dubitat de validitate eiuſmodi ſtatuti, nu. 26.

Ideo diſtinguit Barbatia, nu. 27.

Et Author, num. 28.

29 *Statutis obligantis communitates ad emẽdationem damni dati alia ratio.*

Qua ſtante teneretur etiam communitas reſpectu nocturni damni, nu. 31.

30 *Vicini præſumuntur in dubio damnum dediſſe.*

32 *Culpa in omittẽdo non obligat ad duplum, etiam ſtante ſtatuto de emendando duplum.*

33 *Damnum datum nocturno tempore arguit culpam communitatis in omittendo.*

Sed attenta vltima ratione argueret culpam commiſſiuam, num. 34.

35 *Villa, quando indiſtincte non teneatur ex damno nocturno tempore illato.*

36 *Superioris impedimentum non debet communitati nocere.*

1 ACcedamus tandem ad damna data in genere. In multis partibus Italiæ, extare † ſtatuta, vt communia villarum, & comitatuum teneantur emendare damnũ in territoriis eorum, tradit Bart *in l. ne quid nu. 3. verſ. Sed in multis partib. ff. de incend. ruin. & naufrag. ibid. Alber. n. 1. verſ. Hodie tamẽ quælibet ciuitas*, atq; hoc ſtatutũ vbique vigere ſcripſit *Boſſ. in ſua praxi in titu. de Damno dato, Quia damnum dare. nu. 5. verſ. Vnum tamen multum practicabile, Franc. Marcus deciſ. 765. Quæritur ſi iſti ſyndici, nu 2. par. 2. Cuman. conſ. 151. In cauſa vertente, nu. 3.* [illegible] *habito reſpectu*, & adeſſe hoc ſtatutum Mediolani teſtatur idemmet *Boſſ. in eod. praxi, prout etiam vere eſt in c. 375* [illegible] *cæteri. par. 2. & c. 56.* Si de cætero, in criminalibus, vbi ſta-

tum

rum dicit hoc ſtatutum vbiq; fere vigere, *in titu. de captu-raram, 42. Verſ. Quero ſtatute cauetur*. Atq; Papię eſt ſtatu-tum *in Criminalib. Rub. 62.* Quia ſæpe contingit. Amplius adem eſſe de iure † communi, quod ſi aliquis derobetur in 2
territorio alicuius villæ, vel loci, quod communia teneā-tur emendare, reſtituere, ſcripſit *Alber. in l. Ne quid, nu. 1. Verſ. Et ſic collige ff. de Incendio, ruina, & naufragio*, qui di-cit ſatis euidenter illud colligi ex eo *tex.* quod & voluit Maſcard *de prob. concl. 473. Damnum in dubio nu. 3 Ver Sic etiam ibidem.* De quo articulo plene, remittēs tamen, Iaſ. *in l. ſi quando, numer. 42. Verſ. An autem de iure communi, C. Vnde Vi.* Verum tex. ille mihi id † non probat. Verba tex. 3
quæ ad rem pertinent, eiuſmodi leguntur. De his autem, quos diripuiſſe probatum ſit, præſidem, vt de latronibus grauem ſententiam dicere. Vt facilior ſit probatio huiuſ-modi admiſſi, permiſit his, & quicquid paſſos ſe huiuſmo-di queruntur, adire præfectum, & apud eum teſtari, reoſ-que petere, vt pro modo culpæ, vel vincti, vel ſub fideiuſ-ſoribus ad præſidem remittantur. A domino quoque poſſeſſionis, in qua id admiſſum dicatur, ſatis accipi, ne cognitioni deſit, præcipitur.

Sed certe ille tex non probat communia, aut villas te-neri præciſe ad emendationem damni, ſed tantum inde contra communitates ex damno dato in territorio ſuſpi-cionem oriri, ideoq; teneri † fideiubere de iudicio ſiſti, vt 4
etiam monuit ibi glo. in verbo Accipi, vel ad ſummum ea de re vicinos ob damnū torqueri † poſſe Maſcard. *d. ar-* 5
cluſ. 473. nu 4 poſt Calcan. conſ 63. Ventura, & fratres, col. 2. Verſ. ad hec accedat, & Tiraquell ibi allegat, declarando † tamen, *vt ibi nu. 5. Verſ. Limita, & intellige.* 6

Atque *Clar. lib. 5 recept. ſent. § fi. quaſt. 82. in Vlt. Stat in Verb. Statutum puniens tenes damnum datum nu. 1. Verſ. Quod Villa tenetur*, voluit, de iure † communi villam tantum 7
teneri ad emendationem damni dati, quando qui da-mnum dedit non eſt ſoluendo, & villa potuit illum pro-hibere, & non prohibuit, & ita temperat * conſuetudi- *
nem allegatam ab *Angel. in § quoniam vero, num. 3. Auth. Vt nulli iudicum.*

Quicquid ſit, vbique fere vigent ad id ſtatuta, vt diximus,
8 quo caſu qualiter probetur † damnum, qualiter ſit imponenda collecta pro ſolutione cond. innationis, an quilibet teneatur in ſolidum, an per ſolidum, & libram, an per capita, quia non eſt omnino huius loci, videri poteſt *Boſſ. in titu. de Damno dato, num. 5. Verſ. Vnum tamen, & Bartol. in d. l. ne quid, a num. 3. ff. de Incend. ruin. & naufrag. Salyc. in l. quæ fortuitis, num. 9. Verſ. Secundo caſu principali, C. de pign. act.* & latiſſime Proſper. Farin. *in titu. de Delictis, & pœnis quæſt. 24. Regula ſit in propoſita quæſtione, per totam, par. 1. Baiard. ad Clarum quæſt. 82. Statutum ſu. per totam, D. meus Præſ. Menoch. lib. 5. præſumpt. 31. Conuenit hoc loco per totam, Cæpol. conſ. crimin. 18. Statutum eſt Vincentiæ per totum, Alexa. conſil. 114. In cauſa, & lite, lib. 4. per totum, quod conſilium duplabatur conſ. 47. lib. 6. Plot. ad l. ſi quando, C. Vnde vi, in Verbo Damno dato, late etiam Carpan. ad ſtatuta Mediol. cap. 375. Si de cætero, parte 2. per tot. Maſcard. de probat. concluſ. 474. Damnum in dubio per totum. Alba conſ. 285. Motiua excitata, per totum, Sebaſt. Med. de Caſibus fort. part. 1. q. 11. Boſſ. in ſua praxi in titu. de Captura, num. 42. Verſ. Quæro, ſtatuto cauetur, cum pluribus ſequentibus, Pract. Papienſ. in form. lib. in act. real. in gloſſ. Non aſtringens, præcipue num. 5. Abb. in cap. fin. num. 5. quod met. cauſ. Spec. in titu. de Cenſibus §. 2. num. 14. Verſ. Quid ſi damnum datum, & ibi late Ioan. Andr. Verſ. Et §. ſi autem, Bald. conſ. 203. Præſuppoſito ſtatuto. num. 1. Vol. 1. Aſin. in ſua praxi §. 19. c. 5. lim. 9. num. 3.*

Sed quod ad rem noſtram proprius accedit, rationem
9 huius ſtatuti fundatam eſſe ſuper † negligenti ſcripſit *Cæpol. conſ. crimin. 18. Statutum eſt Vincentiæ num. 21. Verſ. Circa ſecundum dubium, poſt Bal. in l. cum duobus. § damna ff. pro ſocio, & Alber. in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt. 16. &*
* *ibi allegatum*, vbi dicitur ita fuiſſe Bononiæ * determinatum. Idem Cœpol *loco citat. numer. 22. ad fin. Verſ. Secunda ratio poteſt conſiderari, Dec. in l. culpa caret. num. 2. Verſ. Et de communitate, ff. de reg. iur. Boſſ. in titu. de Captura, num. 42. poſt Aretin. conſ. 57. col. 2. & Hippolyt. in l. 1. §. præterea. Verſ. Et ideo dicunt doctores ff. de quæſtion. qui idem cum Bar-*

aldo

tel in l. 1. § occiſorum ff. ad Sillan. limitat dictum Statutum,
quando adeſſet vis † maior in maleficio, vel fieret clam, 10
& furtiue, vel quando patraretur maleficium iuxta † con- 11
finia, *ibid.* tradit etiam *Bald.* Quanquam, quod ad id per-
tinet, quid obiter de confinibus diximus, vt villæ non te-
neantur ex maleficio intra confinia commiſſo, contrari-
um † voluit *Clar. § fin. lib. 5. quæſt. 82. Statutum primum* 12
circa damna data, verſ. Sed quid ſi damnum datum, vbi de
* communi, de quo Proſper Farin. *in titu. de Delictis*, *&* *
pœnis quæſt. 24. Regula ſit in propoſita quæſtione. nume. 199.
verſ. Amplia 1 par. 1. Quod ego falſum opinor, niſi † com- 13
munitates ſint ſub eodem principe. Vide etiam ad hæc
Carpan. *ad ſtat. Mediolani cap. 375. Si de cætero, numer 86.*
verſ. Excuſatur par. 2. vbi alios allegat.

Addit præterea in ditione Mediolanenſi decretum
ideo eſſe, Boſſ. *loco citat. num. 42. Vt ad nos redeamus*, vt
eiuſmodi ſtatutum non procedat tempore † belli, nec 14
alio tempore, vbi de facto reſiſti non poſſit, vt re vera eſt
in No. Conſtit. in titu de Pœn. cap. ſi quis fecerit robariam. §.
Et quia. Carpan. ad ſtat. Mediolan. cap. 375. Si de cætero, nu-
mer. 85. Verſ. Vbi infert, par. 2. quod profecto, & de iure
communi † locum habet, vt ſi damnum ab hoſtibus pub- 15
licis, vel latronibus datum conſtet, tertium non obliget,
Salyc. *in l. quæ fortuitis, numer. 9. Verſ. Secundo caſu princi-*
pali C. de pignor. action. Maſcard. de probat. concluſ. 893. In-
cendium præſumi, numer. 15. Verſ. Sexto limitatur, qui ad
hoc citat *text.* & *ibi Salyc. in l. data opera C. de his, qui ac-*
cuſare non poſſ. Nec enim debet poſſe obligari † commu- 16
nitas ad impoſſibile *l. impoſſibilium, ff. de regul. iur.* & in
terminis noſtris damni ſcilicet dati *Luch. de Curt. inter*
conſil. crimin. conſil. 62. num. 22. lib. 1. Bertazz. conſ. crimin.
481. Sententia lata ad fauorem, numer 11. Verſ. Alioqui cen-
ſeatur ſtatutum, volum. 2. ſic etiam voluit *Alber. in rub. ff.*
de Damn. inf. numer. 14. Verſ. Quod villa non teneatur, per
text. in l. fluminum § quanquam ff. de damn. infect. & ſi ob-
ligetur, non teneri in † foro conſcientiæ, *poſt Bero. in cap.* 17
dilecti filij num. 77. de arbitr. & Mech. controuerſ. illuſtr. ca-
pit. 28. numer. 19. ibi allegatos, ſcripſit *Clarus lib. 5. recept.*

ſent.§.fin.quæſt.62.num.5.Verſ.Vnum autem ſcias, quod di-
18 cit notandum, etiam ſi adeſſet aliqua culpa, modo † le-
uiſſima, *ſicut citat. Innoc. in cap. ſicut dignum.de homicid.*
Iaſ.in §.ſed iſta,num.130.Verſ.in materia nota, Inſtitut. de
action. Bar.in cap. quoniam contra,numer.31.de probat. Ro-
man.ſingu.104. Felin.in cap. audiuimus,nume.2.Verſ.Quod
intellige.de ſimonia. Abb.in cap.dilecti filij,numer.12. de a-
bitev, idem *in cap.ſi culpa, num.1.de iniur.* & de * commu-
ni poſt *Conſet. in ſingu. in Verbo Forum conſcientiæ tradit*
Couar. qui plures allegat *in titu. de Matrimonio, par. 2.*
cap.6.§.8. His omnibus,numer.12 Verſ. Quinto ex eadem opi-
nione; vbi tamen omnino vide, quia contrariam recenſet
opinionem, atque in illam omnino videtur inclinare; At-
que declarat Felin *in cap. audiuimus, numer.2. Verſ. Cæte-*
rum dictum limita, de ſimon. eundem in cap.ſicut dignum ho-
micid.

Hinc bene dixit *Roman.conſ.7.Viſis neceſſarijs, numer.*
5.Verſ. Ex quo, vt dixi, quod eiuſmodi damnum reficien-
19 dum non eſt, ſi fiat de † nocte, quia delictum eo tempore
fuerit commiſſum, quo licuit ignorare, idem voluit
Alexan. ad Bartol. in l.nequid. numer. 2. ſub litera D.Verſ.
Quaro, & reuoco ff.de incend. ruin. & naufrag. Bald. in l. ſi
quis non dicam rapere, numer. 10. Verſ. Et iuxta prædicta,
C.de Epiſcop. & Cleric. Barbat. conſil. 66. numer. 5. inter
conſil. Calcanei, Marſil. in tractat. de Bannitis in Verbo
Villa.num.19.& numer.23. Bertaz. 2. conſil. 45. Magnifica
communitas,numer. 13. Verſ. Vltimo, & hoc.lib.1. Maſcard.
concluſ.1413 numer.21. D. meus Præſ. Menoch.lib.5 præſump.
31 numer. 26. Verſ. Declaratur quarto, Oſaſch. deciſ.88. Viſis
quibuſdam,num.11.Verſ. Accedit, quod etſi, Idem deciſ.198.
Anno 1529 numer.24.Verſ. Ignorans enim & præcipue, nu-
mer.25 plures citat Farin.quæſt.34 numer. 208. Verſ. Subli-
mita 2. par. 1. plures adducit *Guid. Pancirol.conſ.49.Gra-*
chellinum,num 1 lib.1. & licet non defuerint, qui voluerint
ſtatutum eiuſmodi comprehendere etiam damna & ma-
20 leficia commiſſa † nocturno tempore, ita fuit *Bald. conſ.*
103. Præſuppoſito ſtatuto.in princ.Volu.1. Grammat.in conſ.
criminali 22.Calcan. conſ.39. & conſ.63. Aretin.de Maleſ.

cap.in

eiſc in Verbo Ad denunciationem, num. 8. plures tamen con-
trarium † ſuſtinuerunt, vt ſcilicet ſtatuta eiuſmodi non 21
comprehendat maleficia facta de nocte, vt teſtatur *Guid.*
Pancirol. conſ. 49. Grachellinus, nu 9. Verſ. Sed quoniam lib.
1. modo debitam impendant † diligentiam, vt male facto- 22
rem comprehēdant, *Fran. Marc. deciſ. 765. Quæritur, ſi iſti*
ſyndici, num 5 par 2. Cuman. conſ. 51. In cauſa vertente per
tutum, Afflict. in commentar. ad conſtit. Neapol. Rubr. ſuper
inciſionibus, nu. 31. Alber in 2 part ſtat. quæſt. 85 Item Vero ſi
conſulendum Mandoſ. ad Roman. d. conſ. 7 nu 5. ſub litera B.
in Verbo Ignorare, late etiam Plot. in repert. ad l. ſi quando
C. Vnde Vi, in Verbo Damno dato, Vel delicto commiſſo Verſ.
Quando ſtatutum non procedit, qui allegat Dec. conſ. 64. I u-
chinus de Curte inter conſilia criminalia, conſ. 62. Conning it
caſſinam, nu. 15. Verſ. Quinimo diligentiam lib. 1. Aret. conſ.
57 Diligenter, & copioſiſſime, ante num 3 Ver. illud debet in-
telligi Bar. Bald. Ang. & alij in l. 1. §. occiſorum, ff. ad Sillan.
Carpan ad ſtat. Mediol. cap. 375. Si de cætero nu. 85. Verſ. Ma-
xime, ſi fiat noctis tempore. Ange. in l. ſi ſerui Veſtri per illam
tex. C. de noxal. Burſat. conſ. 59. nu. 39. Vol. 1 Oſaſch. deciſ 138.
Anno 1529. nu. 25. Verſ. Quod maxime locum habet, & Verſ.
Hinc diximus, quod ſtatutum.

Quinimo in dubio ad † abſoluendam communitatē, 23
delictum, ſeu damnum noctis tempore cōmiſſum fuiſſe
ſcripſit Plot *ad d. l. ſi quando C. Vnde Vi, in Verbo Damno*
dato, Vel delicto commiſſo, Verſ. Et in dubio præſumitur, qui
ad hoc allegat Alex. conſ. 47 lib. 6.

Niſi forte hoc expreſſe per ſtatutum caueretur, vt ſcili-
cet teneretur † etiam pro damnis de nocte datis, in qui- 24
bus terminis conſuluit *Rochus de Curte inter conſilia Cal-*
uenſis conſ. de Chriſti, num. 4. & Horat. Mandoſ. ad Roman.
conſ. 7. ſub litera B. in Verbo Ignorare. Vel etiam per verba
† æquipollentia, *de quibus Oſaſch. deciſ. 88. Viſis quibuſ-* 25
dam, num. 39. Verſ. Vel poteſt reſpanderi, Farin. in tit de Deli-
ctis, & Pœnis q. 24 num. 209. Verſ. Limita hanc par. 1. Guid.
Panciroli conſ. 49. Grachellinus, & Antonius, nu. 9. Verſ. Sed
quoniam lib. 1.

Sed Boſſius *in tit. de raptu, num. 42. Verſ. Vnde dubita-*

26 *tur*, non immerito † dubitat de validitate eiuſmodi ſta-
tuti.

27 Ego tamen omiſſa diſtinctione † *Barb conſ.17.col.4. Verſ.*
Etſi quiſpiam opponat.lib.2. de qua Mandoſ.ad Rom.d.conſ.
28 *7.in verb.Ignorare*, ſic † diſtinguerem. Aut ſumus in ſim-
plici caſu ſtatuti in omne æuum prouidentis, nec valeat
eiuſmodi ſtatutum, tãquam ad impoſſibilia quodam ob-
ligans pacto. Aut ſumus, ſeu in ſtatuto, ſeu in proclamate
ad tempus, ſeu ad determinatã anni præcipiens partẽ vigi-
lias cuſtodiamq; ſub pœna damni reficiendi, & valeat.

29 Sed certe, ſi ea eſſet † ratio, cur communitates teneãn-
tur damnum emendare, de qua *Bart in l. dominus horreo-*
rum. ff. locati, in l.ſi ita § fin.ff. de fund inſtruct.& in l.2.ff.
de vi publ.Socin.Sen.conſ.54.nu.12 lib.3. Tiraq.de pæn.cauſ.
23.nu.11.Plot.in l.ſi quando,nu.887.C.vnde vi,de quibus D.
meus Præſ.Menoch.de præſumpt.lib.5.præſumpt.31.Commentar.
hoc loco,nu.18 verſ.Decimatertia eſt coniectura, Cæpol conſ.
crim.18.Statutum eſt Vincentiæ,nu.23 verſ. Tertia ratio eſt,
remiſſiue etiam Paris.conſ.158 Si ius commune,nu.8.verſ.Et
etiam quia,vol.4.Franc.Brunus in tit de Indicijs, & tortu-
ra.par.1.q.5.num 1.verſ.Nam licet præſumptio, quia ſcilicet
30 damnum † a vicinis, atq; adeo ab ipſa communitate da-
tum cenſeatur, Maſcard etiam *id probat concluſ.473. Da-*
mnum in dubio,nu.3.verſ.Sic etiam,Bald.in l.1.nu.7.C.lo-
cati; tunc profecto nulla eſſet conſtituenda differentia in-
31 ter damnum datum diurno tempore, aut † nocturno.

Quo caſu, nec haberet locum diſtinctio *Gramm. deciſ.*
47 In cauſſa vniuerſitatis,nu.6.verſ.Quod concedendũ non
eſt, dum voluit ſtante ſtatuto, vt communitas teneatur ad
32 † duplum reſpectu damni dati, illud ſibi locum vendicet
ſtatutum, quoties communitas fuit in culpa commiſſiua,
ſecus, ſi in omiſſiua, puta, quia delictum fuerit clandeſti-
33 num, quale eſt damnũ datum † nocturno tempore, quia
ad emendationem ſimpli tantum tenebitur communi-
tas. Non haberet inquam locum, ſi vera eſſet hæc poſtre-
34 ma ratio, ſiquidem communitati ſemper culpa in † com-
mittendo poſſet obiici. Sed de hoc aliquid in *ſequen-*
ti cap.

Illud

Illud tamen ſine difficultate omnino procedit, vt ſtance eiuſmodi ſtatuto communitates ad emendationem damni dati obligante, niſi malefactoré ceperint, vel aliter damnú prohibuerint, cómunitas abſoluatur, ſi maleficiú fuit nocturno commiſſum tempore, & rector, ſeu poteſtas, clauſis portis, claues † apud ſe obſeruabat, ita quod 35
illi de villa non potuerunt exire, & malefactorem capere vel aliter maleficium cohibere. *Bart. in l. 3. §. ſubuenitur, ff. ad Syllan. Carpan. ad ſtatuta Mediolani, c. 375. Si de caetero, num. 92. Verſic. Statutum ſi imponeret, part. 2.* & ita * doctores tenere ſcripſit *Clar. lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quaeſt. 29. Saepenumero contingit, num. 9. Verſic. E conuerſo etiam, Auguſt. de Armin. ad Angel. de maleſic. in Verbo, Qui iudex dictum Caium, poſt num.* 11 ea ratione, quia factum, & impedimentum † ſuperioris non poteſt communitati 36
imputari, quod dictum in terminis generalibus ſatis vulgatum eſt.

CAPVT XXXI.

De Iuramento in litem.

ARGVMENTVM.

Iuramentum in litem, nullum pleno iure ſibi vendicare locum de nocturnis damnis, tota etiam ſplendeſcente Luna, nec in odium ipſius malefici, nec in pœnam negligentis communitatis.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum in litem non habet locum reſpectu damni nocturno tempore dati ex Plot.*

2 *Iuramentum in litem locum non habet, niſi de duobus conſtet.*

3 *Iuramentum in litem etiam nocturno tempore locum habere videtur ex Plot. ſi conſtet de lumine.*

4 *Luna etiam in plenilunio, lugubres habet radios.*

5 *Teſtes in plenilunio, licet in criminalibus non probent plene de viſis nocturno tempore, probant tamen in ciuilibus.*

Alijs præcipue concurrentibus. num. 6.

7 *Iuramentum in litem quandam includit carnalitatem.*

8 *Iuramentum in litem non admittitur in criminalibus, niſi quando agitur ciuiliter.*

Non tamen ideo admittitur reſpectu nocturni damni, num. 9.

10 *Iuramentum ſupplementorium non conceditur ad conuincendum aliquem criminoſum.*

11 *Iuramentum in litem non datur aduerſus communitatem reſpectu nocturni damni.*

12 *Iuramentum in litem non datur contra tertium, qui ex vi ſtatuti pro alio obligetur.*

13 *Iuramentum in litem dicitur probatio priuilegiata.*

14 *Probationes priuilegiatæ non admittuntur contra tertium.*

15 *Iuramentum in litem datur contra tertium ex vero.*

16 *Villa dicitur dediſſe damnum præſumptiue, non autem vere.*

17 *Iuramentum in litem requirit dolum verum.*

18 *Iuramentum in litem Mediolani datur etiam contra villam.*

IVRAMENTVM in litem, quod ad ſuſceptam prouinciam pertinet ſtante ſtatuto, vt credatur iuramento da-
1 mnum paſſi, an habeat locum, ſi damnum † nocturno tempore fuerit datum, negat abſolute *Plot. in l ſi quando, num 840 verſic. Quadrageſimo, limita omnia, C. Vnde vi*, eo ductus ratione, quia ad hoc, vt habeat locum iuramen-
2 tum in litem, de † duobus debeat conſtare, & de quidditate delicti, & de eo, qui deliquit, ita vt nihil ſuperſit aliud, niſi iurare ſuper quantitate. Nocturno autem tempore,

ſiquis

Inquit ipſe, ſi teſtes non admittuntur, abſque lumine di-centes ſe Titium delinquentem cognouiſſe, ergo multo minus damnum paſſus, & maiori laborat morbo, cum hoc caſu iudex ſit in cauſa propria, in eaque teſtis dicatur, *Gallin. in ſuo tract. de verborum ſignificationib. lib. 8. cap. 7. num. 21. Capan. ad ſtat. Mediolani cap. 375. Si de cætero, numero 136. in verbo, Credatur damnum paſſo, volumine 2.*

Videtur autem à contrario ſenſu innuere *Plot.* quod, ſi adſit Lunæ † lumen, poſſit iurari in litem etiam noctur- 3
no tempore per damnum paſſum, quæ omnia ab iis pendent, quæ inferius dicemus *in cap. de Viſu.* Interim neque hoc verum videtur, nec etiam in ipſo plenilunio, cum adhuc Luna habeat † lugubres radios, qui ſemper perfe- 4
ctam, atque abſolutam delinquentis cognitionem impediunt. Et licet ea ſit diſtinctio, quod id verum dum eſt in in criminalibus, in ciuilibus tamen omnis exceptio reii-
citur, omne † obducitur vulnus, *Roland. à Valle conſil. 3.* 5
num. 47. verſic. Sicut, nec etiam, vol. 3. Viuius communi opin. 950. Teſtis deponens de nocte, num. 9. verſic. Nam aſſerebam, Boſſius practicus tit. de Indiciis, num. 173. verſic. Sed parcant mihi. Farinac. de oppoſit. contra perſon. teſtium, quæſt. 62. in 2. limitat. principal. num. 40. verſic. Amplia ſecundo, Maſcard. de probat. concluſ. 1114. Noctis tempore, num. 5. verſic. Huic tamen communi. Maximeque ſi † alia concurrerent, per- 6
fectam, & inuulnerabilem damnum nocturno tempore inferentis cognitionem inducentia, puta, maxima familiaritas, vox damnum inferentis, paries albus, nix, & huiuſmodi, *Plot. in dicta l. ſi quando, num. 844. verſic. Fallit tertio, & inde vi.*

Et ipſum iuramentum in litem, quia ſapit pœnam, ſa-
tis dicitur eſſe quid † criminale, ſeu quandam includens 7
criminalitatem, vt ſcripſit *Alba. conſil. 285. Motiua excitata. num. verſic. Cæterum, quod obiicitur*, vbi id confirmat, non ſolum reſpectu inſtantiæ, & aliorum, ſed etiam reſpectu effectus.

Quod, ſi etiam illam teneamus opinionem, quæ communis eſt, quod licet iuramentum in litem, quod præſta-

tur

8 tur in criminalibus, eo admittatur caſu, quo agitur † ciuiliter, quia iudicium videtur ciuile, vt poſt plures ab eo alle-
* gatos de * communi teſtatur *Plot. ad l. ſi quando à num. 686. Verſic. Quinquageſimo amplia*, quod pluribus demo-
re poſſem comprobare, ſi illud vſui futurum viderem; at-
9 tamen adhuc dico † nocturno tempore non admiſſum iri iuramentum in litem, tum quia adhuc dicatur quodam pacto iudicium criminale, vt diximus, tunc quod nos nō diſſeramus de probatione quantitatis damni dati, quæ cum ſit permanens, poteſt etiam diurno tempore conſiderari per damnum paſſum, licet noctu fuerit damnum datum; Sed manifeſte hoc caſu ageretur de conuincendo
10 malefactore & criminoſo, quo caſu † non defertur, aut ſtatur alicui iuramento ſuppletorio, etiam ſi de eo aliquis, ſingularis tamen deponat teſtis, *Roman. & Laſ. in l.*
* *fin. ff. de in lit. iuran.* de * communi *Plot. in l. ſi quando, numero 686. Verſic. Quinquageſimo amplia, in Verbo, Et hæc eſt communis opinio, C. Vnde vi.* Dum autem diſputamus nos de iuramento in litem reſpectu nocturni temporis, non diſputamus de comprobanda quantitate damni dati, ſed de conuincendo nocturno malefactore, & de conſtituendo apud Iudicem certo reo, qui damnum nocturno intulerit tempore. Vide *Proſp. Farin. in tit. de Delictis, & pæn. quæſt. 24. num. 217. Verſic. Amplia primo hanc quartam ſublimitationem.*

Sed neque iurari poterit in litem aduerſus communi-
11 tatem reſpectu † nocturni damni, ea enim eſt indubitata iuris regula, quod ſtante ſtatuto, vt credatur iuramento damnum paſſi, id ſibi locum vindicat, ſi agatur aduerſus eum, qui damnum dedit, non autem ſi † tertius quiſpiam ea de re conueniatur; quare, dum ex vi ſtatuti dominus tenetur pro famulo, pater pro filio, villa pro damno dato in territorio, nec contra dominum, nec contra patrem, nec contra villam iurari poterit in litem, *Cravet. conſil. 196. Et ſi abunde, num. 8. Verſic. Non omitto in hac materia, Bart. in l. ne quid, ff. de Incend. ruin. & naufrag. Idem in l. 1. ff. furt. aduerſ. naut. Idem in l. 1. ff. arbor. furt. cæſarum,*
* & hoc eſſe * regulare ſcripſit *Corn. conſil. 123. Viſo proceſſu, num. 3.*

num.3 Verſic. Primò quia earum intentio, Vol.1. Hippol. Mar-
ſil. ſing.148. Extant ſtatuta, Dec. conſil.83. In cauſſa accuſa-
tionis, num.7. Verſ. Secundo ex alio principali capite, de * com- *
muni Dec. qui dixit hanc eſſe probationem † priuilegia- 13
tam, & probationes priuilegiatas non admitti † contra 14
tertium, *Dec. tamquam conſil.410. In cauſſa mota Mediolani,*
num.13. Verſic. Quarto principaliter reſpondetur, Benintend.
deciſ.16. Iudicatum fuit, num.5. Verſic. Non obſtat ſtatutum,
Maſcard. concluſ.475. num.21. 832. num.5. & 934. num.17.
& 19. Auch. anim. ſua. quæſt.61. num.1. part.1. de communi
etiam *Farinac. de delictis, & pæn. quæſt.24 num.21. Verſic.*
Quia tamen iſto caſu Abb. in cap. fin. Verſic. Et hæc faciunt
ad quæſtionem, quod met. cauſ. Iaſ. Dec. Ang. & alii, tum in
in authent. ſi quis in aliquo, C. de edend. Plot. in l. ſi quando,
num.767. Verſic. Quarto limita, C. Vnde Vi, Pariſ. conſil.158.
Stante communi, nu.28. Vol.4. de communi etiam *Clar. lib.*
5. recept. ſentent. § fin. quæſt.82. in Vltimo ſtatuto, Verſic. Sta-
tutum primum, num.2. Verſic. Quæro numquid, Bonacoſſ. in
ſuis quæſt. crimin. in Verbo, Damno dato, Verſic. Stante ſtatu-
to, & in Verbo, Villa, Verſic. Si dicit ſtatutum, Carpanus ad
ſtatut. Mediolani, cap.375. Si de cætero, num.160. Verſic. Ve-
rum quod non ſtetur part.2. & latius cap.371. Statuitur, nu-
mero 26. Verſic. Niſi hoc ſtatutum, eadem part. quæſt.5. quic-
quid voluerit † contrarium ſentiens, & dicens forte id 15
eſſe * commune *Bero. conſil.213. num.18. & conſil. ſequenti,* *
num.7. Vol.3.

Et licet in ſuperiore capite inter alias rationes, ex qui-
bus tenetur villa de damno dato, eam in medium attule-
rimus multis comprobatam doctorum authoritatibus,
quia ſcilicet, dum ignoratur malefactor, vicini ipſi, villa-
que cenſetur damnum dediſſe, attamen illud verum eſt
† præſumptiue, non autem vere; ad hoc autem, vt habeat 16
locum iuramentum in litem, requiritur omnino dolus
† præſumptus, ſi in indiuiduo nocturni damni, quod 18
non poſſit ex eo aduerſus communitatem in litem iurari
ſcripſit *Iaſ. in l. ſi quando, num.41. Verſic. Idem dico, C. Vn-*
de Vi.

Mediolani tamen aliud eſt, ſic enim diſponentibus
iuribus

iuribus municipalibus, etiam aduerſus † villam concedi-
tur iuramentum in litem per damnum paſſum, & valet
ſtatutum, *Carpan.* vtrobique *locis citatis*, ſcilicet, & *in dicto
cap.* 375. *num.* 160. & *in allegato cap.* 371. *Statuitur, nume-
ro* 26. *parte* 2.

CAPVT XXXII.

De homicidio.

ARGVMENTVM.

Miſcellanea quædam, de homicidio no-
cturno tempore perpetrato.

SVMMARIA.

1 *Homicidium nocturnum eſt impunibile, etiam ſi occida-
tur aggrediens in titulo furti. Etiam ſi ſimus in du-
bio, num.* 2.
*Standumque ideo eſt interficienti, eiuſque dicto, nume-
ro* 3.
4 *Homicidium nocturnum eſt impunibile etiam ad ſo-
lam tutelam domeſticorum.*
5 *Clericus licet nocturnum aggreſſorem occidere.*
6 *Feneſtra offendiculum apponens ad fures concluden-
dos, non eſt reus homicidii, quod inde ſequatur.*
7 *Alexand. conſil.* 149. *num.* 6. *vol.* 2. *reprehenditur in ordi-
ne ad rationem*
8 *Offendiculi ad feneſtram, & oſtium appoſiti differentia
in ordine ad homicidium inde ſecutum.*
9 *Offendiculum feneſtra appoſitum, quo caſu indiſtincte
non obliget apponentem.*
10 *Fur nocturnus non poteſt interdum occidi attenta æqui-
tate iuris Canonici.*
*In dubio tamen impune occidi poteſt ratione dubia ca-
dit, num.* 11.

12 *Homi-*

12 *Homicidium nocturnum in dubio adſcribitur vicinis illis, quos penes repertum fuerit cadauer.*

13 *Mendacium eſt magis punibile in ordine ad homicidium nocturnum.*

14 *Adulterum nobilem nocturno occidens tempore mitius punitur.*

15 *Homicidium nocturnum eſt difficilis probationis.*

16 *Homicidia, & alia ſcelera, ſæpius nocturno tempore committuntur.*

EORVM, quæ nunc dicturi ſumus, pleraque licet legi poſſint in hoc volumine variis diſperſa locis, non tamen omnia, nec ſine maximo labore; nec opera ergo, nec oleum erit perditum, ſi perfunctorie aliquid hoc capite obſeruemus de homicidio.

Homicidium ergo licet regulariter ſit prohibitum, talionisque ſubiaceat pœnis: multis tamen ex cauſſis, vel nullo condemnatur pacto, vel leuiori ſubiicitur voto.

Ergo nocturno tempore, quelibet aggredientem, etiã titulo furti, occidere licet † impune, ſiue is ad furti tan- 1
tum properet delictum, declarando, vt declarauimus *in tit. de fure*: ſiue etiam ſimus in † dubio, an potius ad occi- 2
dendum accurrat, quam ad furtum committendum, *text. in cap. ſi perfodiens, de homicid. Petr. Gregor. Tholoſſ. part. 3. ſyntag. iur. vniuerſ. lib. 37. cap. 14. Alia ſunt periſtaſes, nu. 10. verſic. Alia obſeruanda, Iaſ. Inſtit. de actio. in princ. num. 69. verſic. Pro dicite, Alexan. conſil. 140. Videtur in caſu, num. 7. verſic. Aut ſe tela, vol. 2. Alexand. de Neuo inter conſilia criminal. Ziletti vol. 1. conſil. 87. Vidi proceſſum, num. 1. verſic. Et Iacobinum, num. 2. verſic. Nec obſtat, & num. 9. verſic. Vnde, etiam ſi ex vulnere.*

Et quod magis eſt, ſtandum eſſe † interficienti furem 3
nocturnum, ſi dixerit, quod aliter ſe, ſuaque defendere non poterat, ſcripſit *Angel. de Maleſic. in verbo, Comparet dictus inquiſitus, num. 17. verſic. Quid ſi interficiens,* poſt *Bart. in l. mulierem, §. 1. ff. de ſicar. & Flor. in l. itaque, ff. ad legem Aquil.* vbi late *Aug. Ariminen. in addit.*

Atq; non ſolum, pro tutela propria, ſed etiam † dome- 4
ſticorum

ſticorum, & famulorum, licet nocturnum aggreſſorem, etiam titulo furti, occidere, *Alexan. dicto conſil. 140. num. 7. Verſic. Ideo quemadmodum, Vol. 2.*

5 Nec laicis ſolum id licet, verum etiam † clericis, *Alexand. loco citato, num. 8. Verſic. Et ſic quando apparebat.* Licet enim, vbi de ſola rerum agitur iactura, non poſſit clericus arma ſumere ad occidendum, ſed tantum ad proprias facultates tuendas, vt voluit Abbas *in cap. ſuſcepimus, num. 1. Verſic. Nota tertium caſum, de homicidio. mandamus, num. 1. Verſic.* ... *dicto Decii in cap. ſignificaſti, num. 22. Verſic. Vbi dicitur, de officio delegat.* vbi tamen agitur, de neceſſaria propriæ ſalutis tutela, de qua præcipue agitur tempore nocturno, non ſolum licita eſt armorum delatio, verum etiam homicidium, quod eo caſu neceſſaria nuncupatur defenſio, ſine peccato, & irregularitate, *Rolan. à Valle conſil. 1. Quod nobilibus, num. 1. & 2. Vol. 2. Hippol. Marſil in l. 1. num. 29. ff. ad legem Cornel. de Sicar. Bart. Bertaz. conſil. crimin. 125. Dubia ſubtiliter, num. 25. Verſic. Sed nec etiam, lib. 5.* nec repugnat *Alexand. dicto conſil. 140. Videtur in caſu propoſito, num. 8. Verſic. Ex prædictis etiam, lib. 2.* Sed omnino videas, quæ dixerimus in cap. de Fure, vbi late diximus de clerico occidente nocturnum furem, quibus addas late plures allegantem, & de * communi atteſtantem *Margaritam ad Felinum in Verbo, Clerici, Vel laici.*

Amplius, ſi etiam ſolo furti titulo, quis ad furtum accedat, & ad feneſtrā † offendiculo decipiatur, & præcipitetur inde, homicidii reus nō erit, nec aliqua plectetur pœna, qui tetenderit offendiculum, *Alexand. dicto conſil. 140. Videtur in caſu propoſito, num. 6. Verſi. Sic in propoſito noſtro, Volum. 2.* ſed parum dicti ſui concludentem rationem affert † Alexand. parcat vir tantus, dicit enim id eſſe, quoniam non tendebat id ad ſpeciem delicti, quæ inde ſecuta eſt, ſcilicet ad præceps homicidium, cum eſſet inſtrumentum ad capiendum. Sed certe ego maximam conſtituerem differentiam, attenta tamen ratione Alexand. inter † offendiculum ad feneſtram & ad oſtium, vel aliquod ſacitum humi conſiſtens, vt offendiculum ad feneſtram obliget pœnam extraordinariam, ſi quis inde præcipitet, quia

quia nec ſit inſtrumentum reſpectu ſitus aptum ad ca-
piendum prorſus, nec tamen vigeat apertus occidendi
animus, niſi forte eſſemus ruri, vel alibi, vel etiam res age-
retur ad feneſtram debilioris in ordine ad potentiorem,
vbi eiuſmodi offendiculum etiam ad necem dici poſſit
neceſſaria, & inculpata tutela.

Offendiculum vero ad oſtium ſi ſit, vel offendiculum
in vim ſit foueæ, vel in vim funiculi, tranſeat opinio Ale-
xand. quoniam eſt inſtrumentum aptum ad capien-
dum.

Cæterum vbi impetus, vel cuiuslibet † aggreſſionis 9
immineat periculum, vnde præcipitent aggredientes,
ſum ego cum Alexandro, vt nulla offerenti periculum
imponatur pœna, non ea ratione, quia ſit inſtrumentum
ad capiendum aptum, ſed quia ſanguinis impendeat rui-
na, quem redimere quolibet liceat pacto, *l. tranſigere, C.
de tranſact.*

Fallunt, quæ diximus de occidendo fure, attenta æ-
quitate iuris † canonici, quia ſi fur cognitus fuerit, nec 10
ſe telo defenderit, furtum patiens debet prius pallium
dimittere, quam occidat, *Angel. in l. ſi vt allegas, in fin.
verſic. Et prædicta procedunt, C. de ſicariis, idem in l. quo-
niam multa facinora, num. 4. verſic. Ad vnum tamen ad-
uerte, C. ad legem Iuliam, de vi publica, Alexand.* qui non
meminit *Angeli, in dicto conſil. Videtur in caſu, volum. 2.*
eſt *text. in capit. ſuſcepimus, de homicidio,* de * communi *
Margarita ad Felin. in verbo, Clerici, vel laici. Vide etiam
omnino *Auguſt. de Arimin. ad. Angel de Maleſic. in verbo,
Comparent dicti inquiſiti, num. 18. verſic. Et an prædicta ha-
beant locum.*

Si tamen ſit dubium, an † cædis potius, quam furti 11
cauſa acceſſerit, poterit impune occidi, *Alexan. loco cit.* &
nos diximus *ſuperius in cap. de Fure, vbi vide.*

Aliud de homicidio nocturno ſcribit *Iaſ. in l. ſi quando,
num. 40. verſic. Et ad hoc comprobandum, C. vnde vi,* dum
voluit, ſi reperiatur aliquis occiſus de nocte, eam ſtatim
oriri aduerſus vicinos præſumptionem, vt † vicini illum 12
interfecerint, iique præcipue vicinus, apud cuius oſtium

* repertum fuerit cadauer, quod notandum eſſe * ſingulariter ſcripſit *Iaſ. in loco citato*, ſed de hoc latius *in capit. de Vicinis.*

Rurſum, ſi in ordine ad homicidium, vel quodlibet aliud delictum adſit aliquis† ſuſpectus, ſcripſit Caſan, eum interrogandum a iudice, vbi illa nocte fuerit, cum quo pranſus fuerit, cœnatus fuerit, & ſi mendax reperiatur, aduerſus eum maximam oriri præſumptionem, *Caſan de indiciis, & tormentis, tract. 3. cap. 1. Vbi fuerit videlicet, num. 5. verſic.* Item ſecuto aliquo delicto per *Bart. in l. fin. ff. de quæſt.*

13

Iterum, maritus occidens adulterum nobilem, licet
14 non ſit ex omni parte immunis, ſi tamē eundem † nocturno occiderit tempore, adhuc mitius punietur *l. Gracchus, & ibi doctores, C. ad legem Iuliam, de adult. Salycet. in l. non minorem, num. 3. verſ. Opponitur, quod non, C. de tranſact. ibid. Bald. num. 1. Felin in cap. conſuluit, num. 21. verſic. Contra illa videtur, de offic. & poteſt. iud. deleg.*

15 Homicidium autem de nocte commiſſum eſſe † difficilis probationis, ita vt vix probari poſſit, ſcripſit *Dec. conſil. 429. Licet in cauſſis, num. 15. verſ. Secundo præmittendum eſt*, poſt *Cuman. ibi allegatum in l. ſi cum exceptione, § in hac*, idem voluit *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. de præſumpt. 36. Contingit ſæpiſſime ambob. num. 1. & 2.* ea
17 ratione, quia † ſæpiſſime homicidia, & eiuſmodi ſcelera
17 nocturno tempore committantur. Sed de hoc † latius *in capp. de teſte, de Probationib. de Viſu & de Auditu.*

CAPVT XXXIII.

De Sponſis.

ARGVMENTVM.

Sponſi priore nocte quales ſe præbere debeant.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Sponſi qui dicantur.*
2 *Sponſi, cum benedictionem acceperint, debent eadem nocte in Virginitate permanere.*
De conſilio tamen, non autem de præcepto, num. 3.
4 *Sponſus prima nocte debet ſe prudentem ſponſæ, non autem ſimplicem oſtendere, & quare.*

SPONSORVM appellatione, nõ ſolum eos venire, inter quos breui nuptiæ † futuræ ſint, ſed etiam eos, quorum nuptiæ recens fuerint celebratæ, docet omnino communis vſus loquendi. Eos ego nunc ſponſos appello, quorum non futuræ ſint nuptiæ, ſed celebratæ, & recentes. Atque quod ad nocturnum tempus attinet, duo collegi ego, alterum ex *Canonib. ſacris*, alterum ex *Sylua nuptiali correcta*. 1

Extat itaque canon *in cap. ſponſus, & ſponſa, diſtinct. 23.* in hæc verba. Sponſus, & ſponſa, cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in † virginitate permaneãt. Declarando tamen, *vt ibidem* declarat *gloſſ. in Verbo, In Virginitate*, vt ſcilicet illud ſit de † conſilio, non autem de præcepto. 2 3

Et Ioan. Neuiz. *in ſua Sylua, lib. 4. in Verbo, Eſt nubendum, num. 79. Verſic. Et communiter*, ſcripſit cauere omnino debere ſponſum, qualem ſe † prima nocte ſuæ ſponſæ ſignificet, an ſimplicem, & bonum hominem, an callidum, & prudentem virum, talem enim ſæpius conſueuit mulier virum habere in poſterum, qualem prima nocte ſibi perſuaſerit. 4

CAPVT XXXIV.

De Marito.

ARGVMENTVM.

Maritum nocturno tempore cum pro-

* repertum fuerit cadauer, quod notandum eſſe * ſingulariter ſcripſit *Iaſ. in loco citato*, ſed de hoc latius *in capit. de Vicinis.*

Rurſum, ſi in ordine ad homicidium, vel quodlibet a-
13 liud delictum adſit aliquis† ſuſpectus, ſcripſit Caſon, eum interrogandum a iudice, vbi illa nocte fuerit, cum quo pranſus fuerit, cœnatus fuerit, & ſi mendax reperiatur, aduerſus eum maximam oriri præſumptionem, *Caſon de Iudiciis, & tormentis, tract.3. cap.1. Vbi fuerit videlicet, num. 5. verſic.* Item ſecuto aliquo delicto per *Bart. in l. fin. ff. de quæſt.*

Iterum, maritus occidens adulterum nobilem, licet
14 non ſit ex omni parte immunis, ſi tamē eundem † nocturno occiderit tempore, adhuc mitius punietur *l. Gracchus, & ibi doctores, C. ad legem Iuliam, de adult. Salycet. in l. non minorem, num.3. verſ. Opponitur, quod non, C. de tranſact. ibid. Bald. num 1. Felin in cap. conſuluit, num.21. verſic. Contra illa videtur, de offic. & poteſt. iud. deleg.*

15 Homicidium autem de nocte commiſſum eſſe † difficilis probationis, ita vt vix probari poſſit, ſcripſit *Dec. conſil 429. Licet in cauſſis, num 15. verſ. Secundo præmittendum eſt*, poſt *Cuman. ibi allegatum in l ſi cum exceptione, §. In hac*, idem voluit *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. de præſumpt. 36. Contingit ſæpiſſime ambob. num.1 & 2.* ea
17 ratione, quia † ſæpiſſime homicidia, & eiuſmodi ſcelera
17 nocturno tempore committantur. Sed de hoc † latius *in capp de teſte, de Probationib. de Viſu & de Auditu.*

CAPVT XXXIII.

De Sponſis.

ARGVMENTVM.

Sponſi priore nocte quales ſe præbere debeant.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Sponſi qui dicantur.*
2 *Sponſi, cum benedictionem acceperint, debent eadem nocte in virginitate permanere.*
De conſilio tamen, non autem de præcepto, num. 3.
4 *Sponſus prima nocte debet ſe prudentem ſponſæ, non autem ſimplicem oſtendere, & quare.*

SPONSORVM appellatione, nō ſolum eos venire, inter quos breui nuptiæ † futuræ ſint, ſed etiam eos, quorum nuptiæ recens fuerint celebratæ, docet omnino communis vſus loquendi. Eos ego nunc ſponſos appello, quorum non futuræ ſint nuptiæ, ſed celebratæ, & recentes. Atque quod ad nocturnum tempus attinet, duo collegi ego, alterum ex *Canonib. ſacris*, alterum ex *Sylua nuptiali correcta.* 1

Extat itaque canon *in cap. ſponſus, & ſponſa, diſtinct. 23.* in hæc verba. Sponſus, & ſponſa, cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis in † virginitate permaneāt. Declarando tamen, vt ibidem declarat *gloſſ. in verbo, In virginitate*, vt ſcilicet illud ſit de † conſilio, non autem de præcepto. 2 3

Et Ioan. Neuiz. *in ſua Sylua, lib. 4. in verbo, Eſt nubendum, num. 79. verſic. Et communiter*, ſcripſit cauere omnino debere ſponſum, qualem ſe † prima nocte ſuæ ſponſæ ſignificet, an ſimplicem, & bonum hominem, an callidum, & prudentem virum, talem enim ſæpius conſueuit mulier virum habere in poſterum, qualem prima nocte ſibi perſuaſerit. 4

CAPVT XXXIV.

De Marito.

ARGVMENTVM.

Maritum nocturno tempore cum pro-

pia vxore commorari debere, etiam ſi legati lex aliud perſuaderet.

SVMMARIA.

1 *Maritus de nocte debet commorari cum vxore.*
2 *Maritus quid a ſponſo differat.*

SCÆVOLA *lib.4. reſponſorum*, de quo *in l. Mæuia nepotem, §. Vxore, ff. de annuis legatis*, ita aliquando reſpondit. Vxore hærede ſcripta, ita cauit: Libertis meis omnibus alimentorum nomine ſingulis annis denarios duodecim ab hærede dari volo, ſi ab vxore mea non receſſerint. Quæro, cum paterfamilias ſua voluntate de ciuitate difficile profectus ſit, ea autem aſſiduè proficiſcatur, an liberti cum ea proficiſci debeant. Reſpondi non poſſe abſolute reſponderi, cum multa oriri poſſint, quæ pro bono ſint æſtimanda, ideoque huiuſmodi varietas viri boni arbitrio dirimenda eſt. *Hæc Scæuola*. Ex quo verborum contextu, *Bart. ibid. num. 2. verſic. Doctores noſtri*, dicit, * quod Doctores noſtri concludunt, quod legatum alicui, vt cum aliquo commoretur, eam admittit interpretationem, vt in die moretur cum quo debet virtute legati, de
1 † nocte vero cum vxore ſua, vt ei debitum reddat, *arg. l. medicus, l. cum patronus, in fin. & l. penult. in fin. de op. libert.*

2 Differt autem † maritus à ſponſo, quod ſponſus, vt diximus in ſuperiori cap. vel eſt ante celebratas nuptias, vel poſt eaſdem recenter factas. Maritus vero non eſt ante nuptias celebratas, ſed poſt ipſas, vel eæ ſint recentes, vel antiquiores.

CAPVT XXXV.

De Vxore.

ARGV-

ARGVMMENTVM.

Diurnæ vxoris operæ, earumue commodum, quando ad virum pertineant. Nocturnas, an eadem vxor, & quando, ſuo debeat viro.

SVMMARIA.

1 *Vir & vxor dicuntur ſocii.*
2 *Vir regens, &*
Vxor obſequens.
3 *Vir, & vxor, non ſunt ſocii in ordine ad lucra.*
4 *Vir & vxor poſſunt eſſe ſocii in ordine ad quæſtus.*
Non ſolum ſocii particulares, ſed etiam vniuerſales, numero 5.
6 *Coniuges lucra communicant, ſi ſocietatem coiuerint.*
7 *Vxor tenetur erga virum ad operas obſequiales, non autem ad fabriles, & artificiales.*
8 *Vxor non communicat viro id, quod ex aliquo artificio quærit.*
Niſi ideo aliqua impendeat impenſa viro, num. 9.
Vel ideo ſeruitia viro ſubtrahantur, num. 10.
11 *Vxor debet omnes operas diurnas viro.*
Contrarium ſenſit iterum Baldus, num. 12.
13 *Baldi cerebrum voluebatur, ſicut auis in aere ex Caſtrenſe.*
14 *Caſtrenſis Baldi ſocius.*
15 *Vxor conſequitur omnes operas nocturnas, quia eas viro non debet.*
Niſi aliud velit operarum natura, vel rei neceſſitas, nu. 16.

INTER virum, & vxorem adeſſe ſemper humanam † ſocietatem, & amicabilem quandam coniunctionem 1 eſt text. in l. aduerſus, C. de crimine expilatæ hæred. gloſſ. penult. in cap. quod Deo, 33. quæſt. 5. Imola in l. rei iudicatæ, § ſo-

cero quoque,num 3.Verſ.Item nota,quod tacita ſocietas.ff ſol. matrim.Couarr.in 4 decret. 2.part. cap.1. §.Vnico,Incipit,Ex hoc ſequitur matrimonium, vbi dicit, quod inſtitutum etiam fuit matrimonium,vt eſſet prima humanæ ſocietatis copula,quæ amicabilem quandam coniunctionem, alte-
2 rius quidem † regentis, alterius vero obſequentis complecteretur.Non tamen eam adeſſe ſocietatem, cuius oc-
3 caſione inducatur † lucrorum communicatio, niſi forte aliud haberet conſuetudo,ſcripſit idem *Couarruu loco cit. per text in cap.pen. de conſuet.Imol.in d.l rei iudicata,§ ſocero quoque,num.3.ff.ſol.matrim Petrus de Vbald in tract. de duobus fratribus,in 3.part.princ. num.38.quæſt.4.*

4 Poſſe tamen,& inter eos † veram ſocietatem contrahi in ordine ad quæſtus ſcripſit *Anton.de Prato inter conſilia Alexan. conſil. 133. Vere crudelis, num.3. Verſic. hoc pulchre, quaſi in terminis,lib.4. Bald in l.ſi Vxorem, nu.6. Verſic.Sed hoc non placet, C.de condit inſert. Idem Bald. conſil.299. Dicunt Petrus & Cyn.num.4.Verſic.Vnde interdum Vxor, lib. 1. Gerard.ſing.99.Inter Virum, & Vxorem, Hieron. Magon. Florent.deciſ.65.Domina Eliſabeth, nu 1. & eſt text.in l.rei iudicata,§.ſi mulier,ff.ſol.matrim. & tex.in l.alimenta,§ fin.*
5 *ff.de alimen. & cib. leg.* atque hanc non ſolum † particularem vnius duntaxat negotiationis, ſed etiam vniuerſalem,*l.alimenta,§ fin.ff.de alim & cib.leg. Gerard.ſing.pen. inter Virum & Vxorem.*

Maxima eſt autem differentia vtroque caſu, vbi enim contracta eſt ſocietas, vel vniuerſalis,vel particularis alicuius negotiationis,lucra omnia inde quæſita inter con-
6 iuges † communicantur, *l.coiri cum pluribus ſequentib. ff. pro ſocio,Gerard.ſing.penult.Bald.conſil 299.Dicunt Petrus, & Cyn.nu.4.Verſic.Ego tamen puto, Vol.1.* Sed quando adeſt ſola illa humana ſocietas,tunc quoniam vxor licet te-
7 neatur erga virum ad operas † obſequiales, non tamen tenetur ad operas fabriles, & artificiales, *Anton.de Prato dicto conſil 133.num 3.Verſ.Hoc pulchre quaſi, Bal.dicto conſil.299.Dicunt Petrus, & Cyn.num 4.Verſic.Ego tamen puto,lib.1.per notata in l ſicut.ff de oper.libert. & l.ſcripturæ,C. de fide inſtrum. Idem Bald.in l.1.num.9. C.de legat. Idem in*

l.ſi

l. ſi vxorem nu.6.verſ. Denuo quæro, & nu.7.verſ. Cæterum, ſi vxor, C. de condit.inſert. Petrus de Vbald. in tit.de Duobus fratribus.4.part.princ.num.17.verſic. Octauo quæro. Ideo quicquid acquiret vxor ex aliquo artificio, id † viro non 8
communicabit, *Anton.de Prato inter conſil. Alexand. dicto conſil.133.per totum, præcipueque,num 3.verſ. Nota,quod mulier, vol. 4. Bald in l.ſi vxorem, num 6.verſ. Sed hoc non placet, C.de condit.inſer. Cotta in ſuis Memorabilibus in verbo, Societatem talem iniri, ad fin.*

Fallit primo, ſi ex iis artificialibus operis aliqua impendeat † impenſa viro, illius enim omnino erit habenda ratio, *Anton.de Prato dicto conſil.133.in fin.verſic. Fateor autem.* 9

Fallit ſecundo, ratione temporis ſubtracti † ſeruitiis 10
viro debitis, *Gerard. ſing.penult. num.4. verſ. Vnde ſæpius,* qui dicit ita * ſæpius de facto reſponſum fuiſſe. Quo fit, vt reſpectu diurnarum operarum ſenſerit *Bald. in l. C de bon.quælib.ad fauorem viri,* vt eæ † omnes viro debeantur, 11
quem tamen *Anton.de Prato, dicto conſil.133 num 6 verſic. Et hoc probatur,* tanquam ſibi † contrarium *in l. vxorem,* 12
num.6.C de cond.inſert reprehendit, notamque illam perpetuam inurit, ſubdens, nec mirum quia † cerebrum Bal- 13
di per Paulum Caſtrenſ. eiuſdem Baldi † ſocium conti- 14
nuo voluebatur ſicut auis in aere.

Quicquid ſit, operas † nocturnas totas ſuccedere vxo- 15
ris lucro, quia non dicatur tempus viro, eiuſue obſequiis ſubtractum, niſi ratio obſequiorum, vel de † ſui natura, 16
vel ex neceſſitate horas nocturnas deſideraret, ſcripſit *Gerard. dicta ſing. penult. ad fin. num.5. verſ. Eodem modo fuit reſponſum,* qui dicit, ita de facto reſponſum fuiſſe, *Anton. de Prato veteri, à contrario ſenſu dicto conſil.133.num.6.verſic. Et hoc probatur authoritate, lib.4. inter conſilia Alex. in illis verbis, Niſi quæratur ex maritalibus obſequiis,* ſicut ſunt omnia diurna, in quibus tenetur operari viro, *Bald. in rub. C de oper.libert nu.1. verſ. De nocte autem per text in clement.2. De ætate, & qualitate. & text.in l.continuus, §. cum ita verſic. In noctibus, & l.nec audiendus. ff.de verbor. obligationib.*

CAPVT XXXVI.

De Adulterio.

ARGVMENTVM.

Adulterium, dum difficilis eſt probationis, an ſatis illud colligatur ex virorum nocturna conſuetudine; Quid de mulieris pernoctatione; An nocturnus adulter, etiam nobilis, impune poſſit occidi, accurata ſatis, & diligens explicatio.

SVMMARIA.

1 *Adulter nocturno tempore vagatur.*

2 *Adulteria clam, & occulte committi conſueuerunt.*

Adulteria ſunt difficilis probationis, ibid.

3 *Lucem odit, qui male agit.*

4 *Adulterium per coniecturas, & præſumptiones probari poteſt.*

5 *Adulterium præſumitur, ſi mulier nocturno tempore in ædes proprias alienos admittat.*

Etiamſi ſint clerici, num. 6.

Violentior tamen erit adulterii præſumptio ſi mulier inhoneſtiores nocturno admittat tempore, num. 7.

8 *Clericus impudicus, nulla ex parte temperat adulterii ſuſpicionem, ſi nocturno mulieris ædes ingrediatur tempore.*

9 *Clericus ſcholaris non habet omnimodam præſumptionem pro ſe, non quia clericus, ſed qua ſcholaris.*

10 *Adulterium præſumitur fortius, ſi formoſioris mulieris domum quis nocturno tempore aggrediatur.*

11 *Pul-*

11 *Pulchritudo, & pudicitia, litem habent perpetuam.*

12 *Adulterium non præſumitur, ſi quis mulieris ædes ſuerit ingreſſus contra voluntatem mulieris.*

Quid in dubio, nu. 13.

14 *Adulterium ſatis præſumitur ſaltem in ordine ad torturam, ex ingreſſu nocturno in mulieris ædes.*

15 *Adulterij præſumptio, quo ad condemnationem, non deſumitur ſufficieter ex eo, quod mulier noctu viros admittat, ex Imol.*

16 *Suſpitio non facit, vt quis poſſit condemnari.*

17 *Tex. in l. abſentem ff de pœn. declaratur.*

18 *Suſpitio, & præſumptio differunt.*

19 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*

Fallit in occultis nu. 20.

21 *Coniectura in occultis, qualia ſunt geſta nocturno tempore, plenam faciunt probationem.*

Etiam ad condemnationem, nu. 22.

23 *Adulterium ex Cravet. & alijs, nec etiam ex violentis præſumptionibus conuincitur, ſed tantum conatus ad illud.*

24 *Adulterium an præſumatur ex virorum admiſſione nocturna, diſtinctio.*

25 *Adulterium non præſumitur ex admiſſione nocturna virorum, ſi agatur de imponenda pœna ordinaria.*

Secus ſi de pœna extraordinaria, nu 26.

27 *Adulterium ſatis probatur ex nocturna virorum admiſſione, quoad thori ſeparationem.*

Dotis admiſſionem, ibid.

Licet non quoad condemnationem criminalem, ibidem.

28 *Pernoctatio mulieris arguit adulterium ex pleriſque.*

29 *Pernoctatio mulieris non arguit adulterium, ex Cravet.*

30 *Pernoctare non dicitur, qui animo non redeundi recedit.*

Diſtinguit Author, nu 54.

55 Viles perſonæ non tantæ faciunt vxorum adulteria, quanti nobiliores.

56 Permanens diutius vxor, etiam ſi non adulteretur, dicitur tamen virum ſuum quaſi poſſeſſione thori exſpoliare.

57 Adulterum nobilem ſi occidat maritus nocturno tempore, mitius punitur.

ADulterum nocturno † vagari tempore eſt verus dictum, de quo Fran. Marcus deciſ. 764. Quæritur quia, nu 1 par. 2 Bald in l. More. in fin. ff de ſeruis, Mantua ir ſua Dialog. claſ. 1. cap. 14. Accuſatus, nu. 3 Verſ. Noctu vagatur, Roma. conſ. 451 Quædam mulier, nu 2. Verſ. Secundo certum videtur, adulteriaq; vt † plurimum clam, & occulto committi conſueuerunt, ideoq; difficilis ſunt probationis, vt tradit Maſcard. concl. 57 Adulterij crim. nu. 3. Ver. Quia crimen, vbi poſt ſexcentos allegatos teſtatur de * communi, D meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib 5 præſumpt. 41. Cum clam, & occulte in pr Idem de arbitr. iud. lib. 2. caſu 116 Et eueniunt aliquando, nu. 11 Septimus caſus, Foler. in 2 par. ſecundæ par. Rubr. Idem quod fuit leno, nu 5. Bertaz. conſ. criminal. 273. Duplici ex capite nu. 5 Ver. Et quia hic agitur, Vol. 2 Roland. a Valle in turpiſſimo caſu conſ. 7. In cauſſa Antonij, nu. 18. Verſ. Profecto hoc eſt, Vol. 1. qui dicit ita * paſſim DD dicere, quia qui male agit † odit lucem, doctores citati, quibus adde tex. in cap. conſuluit, de offic. deleg Bal in c. 2. de fide inſtrum. Abb. in cap. 1 de clandeſt. deſponſatione gloſſ. in cap. vn. in verbo Occulta, vt eccleſiaſt. benef. Crauet. conſ. 35. Ex pluribus concludendum eſt, num 11. Verſ. Quinto præſumitur dolus, lib 1. qua de re probari poſſe per † cõiecturas, & præſumptiones, vno ore ore teſtati ſunt * omnes interpretes ſuperius allegati, & Farin. tit. de Inquiſitione quæſt. 2. num. 33 Verſ. Limita. 5. Bertaz. conſ. crim. 20. Vt quia maiore, per totum Volu. 1. & conſ. crim. 273. Duplici ex capite, per totum, Vol. 2. Marc. Ant. Blan. de Indicijs, nu. 69. Verſ. Facit pro hoc, Baiard. ad Clar. in §. adulterium, num. 33. Verſ. Adde quod, Boſſ. in tit. de raptu mul. num. 12. & in tit. de Coitu damnato num.

Margin: 1 (beside the first line); 2 (beside "videtur, adulteriaq;"); * (beside "men, vbi poſt"); * (beside "D meus Præſ."); * (beside "cere, quia"); 3 (beside "cere, quia qui male agit"); 4 (beside "dolus, lib 1."); * (beside "ſumptiones").

num 59. Verſ. Et per quæ probetur, Paris de Put. in tract. de ſyndic. in Verbo Tortura, el. 2. cap. 1 Tortura licet, numer. 2. Verſ. Nam in adulterio, Roland. a Vall conſ. 50. Quia præſens cauſſa, num. 2. Verſ. Quod præſumptiue adulterium, Volum. 1. Idem conſ. 34 Scio etenim, num. 5. Verſ. Nec habet obſtare, Volum. 2. Grat. conſ. 115. in præſenti cauſſa, num. 12. Verſ. Nam licet præſumptiones Volum. 1. Goz. ad. conſ. 13. In hac cauſſa, numer. 36. Verſ. Tamen ſatis dicitur probatum, Abb. in cap. fin num. 2. de adulter & ſtupro, text. ibid Innoc. & omnes in cap. præterea de teſtib. Paris. conſ. 54 Aſſertæ ſententiæ, num. 62. Verſ. Et quia adulterium, Volum. 4. Idem conſ. 137. Contra Reuerendum, num. 29 Verſ. Nam aduertendum eſt, eod. lib. 4 text. iterum, & ibi omnes in cap. ex literis, & in cap. tertio loco, de præſumpt. Corne. conſ. 171, num 1. Volum. 2. Bal. in l. teſtium § ſed Diui fratres, nu. 11 ff. de teſtibus Ang. in l. cap. 5. num. 7. ff. de adult.

Sed nec illud valde controuerſum eſt, an ſi mulier nocturno tempore in proprias ædes alienos admittat, ex
* eiuſmodi admiſſione adultera præſumatur, concludunt
5 enim * omnes quod † ſic; declarando tamen, vt inferius dicemus; quia ſic ſuſpectiſſimum tempus illud, aptiſſimumque ad eiuſmodi committenda facinora, ita ſane *Bal. l. neq; natales prope princ. C. de probat Idem in l fin. ad fin. ff. de hered. inſtit. Alciat in cap. cum non ab homine, numer. 27. de Indiciis Maſcard. de probat. concluſ. 64. Adulterium quinimo, num. 10. Verſ. Adulterium itidem, Ioſeph Fontanellus inter conſ. crimin. diuerſ lib. 2. tot. primo conſ 97 numer. 35 de quo Domin. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 41 Cum clam, & occulto, num. 21 Verſ. Quinta eſt coniectura, Bart. in l final. ff. de furt. Anchar. in cap ſemel malus, de reg. iur. in 6. Maſcard. iterum de probat. concluſ. 984. Libidinis turpitudo, Verſ quædam mulier, Volum. 5. Sylua nupt. correcta, lib. 4. in Verbo. Eſt nubendum, numer. 66. Verſ. Præſertim, quando Veniunt de nocte*, qui ad hoc adducit ſolum *Cæpol. in repetio. l. ſi fugitius, colum. fin. C. de furt.* Idem voluit *Abb. & Felin. in cap. 3. loco, de præſumpt. Bar. in l 2 in prin. ff. de furt.* de quibus *Bertaz. conſ crim 20. Vt quæ maiore, nu. 12, Verſ. Secundus teſtis, Vol. 1. Ioſeph. Fontanellus*

inter conſilia crimi. Ziletti conſ.97. Thema. Donatus libidine, nu 37. verſ. Nam mulier, Vol. 2.

Neque hoc caſu conſtituenda eſt differentia, an mulier admittat honeſtos viros, an inhoneſtos; Etenim, & eadem oritur adulterii præſumptio, ſi nocturno tempore † clericos in propria recipiat ædes *Abb in cap. 1 ad ſi. Ver. Ex hoc infero, ne cleric. vel mon. ſecu. d. Dec. in l. non hoc. 3. um. 11. C. Vnde legitimi. Felin in c. præterea, num. 3. Verſ. Et ideo reprehendi debens, de teſtibus. Angel in Auth. Quomodo oporteat Epiſcopos, in princ. Crauet. conſ. 244. num. 4. in fi. Aug. ad Ang. de Maleſ. in verbo. Che mi has adulterato la mia donna, in prin. num. 18. Maſcard. de probat. concluſ. 984. Libidinis turpitudo, num. 5. Verſ. Ampliatur hæc concluſio. D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 41. Cum clam, & occulto, num. 19. Verſ. Extenditur hæc coniectura,* ſtringit tex. *cum glo. in verbo In illis, in cap. 1. de cohabit. cler. & mulier.* 6

Fateor tamen, quod † violentiore præſumptione præſumitur adulterium, ſi nocturno præcipuum tempore inter proprias lares admittat mulier inhoneſtiores, magiſque effrenos adoleſcentes, *Bal in l. neq; natales C. de prob. Felin in d. cap. præterea, num. 3. Verſ. Puta ſi p. ſſim intrant, de teſtibus, Bar. in l. fin ff. de furt. Maſcard. dicta concluſ. 984. num. 3. Verſ. Huc quandoq; tendit, Idem Maſcard. concluſ. 59. Adulterium primo, num. 16. Verſ. Sed reprehenditur, & reijcitur, D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 41. Cum clam, & occulto, num. 21. verſ. Quinta eſt coniectura, Imol. in l. fin. num. 11. Verſ. Vnde dicit ff. de hered. Inſtit.* 7

Quo caſu præſumptio bona muneris † honorificentiſſimi, etiam clericatus, obſcuratur à præſumptione effrenæ & impudicæ vitæ; ideo dum alii diſtinxerunt inter mulierem admittentem clericos & laicos, vt poſteriore caſu vehementior oriatur adulterii ſuſpicio, leuior priore caſu, vt etiam nos diximus; vbi tamen clericus eſt impudicus, nulla conſtituitur differentia, quo ad hanc præſumptionem inducendam, inter clericum, & laicũ, ſic in debilioribus terminis, de admittente † clericũ ſcholarẽ, quod præſumatur adultera, poſt *Bal. in l. neq; natales C. de prob. ſcripſit Maſc. de concl. 59. n. 16. Ver. Præſertim, ſi clericus.* 8

Tanto

10 Tanto magis, vbi † de formoſiori muliere ageretur, eo
enim caſu maior quoque inſurgit ſuſpicio, *D. meus Præſ.*
Menoch. d. lib. 5. præſumpt. 41. num. 19. Verſ. Extenditur hæc
coniectura, vbi plures adducuntur, *Bart. poſt Iacob. de Butr.*
in l. fin. ff. de hæred. inſtituend. Bertaz. conſ. crim. 173 Duplici
ex capite, num. 11. Verſ. Cum enim quis reperitur, Vol. 2 Ioſeph
Fontanellus inter conſilia criminalia Zuletti conſ. 97. Thema
Donatus libidine, nu 33. Verſ. Quinimo voluit, lib. 2. An-
gel. de Maleſ. in verbo. Quod fama publica præcedēte, & cla-
moſa, num. 16. Verſ. Et idem, ſi quis iuuenis, Tiraqu. de ll. con-
nubial. gloſſ. 1. par. 2 per tota, præcipueq; à nu. 33. Verſ. Sed &
hanc tantiſecere, Maſcard. de probat. concl. 61. Adulterium
11 *porro, per totam.* Lis eſt enim perpetua, ac † bellum exitiale
inter pulchritudinem, & pudicitiam, inquiunt *hi patres in*
re propoſita.

12 Modo tamen ingreſſus fuerit de † voluntate mulieris,
plures adducit *Bertaz. conſ. crim. 20. Iſt qua maiore, nu. 12.*
Verſ. Secundus teſtis, Vol. 1. Idem conſ. 273. Duplici ex capite,
nu. 12. Verſ. Et licet eius dictum, & num. 17. Verſ. Non obſtat,
Volum 2. Opportuna igitur erit mulieris acclamatio ad
13 excludendū conſenſum. Sed, quid ſi non † acclamet, quia
eidem maximum impēdeat comminatę mortis periculū?
Vide omnino quæ diximus *in cap. de Vi, & de Violentia.*
Præterea requiritur, quod non conſueuerit extraneus de
mariti volūtate in domo nocturno tempore conuerſari,
Grat. conſ. 50. In præſenti cauſſa, nu. 1 iuncto num. 18. Verſ. Et
primo Iacobus, Vol. 2.

Quo loco ſcripſit Imol. *in l. fin num. 11. Verſ. Et ſic poteſt*
* *dicere, ff. de hæred. conſtituend.* quod licet * abſque dubio
14 præſumptio inde exoriatur ſufficiens ad † torturam, quo-
ties è domo mulieris quis viſus fuerit de media nocte e-
gredi, aut in eandem ingredi, vt etiam voluit *Roma. conſ.*
451. Quædam mulier, num 2. Verſ. Secundo certum videtur,
Bald. in conſ. 427. Quædam mulier, nu 2. Verſ. Secundo vide-
15 *tur certum, Vol. 5.* non tamen ſit eadem ſufficiens ad † con-
demnationem. Et pro hac opinione faciunt plura, ratio-
nes nempe, atq; iurium auctoritates.

Adducit priore loco *text. Imola in l. abſentem ff. de pæn.*

verba

verba tex. hæc ſunt. Abſentem in criminibus damnari nõ
debere, diuus Traianus Iulio Frontoni reſcripſit. Sed nec
de † ſuſpicionibus debere aliquem damnari, diuus Tra- 16
ianus Aſſiduo Seuero reſcripſit.

Sed certe ille text. loquitur de præſumptione † homi- 17
nis, ſecus de præſumptione legis, vt ibi declarat gloſſ. in
verbo Damnari, *in fin.* Et præterea loquitur de ſola ſuſpi-
cione, nos autem de præſumptione, maxime autẽ differre
ſuſpicionem a † præſumptione, & hanc illa grauiorem, 18
atq; potentiorem, latiſſime ſcripſit *D. meus Præſ. Menoch.
de præſumpt. lib. 1 q 7. per totam.*

Adducit præterea *tex. in l. non hoc C. Vnde legitimi, text.
in cap. In præſentia ff de proba.* & *alia iura*, ex quibus in ge-
nere colligitur, quod † probationes debent neceſſario 19
concludere, maximeq; in criminalibus, in quibus debent
eſſe luce meridiana clariores.

Quod habet locum in iis criminibus, quæ de ſui natu-
ra palam etiam committuntur, ſecus ſi ſimus in † occul- 20
tis, quale eſt adulterium, præcipue nocturno commiſſum
tempore, quo caſu reſpectu actus occulti, & temporis no-
cturni, præſumptiones, & coniecturæ plenam inducunt
† probationem, *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 1.* 21
*quæſt. 40 num. 13 Eugen. conſil 27. num. 12 Grammat. conſ.
crimin. 22 In cauſſa ſtrenui militis num. 15. Verſ. Et in clan-
deſtinis*, qui dicit ita tenere * Modernos *Boer. deciſ. 164.* *
*num. 4. Cravet. conſ. 73. num. 19. Grat. conſ. 94. Viſis facti
ſpecie num. 12. Verſ. Et pro hac opinione, Volum. 2. Pariſ. conſ.
75 num. 15 lib. 1 Oſaſch. deciſ. 72. num. 1.* de * communi Io- *
ſeph Ludouicus *concl. 45 Verſ. Ampliatur 7. & Farin. in tit.
de Indiciis, & tortura, quæſt. 50. nu. 38. Verſ. Quare, Vel ſubli-
mitati, num. Maſcard concl. 830. num. 4. 469. nu. 4. &* 1220.
nu. 14. Etiam ad † condemnandum, vt poſt Bald. *in l. 3. C.* 22
de Epiſcop. audient. & Aug. in l. fin. C. de probat. loquens de
nocturno tempore ſcripſit *Gramm. conſ. crim. 17. Conditio-
rem, nu. 5. Verſ. Et quandoq;* & in ſpecie adulterii, tum plures
ex ſuperius allegat. tum Grat. *conſ. 115. In præſenti cauſſa,
nu. 11 Verſ. Et tex. præparatoriis, Vol. 1.*

Et ita ego tenerem, licet difficilius forte eſſet obtinere,

per

per ea, quæ ſcribit *Roſell inter conſil. Baldi conſil 445. Super prædictis lib. 2. Matth 119. notab. Corn conſi 192 in fin lib 4 Crauet. conſ. 205. Pernoctatio, numer. 20 Ver. Sexto adduco,* vbi voluerunt, quod etiam viſio ſolius cum ſola, nudi cum
23 nuda, non conuincat † adulterium, ſed tantum conatum ad adulterium, vbi agitur criminaliter.

24 Quare è re erit † diſtinguere cum *D. meo Præſ. Menoch. de præſumpt lib 5 præſumpt. 41 num. 15. Verſ. Verum imponi poſſe.* Vt ſcilicet negatiua, quod non ſufficiant eiuſmodi præſumptiones ad condemnandum, locum habeat, quo-
25 ties agitur de imponenda † ordinaria adulterii pœna, vt ea imponi nequeat, cum non conſtet vere, & proprie, cõmiſſum fuiſſe adulteriũ, opinio vero affirmatiua, quod imo eiuſmodi præſumptiones ſufficiant ad condemnan-
26 dum, procedat reſpectu pœnæ † extraordinariæ, quæ infligi ſolet, quando delictum eſt præſumptiue probatum, quemadmodum ſcripſit idem *D. meus de præſumptio. lib. 1. quæſt 97.*

Ideo voluit profecto, & *Crauet. d. conſ. 205 num. 20. Ver. Sexto adduco*, dum eas præſumptiones dixit non ſufficere quidem ad condemnationem criminalem, ſufficere ta-
27 men ad thori † ſeparationem, & ſed & ad dotis amiſſionem, vt concludit *Grat. conſi 59. num 1. Volum. 2. Maſcard. de probat concluſ 60. Adulterium probatur, in princ. Alexa. Socin Iun. & Burſat.* quos tres, & refert, & ſequitur *Bertaz. conſi crim. 20. Vt qua maiore, numer. 8. Verſ Et quod hoc genus, Vol. 1.*

Maior eſt difficultas, ſi mulier inſcio, & reluctante marito, ſine iuſta cauſſa pernoctauerit, an ea de re præſumatur adultera, & quod facit difficultatem eſt conſilium *Crauet. 205. Pernoctatio,* vbi pluribus fundamentis ſuſtinet negatiuam, & tanti poſteriores illud fecerunt conſilium, vt eandem negatiuam ſequantur pleriq;, alii vero maxime de affirmatiua dubitent

28 Prima ergo fuit opinio † affirmatiua, quod, ſi mulier, vel inſcio, vel reluctante marito, ſine iuſta cauſſa pernoctauerit, ea ſit coniectura commiſſi, & perpetrati adulterii, ita dicũt omnes tenere *Ang. in §. minores auth. de exhi*

Sed

Sed ego non potui reperire hunc § minores, bene reperi-ri *Ang. in §. minores, Authen. de nup.* Sed de hac facti ſpecie Angel. *ibi*, ne verbum quidem. Hoc ergo voluit *D. meus Praeſ. Menoch. de praeſump. lib. 5. praeſump. 41. Cum clam, & occulto, num. 23. Verſ. Quinta eſt coniectura, Felin. in cap. praeterea, num. 3. Verſ. Et idem ſi pernoctaret extra domum, de teſtibus, Maſcard. de probat. concluſ. 60. Adulterium probatur ex eo, in prin. qui ad hec adducit Dec. conſ. 577. nu. 10. Boer. deciſ. 297. nu. 9. D. meus Praeſ. Menoch. conſ. 31. nu. 21. Alciat. reſponſo 25. in fi. Bal. conſ. 221. lib. 2. & Grat. conſ. 50. nu. 1. Vol. 2.* quorum plures id mihi non dicunt. Et eſt *text.* magiſtralis in materia, ad quem recurrunt omnes, *in l. Cõſenſu C. de repud.* Quod & ſatis innuit *Iuuenal. Satyr. 16.*

Reſpice riuales diuorum. Claudius audi
Quae tulerit, dormire virum cum ſenſerat vxor,
Auſa Palatino tegetem praeferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos
Linquebat comite ancilla non amplius vna,
Et nigrum flauo crinem abſcondente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar,
Et cellam vacuam, atq; ſuam, tunc nuda papillis
Conſtitit auratis, titulum mentita Lyciſcae.
Oſtenditq; tuum generoſe Britannice ventrem,
Excepit blande intrantes, atq; aera popoſcit.
Mox lenone ſuas iam dimittente puellas
Triſtis abit, ſed quod potuit, tamen vltima cellam
Clauſit adhuc ardens rigidae tentigine vuluae.
Et laſſata viris, nondum ſatiata receſſit

Secunda autem fuit opinio *Crauet. d. conſil. 205. per totum*, qui ſuam ſatis ſibi videtur comprobare ſententiam, ſi euitet maximam difficultatem *text. in d. l. conſenſu, C. de repud.* vult autem Crauet, quod ex pernoctatione † non 29 inducatur adulterium, & ne illius transſcribere videar velle conſilium, eiuſque integras rationes transferre, ſummatim eas tantum recenſebo, & dum ipſe, quod ad rem noſtram attinet, octo iacit fundamenta longiora, latiora, ego eorum pleraque breuibus conſtringam rationibus.

Primo igitur etiam ſuſtinet opinionem *Cravet. loco citat.* quia mulier illa è domo mariti diſceſſerat animo recedendi, nec amplius reuertendi, quo caſu non dicitur pernoctare,

30 pernoctare † enim eſt foris totam noctem vigilare *l. Si bona familia §. pernoctare ff de Verb. ſignif.* hæc autem non pernoctauit, cum foris non vigilauerit, ſed in proprio domicilio, ad quod tranſmigrauerat, ergo non eſt illa mulier in caſu *l. conſenſu C. de repud.* quæ loquitur in pernoctante muliere.

31 Reſpondeo, quod Crav. loquitur in † vidua, quæ non

32 cogitur eſſe apud heredes mariti iam prædefuncti, ſed † proprium poteſt conſtituere domicilium, nos vero in

33 vxore, quæ debet eſſe apud virum, illiuſq; ſequi † domicilium, & forum *l. fi. C. de Incolis lib. 10. l. Mulieres C. de dignit. lib. 12. l. exigere dotem ff de iud. Alba conſ. 255. Non eſt dubium in prin. late Tiraqu. de ll. connubial. l. 1 gl. 1. par. 1. nu. 28. Verſ. Illud etiam, Goz. ad. conſ. 79. Viſo proceſſu vtriuſq; num. 5 Verſ. Ideo ipſa nupta*

Tantoq; vrgentius, vbi ſumus in vxore ſine iuſta cauſſa

34 à marito recedente, præſumitur † adultera mulier, quanto longiori tempore à ſuo aberit viro, *Bal. conſ. 221. Nam quandoq; per totum, Vol. 2.*

Nec aliud vult *Crau. d. conſ. 255. nu. 11. Verſ. Nam cum*

35 *ſimus*, ſi recte ponderetur, dicit enim quod, quia † vidua poteſt domicilium mutare, & per diem, & per noctem, præſumitur egreſſa vidua è domibus quondam mariti, non vt mali quicquam committat, ſed vt tranſmigret, *l. Iniuriarum §. 1. ff de Iniur. l. 5. §. hic tamen ff. de lib. hom. exhiben. l. nullus videtur ff de reg. iur.*

Secundo, quia mulier illa receſſit palam, non autem

36 clam, ergo debet ceſſare omnis † ſuſpicio, *argum. l. non exiſtimo ff. de admin. tut. l. fin ff de ritu nupt. Cyn. & Bal. in l. nemo Clericus C de ſumma trinit. & fide catholica, Caſtren. in conſ. 68. col. 2 ad fin. lib. 1*

Reſpondeo illud adhuc procedere in vidua, ſecus in vxore, quam non ſufficit palam nocturno tempore domum egredi mariti, ſed requiritur inſuper mariti voluntas, vt ſunt clara verba *text. in d. l. conſenſu C. de repud. ibi.*

Aut

aut ipſo inuito, ſine iuſta, & probabili cauſſa foris pernoctantem.

Tertio, quia ſi ſeipſam proſtituiſſet mulier illa poſt commutatum domicilium, à communiter accidentibus diffuſa fuiſſet improba impudicæ mulieris fama, quod factum non eſt.

Reſpondeo illud adhuc procedere in vidua, nos loquimur in vxore, quæ eo ipſo † impudicitiæ ſuſpecta dicitur, 37 ex quo a proprio abeſt viro.

Quarto, quia mulier dum conuenitur ad amiſſionem dotis agit de damno vitando, cæteri vero de lucro captãdo, ideo in re dubia pronunciandum eſt fauore mulieris, quia potior eſt cauſſa † damni, quam lucri, *l. Proculus ff. de* 38 *dam. inf. ⁊ l. ſi is cui § fin. ff. de furt. l. fin. § licentia C. de iure delib. l. fin. C. de codicill.*

Reſpondeo, quod *Crauet.* loquitur in ordine ad heredes mariti, nos vero loquimur in ordine ad ipſum maritum, quo caſu, & ipſo maritus agit de damno vitando, egit enim mulier inuito marito pernoctans, contra legitimam voluntatem mariti, quo caſu dicitur agere maritus de damno vitando. Nec enim tunc demum pati dicimur damnum, cum noſtrum diminuitur † patrimonium 39 *l. 3. ff. de damn. inf.* ſed etiam quando aliquid agitur contra † voluntatem noſtram a legibus approbatam, vt eſt 40 *text. in l. fin. ff. de vſu, & habit. tex. in § præterea. Inſt. de actio. Clariſſimus item collega meus D. Philippus Maſſinius in ſuis doctiſſimis commentarÿs ad l. 1. C. de edendo, numer. 71. verſ. Quarto per locum à conſequenti destructio, Grat. conſ. 122. II ſi iuribus, num. 27. verſ. Nam mihi fauorabile, lib. 2. D. meus Præſ. Menoch. de recuperand. poſſeſſ. remed. 1. num. 422. verſ. Quintum damnum, Riccard. Piſtorienſ. ad pri. tit. Inſt. quib. mo. re contrah. oblig. nu. 50. verſ. Confirmatur & tertio.* Maxime noſtro caſu, vbi agitur contra voluntatem mariti, in iis, quæ ſapiunt vxoris impudicitiam, nimis enim torquetur maritus ex † vxoris impudicitia, *Crauet. d. conſ. 205. nu.* 41 *20. verſ. Quarto, maior eſt dolor.*

Reſpondeo ſecundo, quod in dubio ſequitur interdum abſolutio, ſi ſit dubium ex ſola † hominis præſumptione, 42

ſecus, ſi etiam ex præſumptione legis *l. ſi qui adulterij C de adulterijs, §. his illud, Authen. Vt liceat matri, & auiæ, gloſſ. in l. abſentem, in verbo Damnari, in fine ff. de pœn.*

Quinto, quia ſuſpicio adulterii magna oritur, quoties noctis † tempore in locis abditis maſculus & fœmina
43 reperiuntur, ergo à contrario ſenſu ceſſat ſuſpicio, quando in locis non abditis reperiuntur maſculus & fœmina.

Reſpondeo, quod Crauet. in ſenſu directo, non vtitur aliquo iure, ſed tantum doctorum auctoritate, quo caſu ſuccedit theorica *Alexan. in l. 1. ff. de legat. 1. Lucrar. in loco A contrario ſenſu, prope fi. verſi. Vltimo circa hanc mate-*
44 *riam*, quod non licet deſumere † argumentum a contrario ſenſu ex *dictis glo.* ergo multo minus ex dictis aliorum doctorum.

Reſpondeo ſecundo, quod argumentum à contrario
45 ſenſu debet fieri † ſuperſtitioſe, limitate, eius reſpectu dumtaxat, quod in ſenſu directo continetur, *Decia. conſil. 110. Vere, vt puto, numer. 5. verſ. Secundo probatur hoc. Idem conſil 387. Licet, num. 4 verſ. Quia tale, vbi adduntur alij, Ruin. conſil. 132. Viſis, numer. 2. verſ. Sed ad iſtud, volum. 2. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 40. Heres, num 64. verſ. Rurſus, quo ſtante, non bene deducit Crauet. argumentum a contrario ſenſu*, dicit enim ipſe, ſuſpicio adulterii magna oritur, quoties noctis tempore in locis abditis, maſculus & fœmina deprehenduntur, ergo ſecus, vbi in locis non abditis. Dico argumentum à contrario ſenſu eſſe eiuſmodi ſaltem præſuppoſitis verbis *Baldi, & Roman. ibi allegat.* ergo ſuſpicio adulterii non oritur, vbi diurno tempore, in locis non abditis reperiuntur. Bene attenta formula Crauettæ non inutilis eſſet eiuſmodi argumentatio à contrario ſenſu. Sexto, quia *in l. Conſenſu C. de repudijs*, non dicitur, quod ſine iuſta cauſſa pernoctans, inſcio, vel reluctante marito, ſit adultera, ſed quod illi per virum repudii libellus tranſmitti poteſt, quod & voluit *Sylua nuptial. correcta lib. 4 verſ. Eſt notandum, nu. 46 ver. Et non ſine cauſſa.*

Reſpondeo, quod ille tex. non probat quidem hanc

perno-

pernoctantem mulierem eſſe vere adulteram, ſed † præ- 46
ſumptiue tandem concludo omnino, vt ſuperius concluſum
fuit in alio articulo, vt ſcilicet, ſi agatur ciuiliter, ſatis di
catur probatum adulterium per pernoctationem ad tho-
rum † ſeparandum, & dotem amittendam, quod etiam 47
conceditur tandem, ſi bene conſideretur *Crauet. d. conſ. 205.
num. 20. verſ. Sexto adduco. Bertaz. conſ. crimin. 20. Vt qua-
matis e. num. 8. verſ. Et quod hoc genus, Vol. 1. poſt Alexand.
conſ. 77. num. 2. Vol. 7. Socin. Iun. conſ. 32. Volum. 2. & Burſat.
conſ. 62. num. 11. Grat. conſ. 50. In præſenti, nu. 1. Volum. 2. de quo
Maſcard. concl. 60. Adulterium probatur, in pri.* Si vero cri-
minaliter, eiuſmodi præſumptio ſufficiat ad irrogandam
pœnam † extraordinariam, non autem ad pœnam ordi- 48
nariam infligendam, *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt.
lib. 5. præſumpt. 41. Cum clam, & occulto, num. 15. verſ. Con-
ciliari poſſunt hæ opiniones,* ita, vt potius dicatur deuentum
ad actum proximum adulterii, quam ad ipſummet ad-
ulterium, quo caſu omni procul dubio ſola imminet pœ-
na † extraordinaria, *Grammat. deciſ. 2 Franceſchella, nu- 49
mero vigeſimoquarto, verſ. Nam conſtat.* Multoque magis
probaretur adulterium, ſi pernoctans mulier † laruata 50
cum iuuenibus inceſſiſſet, *ita poſt Rimin. iun. conſil. 260.
num. 41. & conſ. 274. per totum* ſcripſit *Baiard. ad Clarum
in § adulterium, numer. 38. verſ. Et de præſumptionibus,*
quicquid nimis indulgens in † contrarium ſenſerit, & 51
conſuluerit *Bertaz. crimin. conſ. 311. D. Camilla, numer. 2.
Volum. 2.* Quanquam *ipſe, filiusque ſuus Claudius ibi* ad-
dentes, id potius ſuſtinent vigore † inueteratæ conſuetudi- 52
nis, vt indiſtincte mulieres cum iuuenibus laruatæ ince-
derent.

Fateor tamen, quod, ſi † lucidiſſimis probationibus 53
comprobaret mulier, ſe pernoctaſſe apud ſanguine con-
iunctos, quod non ideo eſſet adulterii rea, nec etiam præ-
ſumptiue, doctores fere omnes ſuperius citati, nec vidi
* contradictorem. *

Sed ego omnino † diſtinguerem inter ſanguine con- 54
iunctos nobiliores, & viliores, vt primo caſu mulier apud
ſanguine coniunctos nobiliores degens non eſſet rea ad-

ulterii,nec etiam prçſumptiue;ſecundo caſu maior inſur-
geret ſuſpicio, non quo ſanguine coniuncti pernoctanti
mulieri immiſcerentur, ſed extraneos vel immitterent,
vel admitterent, per ea,quæ in fortioribus terminis tra-
dit *text.* iuncta *gloſſ. in Verbo In illis, in cap.* 1. *de cohabitat.*
cleric. & mulier. Viles enim perſonæ parum de huiuſmodi
55 curant,nec enim tantus iis labor eſt, aut cura, ſi † vxores
propriæ proſtituantur,nedum ſorores, ita poſt plures *ibi*
allegatos *Boer.deciſ.297.Et videtur dicendum,num.9.Verſ.*
Veruntamen licet Hanc tamen præſumptionem nolo ego
nunc firmare,ac pro certa ſtabilire, animus tamen meus
inclinat maxime.

Quicquid ſit,ſi diutius foris immoretur vxor ſine iuſta
56 cauſſa, vxorem in virum delinquere,illum † exſpoliando
quaſi poſſeſſione thori, licet etiam non adulteretur,ſcri-
pſit *Bald conſ.* 221. *Nam quandoq; verſ. Secundo vero caſu,*
volum. 2

Illud præterea de adulterio nocturno non eſt hoc lo-
co diſſimulandum, quod etiam alibi propriis commo-
nuimus locis, quod licet maritus adulterum vilem poſ-
57 ſit occidere, non vilem tamen non poteſt; ſi tamen † no-
cturnum adulterum etiam nobilem maritus occiderit
mitius ratione temporis nocturni punietur, *text.* eſt in *l.*
Gracchus C.ad l.Iuliam de aduter.ibid Salycet.&aly.Idem
Salycet.in l.non minorem, numer. 3 *Verſ. Opponitur, quod*
non æquiparantur C.de tranſact.ibid Bald.num. 1. *Felin. in*
*cap conſuluit,num.*21.*Verſ. Contra iſta videtur,de offic. &*
poteſt.iud.deleg.

CAPVT XXXVII.

De Meretricio.

ARGVMENTVM.

Meretricium ex pluribus coniici remiſſiue: Ex nocturno autem tempore conuinci,ex Tholoſano.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Adultera, an ſemper dicatur meretrix.*

2 *Meretrix illa eſt, quæ nocturno tempore viros admittit in ædes proprias.*

Declaratio præmiſſorum, num 3.

4 *Meretricium, generaliter, & abſolute quomodo probetur.*

MEretricium, non quodlibet † adulterium eſſe, ſed 1
nec omne adulterium eſſe in meretricio proprie
ſumpto, nemo eſt, qui neſciat. Licet ergo pleraque dixeri-
mus in *cap. de Adulterio*, ex quibus factum videatur ſa-
tis præſenti inquiſitioni: quia tamen res diuerſa agitur,
vt diximus, in eo igitur, quod in præſenti negotio ex vi
verborum diſtingui poteſt, dico analytice meretricem
præſumi illam, quæ † nocturno tempore in proprias æ- 2
des viros admiſerit, ita ſane *Bald. in l. neque natales, num.*
4. verſ. Ideo dicit Iacobus de Butrio, C. de probat. idem Bal-
dus in l. data opera, numer. 41. verſ. Poteſt poni aliud exem-
plum C. de his qui accuſ. non poſſunt, Maſcard. de probat.
concluſ. 1067. Recte præcipiunt philoſophi, numer. 21. verſ.
Primum eſt ſi probabitur, Natta conſi. 225. Nam puto cogi poſſe,
num. 4. verſ. Dicitur etiam apparere, volum. 1. Petrus Greg.
Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. par. 2. in titu. de Perſonis, lib.
12. cap. 2. in titu. particulari de Meretricibus, incipit A con-
iunctione, & commixtione, num. 6. verſ. Tertio pro probatio-
ne, vbi dicit *Tholoſanus* hanc eſſe * certiſſimam adulterii *
probationem. Fontanell. qui rem declarat, *inter conſil.*
crimin. Zileti conſi. 97. Thoma. Donatus, num. 35. verſ. Nam
mulier præſumitur, vol. 2. Sed tu † declara, vt declarauimus 3
in tit. de Adulterio.

Meretricium autem † generaliter, & abſolute, quo- 4
modo probetur, vide, & *Maſcardum dicta concluſ. 1067.*
per totam, & Tholoſ. d. lib. 10. cap. 2. per totum, cum aliis *ibi*
allegatis.

CAPVT XXXVIII.

De Choreis.

ARGVMENTVM.

Choreæ, & ſaltationes, cum ſint actus de ſe indifferentes, quando ad malum accedant. Quid de nocturnis. Quid ſi addatur nocturna larua. Chorea tandem ex Authore nouiſſime vnde dicta.

SVMMARIA.

1 *Chorea, latine ſaltatio.*
2 *Chorea de ſe eſt actus indifferens.*
3 *Choreæ triplici potiſſimum de cauſſa condemnantur.*
4 *Choreæ condemnantur tempore triſtitia, & pœnitentia.*
5 *Cœtus omnes nocturni prohibiti erant lege 12. tab.*
6 *Tenebræ aptiſſimæ ad peſſima quæque ſectanda ſtudia.*
7 *Choreæ nocturnæ condemnantur ab Authore.*
8 *Choreæ ex corruptis moribus magis ad malum accedunt.*
9 *Choreæ nocturnæ per edictũ Principis poſſunt prohiberi.*
10 *Dæmones ad ſcelera chorizant nocturno potiſſimum tempore.*
11 *Sacra nocturna paganorum, impudicum non ſemel præbuere ſuffragium.*
12 *Choreæ quando laudandæ.*
13 *Choreæ dictæ a choro & quare.*
14 *Choreæ vnde dictæ ex Authore.*
15 *Choreus pes eſt Trocheus.*
16 *Choreus pes conſtat ex longa, & breui.*
17 *Choreus pes ſaltationibus opportunus, & quare.*
18 *Larua nocturno tempore, an choreis nocturnis turpitudinem addat.*

Choreas

CHOREAE, quas † Latini ſaltationes appellant, de ſe eſſe actus † indifferentes, nec de ſe malas eſſe, quia & bene duci poſſunt, teſtatur poſt *Ala. in 4. diſtin. 16. Sylueſter in ſua ſumma in verbo, Chorea.* 1 2

Condemnantur autem Choreæ † triplici potiſſimum de cauſſa, Sylueſter *loco cit.* Si exerceantur ſcilicet ad prouocandam libidinem, ſi non conueniant perſonæ, vt ſunt clerici, & religioſi, ſi fiant tempore incongruo. Quod ſi fiant ex cauſſa alicuius honeſtæ lætitiæ, congruis loco, & tempore, nec repugnet perſonæ conditio, non ſunt illicitæ ſaltationes, & Choreæ. *Hactenus Sylueſter.* 3

Cuius conditionis poetica illa eſt ſaltatio apud Virgil. *lib. 6. Æneid.*

Largior hic campos æther, & lumine veſtit
Purpureo: Solemq; ſuum, ſua ſydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra palæſtris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.
Iamq; eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.

Quod, ſi non conueniant perſonis, loco, tempori, & cauſſæ, condemnantur choreæ. Atq; Sylueſter *loco cit.* incongruum † tempus exemplificat in tempore triſtitiæ; & pœnitentiæ. 4

Sed certe nec laudandum nocturnum tempus, quo tempore non ſolum choreas, ſed † cœtus in vniuerſum inire lege duodecim tabularum inhibitum erat, teſte *Greg. Tholoſſ. in Syntag. Iur. vniuerſ. lib. 35. cap. 6. de ſeditionis crimine, verſ. Conſidera, & l. duodecim tabul.* Hoc enim potiſſimum tempore ex tenebrarum † lenociniis peſſima quæque ſectamur ſtudia, vt plures adduximus *in cap. de Adulterio, in princ. & in cap. de Homicid. in fin.* pulchre Petrus Angelius Bargæus *Gynæciorum, lib. 6.* 5 6

At iuuenes læti villarum ad tecta reuertunt:
Perq; vices vna conuiuia grata frequentant:
Et facta exponunt timidis male tuta puellis
Quiſq; ſua hic dubiæ ſubiit diſcrimina pugnæ

Comminus hic rabido comprenſum ex ore verutum
Eripuit: manibusq; audax auellit ab vncis.
Tum ioca, tum riſus, tum dulces ore cachinnos
Fundunt, & cunctos laſciuia læta pererrat.
Atq; ita, quam longa eſt, noctem inter pocula ducũt.
Donec ab Eois coniux Adamantia terris
Læta redit, panditq; diem Matuta, nouique
Solis equos curſu longe præcedit & aſtris
Imperat excelſo paſſim decedere cælo.

Quod ſi cœtus quilibet nocturno condemnantur
7 tempore, multo profectò magis † choreæ, quæ licet aliqua ex parte indifferentes actus dici poſſunt, magis ta-
8 men eſt, vt ad † malum ex corruptis moribus, ac deprauato ſæculo accedant. Vnde Virgil. *lib. 9. Æneid.*

Omne æuum ferro teritur, verſaq; iuuencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi mutatq; vigorem:
Canitiem galea premimus ſemperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis:
Deſidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Quod & manifeſte pluribus in locis, & ſenſit, & ſcripſit *Sylua nuptial. lib. 4. in verbo, Eſt nubendum, num. 63. ad fin verſic. Vnde non eſſet culpandæ*, ideoque *loco cit. num. 72. verſ. Quarto, & magis proxime*, iis a correctione reiectis, quç reiicienda erant, voluit *Neuizan.* valere edictum
9 † Principis, per quod choreæ nocturnæ prohiberentur, quod & voluit *Prepoſ. ibi allegat. in cap. cum ceſſante, col. 3. de appellat.* Sed & maximam choreis nocturnis illud tur-
10 pitudinem addit, quod peſſimi † ſpiritus ad nefandiſſima ſcelera choreas nocturno præcipuum tempore frequentant, vt eſt teſtis *Tholoſſanus in lib. Syntag. iur. vniuerſ. part. 3. lib. 34. cap. 20. Dicuntur mira de Lamiis, num. 161. verſic. Sed propius ad rem*, de quo tamen latius *in cap. de Lamiis.*

Accedunt ergo ad malum facilime nocturnæ choreæ.

Quia-

Quinimo in ipſis quoque † ſacris paganorum obſcuræ noctis tenebræ impudicum præbuere ſuffragium, vt notabimus *in cap. de ſacris Paganorum*, vnde hic aliquid ſupplendum erit, ex *Prologo Aulularia* apud *Plautum*: 11

Is ſcit adoleſcens, quæ ſit, quam compreſſerit.
Illa illum neſcit
Is adoleſcentis illius eſt auunculus,
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigiliis.

Quanquam, ſi id fiat animi gratia ad † expellendas diurnas animi curas, vbi debitæ intercedant circumſtantiæ, nuſquam non condemnari, ſed potius laudari conſueuit. Quare certe non deſunt, qui choriſantem Æneam laudent nocturno tempore apud *Virgil. 10. Æneid.* 12

Iamq; dies cœlo conceſſerat, almaq; curru
Noctiuaga Phœbe medium pulſabat Olympum.
Æneas, neq; enim membris dat cura quietem,
Ipſe ſedens, clauumq; regit, veliſq; miniſtrat.
Atq; illi medio in ſpatio chorus ecce ſuarum
Occurrit comitum. Nymphæ, quas alma Cebele
Numen habere maris, Nymphaſq; e nauibus eſſe
Iuſſerat, innabant pariter, fluctuſq; ſecabant,
Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.
Agnoſcunt longe regem, luſtrantq; choreis.

Dictæ autem ſunt † Choreæ, vt id obiter admoneamus, vel à Choro, corona ſcilicet, multitudine, ſodalitio, quod non ducantur choreæ, niſi in frequenti virorum, mulierumque corona. Vel, quod † verius opinor, licet apud quenquam non viderim, à Choreo pede, † quem Trochæum pedem notiori vocabulo dicimus. Eſt autem † Choreus pes conſtans ex longa, & breui, *Cicero in oratore.* Dichoreus eſt, inquit Cicero, cum duo extremi Chorei ſunt, id eſt, ſinguli longis, & breuibus. Pes profecto † ſaltationibus opportunus valde, maximeq; accommodatus, quod ipſa comprobat ars ſaltatoria, dum ſaltationes omnes ex ſeſquialtera moderatur, ac regit. An autem † Larua nocturno tempore in choreis adhibita, maiorem excitet turpitudinis ſuſpicionem, vide omnino, quæ diximus *in cap. de Adulterio, num. 50. 51. & 52.* 13 14 15 16 17 18

CA-

CAPVT XXXIX.

De ſacris paganorum.

ARGVMENTVM.

Sacra Paganorum nocturna, quippe quæ mulierum pudicitiæ inſidiarentur, ab ipſo etiam Romulo, atque à Conſtantio condemnata.

SVMMARIA.

1 *Sacra nocturna pleraq; apud Ethnicos.*
2 *Sacra nocturna à Dionyſio apud Euripidē defenduntur, Condemnatur à Pentheo ad mulierum pudicitiam, numero 3.*
4 *Sacra nocturna quædam Cereris Vigiliis. Qua nocte Viro concumbere piaculum erat, num. 5.*
6 *Phedria noctu in Vigiliis Cereris compreſſa.*
7 *Sacra Paganorum nocturna, condemnata etiam antiquorum ſæculo.*
8 *Sacra Paganorum nocturna condemnata, ad id Romuli lex. Reaſſumpta à Cicerone, & Dionyſio Halicarnaſſeo, numero 9.*
10 *Sacra Paganorum nocturna condemnata, Conſtantii conſtitutio.*
11 *Sacrificia Baccho celebrata Nyctalia nuncupata. Alii Nyctilegia dixerunt, num. 13.*
12 *Bacchus Nyctelius dictus.*

APVD Ethnicos olim ſacra quædam nocturna adfuiſſe, vt ſexcentos alios antiquioris æui miſſos faciam, 1 teſtati ſunt † noſtri ſeculi interpretes grauiſſimi *Petrus Gregor.*

Gregor. Tholoſſ. in 1. part. ſyntag. Iur. Vniuerſ. lib. 2. cap. 17. in tit. particulari, de Vigiliis Eccleſiaſticis, incipit, Quia feria feſtiua, Comment. in ſuas Variar. reſolut. lib. 4. cap. 19 Feſti dies olim apud Gentiles num. 10. Verſ. Nam & Romulus cum ſuos ciues. Franciſc. Balduin. ad leges Romuli, ad leg. 8.

Quibus dum notam turpitudinis aliqui inurunt, à Dionyſio *apud Euripidem in Bacchis act. lib. 2.* † defendun- 2
tur hoc pacto:

Pentheus, τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς,
Dionyſius, νύκτωρ τὰ πολλά· σεμνότητ' ἔχει σκότος.
Pentheus, τοῦτ' ἐς γυναῖκας δόλιόν ἐστι, καὶ σαθρόν.
Dionyſius, κἀν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν.

Id eſt,

Pentheus, *Nocturno an interdiu hæc ſacra (id eſt, orgia) peragis?*
Dionyſius, *Noctu plerunque: habent religionem tenebræ.*
Pentheus, *Hoc in mulieres doloſum, & vitio obnoxium.*
Dionyſius, *Quin & in die quis inueniat turpitudinem.*

Ego lego ſic:

Pentheus, *Noctune, an interdiu hæc ſacra peragis?*
Dionyſius, *Noctu plerunque, &c.*

Hanc Euripidis tutelam ad nocturna paganorum ſacra recenſet *Tholoſſ. loco cit.* ſcilicet *in 1. part. ſyntag. iur. Vniuerſ. lib. 2. cap. 17. num. 3. Verſic. Erant & apud Ethnicos.*

Sed certe opportune accuſabat † Pentheus eiuſmodi 3
ſacra, quæ noctu celebrarentur, tanquam mulierum pudori maxime inſidiantia. Quod cum multis comprobare poſſum exemplis, illud tanquam notiſſimum vnico contentum ero vt videatur.

Erant igitur olim apud Ethnicos † ſacra quædam no- 4
cturna, in quibus mulieres olim in æde Cereris peruigilabant, qua quidem nocte viro concumbere † piaculum e- 5
rat. Explicat autem virgo Phedria Euclionis filia, quid ſibi ea nocte contigerit. Illam enim Leonides filius Eumo-
niæ, nepoſque Megadori virginem Phedriam † compreſ- 6
ſit, de qua Lar familiaris *in Aulularia Plauti, in Prologo,* his verbis:

Is ſcit

ſecus, ſi etiam ex præſumptione legis *l. ſi qui adulterij C. de adulterijs, §. his illud, Authen. Vt liceat matri, & auia, gloſſ. in l. abſentem, in verbo Damnari, in fine ff. de pœn.*

Quinto, quia ſuſpicio adulterii magna oritur, quoties noctis † tempore in locis abditis maſculus & fœmina

43 reperiuntur, ergo à contrario ſenſu ceſſat ſuſpicio, quando in locis non abditis reperiuntur maſculus & fœmina.

Reſpondeo, quod Crauet. in ſenſu dicto, non vtitur aliquo iure, ſed tantum doctorum auctoritate, quo caſu ſuccedit theorica *Alexan. in l. 1. ff. de legat. 1. Euerar. in loco A contrario ſenſu, prope fi. verſ. Vltimo circa hanc mate-*

44 *riam*, quod non licet deſumere † argumentum a contrario ſenſu ex *dictis glo.* ergo multo minus ex dictis aliorum doctorum.

Reſpondeo ſecundo, quod argumentum à contrario

45 ſenſu debet fieri † ſuperſtitioſe, limitate, eius reſpectu dumtaxat, quod in ſenſu directo continetur, *Decia. conſil. 110. Vere, vt puto, numer. 5. verſ. Secundo probatur hoc. Idem conſil. 387. Licet, num. 4. verſ. Quia tale, vbi adduntur alij, Ruin. conſil. 132. Viſis, numer. 2. verſ. Sed ad iſtud, volum. 2. Pereg. de fideicommiſſ. artic. 40. Hæres, num 64. verſ. Rurſus, quo ſtante, non bene deducit Crauet. argumentum a contrario ſenſu*, dicit enim ipſe, ſuſpicio adulterii magna oritur, quoties noctis tempore in locis abditis, maſculus & fœmina deprehenduntur, ergo ſecus, vbi in locis non abditis. Dico argumentum à contrario ſenſu eſſe eiuſmodi ſaltem præſuppoſitis verbis *Baldi, & Roman. ibi allegat.* ergo ſuſpicio adulterii non oritur, vbi diurno tempore, in locis non abditis reperiuntur. Bene attenta formula Crauettæ non inutilis eſſet eiuſmodi argumentatio à contrario ſenſu. Sexto, quia *in l. Conſenſu C. de repudijs,* non dicitur, quod ſine iuſta cauſſa pernoctans, inſcio, vel reluctante marito, ſit adultera, ſed quod illi per virum repudii libellus tranſmitti poteſt, quod & voluit *Sylua nuptial. correcta lib. 4. verſ. Eſt ni... ndum, nu. 46. ver. Et non ſine cauſſa.*

Reſpondeo, quod ille tex. non probat quidem hanc

peruo-

pernoctantem mulierem eſſe vere adulteram, ſed † præ- 46
ſumptiuè: ideo concludo omnino, vt ſuperius concluſum
fuit in alio articulo, vt ſcilicet, ſi agatur ciuiliter, ſatis di
catur probatum adulterium per pernoctationem ad tho-
rum † ſeparandum, & dotem amittendam, quod etiam 47
concedit tandem, ſi bene conſideretur *Crauet. d. conſ. 205.
num. 20. Verſ. Sexto adduco, Bertaz. conſ. crimin. 20. Vt qua
[illegible] num. 8. Verſ. Et quod hoc genus, Vol. 1. poſt Alexand.
conſ. 77. num. 2. Vol. 7. Socin. Iun. conſ. 32. Volum. 2. & Burſat.
conſ. 69. nu. 11. Veſtri, conſ. 50. In præſenti, nu. 1. Volum 2. de quo
Maſcard. concluſ. Adulterium probatur, in pri.* Si vero cri-
minaliter, eiuſmodi præſumptio ſufficiat ad irrogandam
pœnam † extraordinariam, non autem ad pœnam ordi- 48
nariam infligendam, *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt.
lib. 6. præſumpt. 41. Cum clam, & occulto, num. 15. Verſ. Con-
ciliari poſſunt hæ opiniones*, ita, vt potius dicatur deuentum
ad actum proximum adulterii, quam ad ipſummet ad-
ulterium, quo caſu omni procul dubio ſola imminet pœ-
na † extraordinaria, *Grammat. deciſ. 2. Franceſchell.a, nu-
mero vigeſimoquarto, Verſ. Nam conſtat.* Multoque magis
probaretur adulterium, ſi pernoctans mulier † laruata 50
cum iuuenibus inceſſiſſet, *ita poſt Rimin. iun. conſil. 260.
num. 21. & conſ. 274. per totum* ſcripſit *Baiard. ad Clarum
in § adulterium, numer. 38. Verſ. Et de præſumptionibus*,
quicquid minus indulgens in † contrarium ſenſerit, & 51
conſuluerit *Bertaz. crimin. conſ. 311. D. Camilla, numer. 2.
Volum. 1.* Quanquam *ipſe, filiuſque ſuus Claudius ibi* ad-
dens, id potius ſuſtinent vigore † inueteratæ conſuetudi- 52
nis, vt indiſtincte mulieres cum iuuenibus laruatæ ince-
derent.

Fateor tamen, quod, ſi † lucidiſſimis probationibus 53
comprobaret mulier, ſe pernoctaſſe apud ſanguine con-
iunctos, quod non ideo eſſet adulterii rea, nec etiam præ-
ſumptiuè, doctores fere omnes ſuperius citati, nec vidi
* contradictorem. *

Sed ego omnino † diſtinguerem inter ſanguine con- 54
iunctos nobiliores, & viliores, vt primo caſu mulier apud
ſanguine coniunctos nobiliores degens non eſſet rea ad-

ulterii, nec etiam præſumptiue, ſecundo caſu maior inſurgeret ſuſpicio, non quo ſanguine coniuncti pernoctanti mulieri immiſcerentur, ſed extraneos vel immitterent, vel admitterent, per ea, quæ in fortioribus terminis tradit *text.* iuncta *gloſſ. in Verbo In illis, in cap.* 1. *de cohabitar. cleric. & mulier.* Viles enim perſonæ parum de huiuſmodi
55 curant, nec enim tantus iis labor eſt, aut cura, ſi † vxores propriæ proſtituantur, nedum ſorores, ita poſt plures *ibi* allegatos *Boer. deciſ. 297. Et videtur dicendum, num. 9. Verſ. Veruntamen licet.* Hanc tamen præſumptionem nolo ego nunc firmare, ac pro certa ſtabilire, animus tamen meus inclinat maxime.

Quicquid ſit, ſi diutius foris immoretur vxor ſine iuſta
56 cauſſa, vxorem in virum delinquere, illum † exſpoliando quaſi poſſeſſione thori, licet etiam non adulteretur, ſcripſit *Bald. conſ. 221. Nam quandoq; Verſ. Secundo vero caſu, Volum.* 2.

Illud præterea de adulterio nocturno non eſt hoc loco diſſimulandum, quod etiam alibi propriis commonuimus locis, quod licet maritus adulterum vilem poſ-
57 ſit occidere, non vilem tamen non poteſt; ſi tamen † nocturnum adulterum etiam nobilem maritus occiderit mitius ratione temporis nocturni punietur, *text.* eſt in *l. Gracchus C. ad l. Iuliam de aduter. ibid Salycet. & alij. Idem Salycet. in l. non minorem, numer. 3. Verſ. Opponitur, quod non æquiparantur C. de tranſact. ibid Bald. num. 1. Felin. in cap. conſuluit, num. 21. Verſ. Contra iſta videtur, de offic. & poteſt iud. deleg.*

CAPVT XXXVII.

De Meretricio.

ARGVMENTVM.

Meretricium ex pluribus coniici remiſſiue: Ex nocturno autem tempore conuinci, ex Tholoſano.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Adultera an ſemper dici poſſit meretrix.*
2 *Meretrix illa eſt, quæ nocturno tempore viros admittit in ædes proprias.*
Declaratur, remiſſiue, num 3.
4 *Meretricium, generaliter, & abſolute quomodo probetur.*

MEretricium, non quodlibet, † adulterium eſſe, ſed 1
nec omne adulterium eſſe in meretricio proprie
ſumpto, nemo eſt, qui neſciat. Licet ergo pleraque diximus in *cap. de Adulterio*, ex quibus factum videatur ſatis præſenti inquiſitioni: quia tamen res diuerſa agitur, vt diximus, in eo igitur, quod in præſenti negotio ex vi verborum diſtingui poteſt, dico analytice meretricem
præſumi illam, quæ † nocturno tempore in proprias æ- 2
des viros admiſerit, ita ſane *Bald. in l. neque natales, num. 4. Verſ. Idem dicit Iacobus de Butrio, C. de probat. idem in Baldus in l. data opera, numer. 41. Verſ. Poteſt poni aliud exemplum C. de iis, qui acc. non poſſunt, Maſcard. de probat. concluſ.* 1067. *Recte præcipiunt philoſophi, numer.* 21 *Verſ. Prima eſt, ſi probabitur, Natta conſi. 205. Non puto cogi poſſe, num. 4. Verſ. Dicitur etiam apparere, Volum.* 1. *Petrus Greg. Tholoſ. in ſyntag. Iur. Vniuerſ. par. 2. in titu. de Perſonis, lib. 10 cap. 2 in titu. particulari de Meretricibus, incipit A coniunctione, & commixtione, num. 6. Verſ. Tertio pro probatio-
ne,* vbi dixit *Tholoſanus* hanc eſſe * certiſſimam adulterii *
probationem. Fontanell. quirem declarat, *inter conſil. crimin. Zileti conſi. 97. Thema. Donatus, num. 35. Verſ. Nam
mulier præſumitur, Vol. 2.* Sed tu † declara, vt declarauimus 3
in tit. de Adulterio.

Meretricium autem † generaliter, & abſolute, quo- 4
modo probetur, vide, & *Maſcardum dicta concluſ.* 1067. *per totam, & Tholoſ. d. lib. 10. cap. 2 per totum*, cum aliis *ibi* allegatis.

CHOREAS, quas † Latini ſaltationes appellant, de 1
ſe eſſe actus † indifferentes, nec de ſe malas eſſe, quia 2
& bene duci poſſunt, teſtatur poſt *Ala. in 4. diſtin. 16. Syl-
ueſter in ſua ſumma in verbo, Chorea.*

Condemnantur autem Choreæ † triplici potiſſimum 3
de cauſſa, Syluester *loco cit.* Si exerceantur ſcilicet ad prouocandam libidinem, ſi non conueniant perſonæ, vt ſunt clerici, & religioſi, ſi fiant tempore incongruo. Quod ſi fiant ex cauſſa alicuius honeſtæ lætitiæ, congruis loco, & tempore, nec repugnet perſonæ conditio, non ſunt illicitæ ſaltationes, & Choreæ. *Hactenus Syluester.*

Cuius conditionis poetica illa eſt ſaltatio apud Virgil. *lib. 6. Æneid.*

Largior hic campos æther, & lumine veſtit
Purpureo: Solemq́ ſuum, ſua ſydera norunt.
Pars in gramineis exercent membra paleſtris,
Contendunt ludo, & fulua luctantur arena:
Pars pedibus plaudunt choreas, & carmina dicunt.
Nec non Threicius longa cum veſte ſacerdos
Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.
Iamq́ eadem digitis, iam pectine pulſat eburno.

Quod, ſi non conueniant perſonis, loco, tempori, & cauſſæ, condemnantur choreæ. Atq; Syluester *loco cit.* in-
congruum † tempus exemplificat in tempore triſtitiæ; & 4
pœnitentiæ.

Sed certe nec laudandum nocturnum tempus, quo
tempore non ſolum choreas, ſed † cœtus in vniuerſum 5
inire lege duodecim tabularum inhibitum erat, teſte *Gregor. Tholoſſ. in Syntag. Iur. Vniuerſ. lib. 35. cap. 6. de ſeditionis crimine, verſ. Conſidera, & l. duodecim tabul.* Hoc enim
potiſſimum tempore ex tenebrarum † lenociniis peſſima 6
quæque ſectamur ſtudia, vt plures adduximus *in cap. de Adulterio, in princ. & in cap. de Homicid. in fin.* pulchre Petrus Angelius Bargæus *Gynæciorum, lib. 6.*

At iuuenes læti villarum ad tecta reuertunt:
Perq́ vices vna conuiuia grata frequentant:
Et facta exponunt timidis male tuta puellis
Quiſq́ ſua hic dubiæ ſubiit diſcrimina pugnæ

Comminus hic rabido comprenſum ex ore veruntum
Eripuit: manibuſq; audax auellit ab vncis.
Tum ioca, tum riſus, tum dulces ore cachinnos
Fundunt, & cunctos laſciuia læta pererrat.
Atq; ita, quam longa eſt, noctem inter pocula ducũt.
Donec ab Eois coniux Adamantia terris
Læta redit, panditq; diem Matuta, nouique
Solis eques curſu longe præcedit & aſtris
Imperat excelſo paſſim decedere cælo.

Quod ſi cœtus quilibet nocturno condemnantur
7 tempore, multo profecto magis † choreæ, quæ licet aliqua ex parte indifferentes actus dici poſſunt, magis ta-
8 men eſt, vt ad † malum ex corruptis moribus, ac deprauato ſæculo accedant. Vnde Virgil. *lib. 9. Æneid.*

Omne æuum ferro teritur, verſaq; iuuencum
Terga fatigamus haſta: nec tarda ſenectus
Debilitat vires animi mutatq; vigorem:
Canitiem galea premimus ſemperq; recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.
Vobis picta croco & fulgenti murice veſtis:
Deſidiæ cordi: iuuat indulgere choreis:
Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Quod & manifeſte pluribus in locis, & ſenſit, & ſcripſit *Sylua nuptial. lib. 4. in verbo, Eſt nubendum, num. 63. ad fin. verſic. Vnde non eſſet culpandæ,* ideoque *loco cit. num. 72. verſ. Quarto, & magis proxime,* iis a correctione reiectis, quę reiicienda erant, voluit *Neuizan.* valere edictum
9 † Principis, per quod choreæ nocturnæ prohiberentur, quod & voluit *Prapoſ. ibi allegat. in cap. cum ceſſante, col. 3. de appellat.* Sed & maximam choreis nocturnis illud tur-
10 pitudinem addit, quod peſſimi † ſpiritus ad nefandiſſima ſcelera choreas nocturno præcipuum tempore frequentant, vt eſt teſtis *Tholoſſanus in lib. Syntag. iur. vniuerſ. part. 3. lib. 34. cap. 20. Dicuntur mira de Lamiis, num. 16. verſic. Sed propius ad rem,* de quo tamen latius *in cap. de Lamiis.*

Accedunt ergo ad malum facilime nocturnæ choreæ.

Quini-

Quinimo in ipſis quodque † ſacris paganorum ob- 11
ſcuræ noctis tenebræ impudicum præbuere ſuffragium,
vt notabimus *in cap. de ſacris Paganorum*, vnde hic aliquid
ſupplendum eſt, ex *Prologo Aulularia* apud *Plautum:*

Is ſcit adoleſcens, quæ ſit, quam compreſſerit.
Illa illum neſcit.
Is adoleſcentis illius eſt auunculus,
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigiliis.

Quanquam, ſi id fiat animi gratia ad † expellendas di- 12
urnas animi curas, vbi debitæ intercedant circumſtan-
tiæ, non ipſum non condemnari, ſed potius laudari con-
ſueuit. Qua de re non deſunt, qui chorizantem Æneam
laudent nocturno tempore apud *Virgil. 10. Æneid.*

Iamq; dies cœlo conceſſerat, almaq; curru
Noctiuaga Phœbe medium pulſabat Olympum.
Æneas, neq; enim membris dat cura quietem,
Ipſe ſedens, clauumq; regit, veliſq; miniſtrat.
Atq; illi medio in ſpatio chorus ecce ſuarum
Occurrit comitum: Nymphæ, quas alma Cebele
Numen habere maris, Nymphasq; e nauibus eſſe.
Iuſſerat, innabant pariter, fluctuſq; ſecabant,
Quot prius æratæ ſteterant ad littora proræ.
Agnoſcunt longe regem, luſtrantq; choreis.

Dictæ autem ſunt † Choreæ, vt id obiter admonue- 13
rim, vel a Choro, corona ſcilicet, multitudine, ſodalitio,
quod non ducantur choreæ, niſi in frequenti virorum,
mulierumque corona. Vel, quod † verius opinor, licet 14
apud quenquam non viderim, a Choreo pede, † quem 15
Trochæum pedem notiori vocabulo dicimus. Eſt autem
† Choreus pes conſtans ex longa, & breui, *Cicero in ora-* 16
tore. Dichoreus eſt, inquit Cicero, cum duo extremi Cho-
rei ſunt, id eſt, ſingulis longis, & breuibus. Pes profecto
† ſaltationibus opportunus valde, maximeq; accommo- 17
datus, quod ipſa comprobat ars ſaltatoria, dum ſaltatio-
nes omnes ex ſeſquialtera moderatur, ac regit. An au
tem † Larua nocturno tempore in choreis adhibita, ma- 18
iorem excitet turpitudinis ſuſpicionem, vide omnino,
quæ diximus *in cap. de Adulterio, num. 50. 51. & 52.*

CA-

CAPVT XXXIX.

De ſacris paganorum.

ARGVMENTVM.

Sacra Paganorum nocturna, quippe quæ mulierum pudicitiæ inſidiarentur, ab ipſo etiam Romulo, atque à Conſtantio condemnata.

SVMMARIA.

1 *Sacra nocturna pleraq; apud Ethnicos.*
2 *Sacra nocturna à Dionyſio apud Euripidē defenduntur.*
Condemnatur à Pentheo ad mulierum pudicitiam, numero 3.
4 *Sacra nocturna quadam Cereris Vigiliis.*
Qua nocte Viro concumbere piaculum erat, num. 5.
6 *Phedria noctu in Vigiliis Cereris compreſſa.*
7 *Sacra Paganorum nocturna, condemnata etiam antiquorum ſaculo.*
8 *Sacra Paganorum nocturna condemnata, ad id Romuli lex.*
Reaſſumpta à Cicerone, & Dionyſio Halicarnaſſeo, numero 9.
10 *Sacra Paganorum nocturna condemnata, Conſtantii conſtitutio.*
11 *Sacrificia Baccho celebrata Nyctalia nuncupata.*
Alii Nyctilegia dixerunt, num. 13.
12 *Bacchus Nyctelius dictus.*

APVD Ethnicos olim ſacra quædam nocturna adfuiſſe, vt ſexcentos alios antiquioris æui miſſos faciam,
1 teſtati ſunt † noſtri ſeculi interpretes grauiſſimi *Petrus*
Gregor.

Gregor. Tholoſſ. in 1. part. ſyntag. Iur. Vniuerſ. lib. 2. cap. 17. in tit. particulari, de Vigiliis Eccleſiaſticis, incipit, Quia feria feſtiua, Couarruuias Variar. reſolut. lib. 4. cap. 19 Feſti dies olim apud Gentiles, num. 10. Verſ. Nam & Romulus cum ſuos ciuec. Franciſc. Balduin. ad leges Romuli, ad leg. 8.

Quibus dum notam turpitudinis aliqui inurunt, à Dionyſio *apud Euripidem in Bacchis act. lib. 2.* † defendun- 2
tur hoc pacto:

Pentheus. τὰ δ' ἱερὰ νύκτωρ, ἢ μεθ' ἡμέραν τελεῖς,
Dionyſius. νύκτωρ τὰ πολλὰ: σεμνότητ' ἔχει σκότος.
Pentheus. τοῦτ' εἰς γυναῖκας δόλιον ἐστι, καὶ σαθρόν.
Dionyſius, κἀν ἡμέρᾳ τό γ' αἰσχρὸν ἐξεύροι τις ἄν.

Id eſt,

Pentheus, *Nocturno an interdiu hac ſacra (id eſt, orgia) peragis?*
Dionyſius, *Noctu plerunq; habent religionem tenebræ.*
Pentheus, *Hoc in mulieres doloſum, & vitio obnoxium.*
Dionyſius, *Quin & in die quis inueniat turpitudinem.*

Ego lego ſic:

Pentheus, *Noctune, an interdiu hac ſacra peragis?*
Dionyſius, *Noctu plerunque, &c.*

Hanc Euripidis tutelam ad nocturna paganorum ſacra recenſet *Tholoſſ. loco cit.* ſcilicet *in 1. part. ſyntag. iur. Vniuerſ. lib. 2. cap. 17. num. 3. Verſic. Erant & apud Ethnicos.*

Sed certe opportune accuſabat † Pentheus eiuſmodi 3
ſacra, quæ noctu celebrarentur, tanquam mulierum pudori maxime inſidiantia. Quod cum multis comprobare poſſum exemplis, illud tanquam notiſſimum vnico contemtum erit, vt videatur.

Erant igitur olim apud Ethnicos † ſacra quædam no- 4
cturna, in quibus mulieres olim in æde Cereris peruigila-
bant, qua quidem nocte viro concumbere † piaculum e- 5
rat. Explicat autem virgo Phedria Cuclionis filia, quid ſi-
bi ea nocte contigerit. Illam enim Leonides filius Eumo-
nis, nepoſque Megadori virginem Phedriam † compreſ- 6
ſit, de qua Lar familiaris *in Aulularia Plauti, in Prologo,* his verbis:

Is ſcit

Is ſcit adoleſcens, quæ ſit quam compreſſerit:
Illa illum neſcit, neq; compreſſam aut pater, &c.
Is adoleſcentis illius eſt auunculus,
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigiliis.

Sed & ea tempeſtate ad fragilis ſexus vindicandam pu-
7 dicitiam nocturna illa paganorum † ſacra condemnata fuiſſe etiam ſub grauiſſimis ſuppliciis teſtatur, *Couarruuias dicto lib. 4 Variar. reſol. cap. 19. num. 10. & Balduinus ad leges Romuli ad leg. 8. vide eos.* Satis enim mihi ſatisfeciſſe perſuaſero, ſi binas glorioſiſſimorum Cæſarum ad id conſtitutiones retulero.

8 Scripſit itaque † Romulus, vt obſeruat *Balduinus loco cit.* ſcripſit inquam in nocturna ſacra legem eiuſmodi:

NOCTVRNA MVLIERVM SACRIFICIA NE SVNTO, PRÆTER ILLA QVÆ PRO POPVLO RITE FIANT.

9 Quam legem eleganter de more † ita explicat eam reaſſumens, & Cicero, & Dionyſ. Halycarnaſſeus, de quibus *Couarr. loco cit.* his verbis. Nocturna mulierum ſacrificia ne ſunto, præter illa quæ pro populo rite fiant, & ſubdit. Quid autem mihi diſpliceat in nocturnis, Poetæ indignantur Comici. Quia licentia Romæ data, quid nam egiſſet ille, qui in ſacrificium cogitatam libidinem intulit, quo nec imprudentiam quidem oculorum adiici fas fuit?

10 Sed & † Conſtãtius conſtitutionẽ hãc edidit. Videlicet:

VT ABOLEANTVR NOCTVRNA SACRIFICIA, MAGNENTIO AVTHORE PERMISSA.

Teſtis eſt Balduinus *ad leges Romuli, ad obſeruatam legem* 8. *ex Codice Theodoſiano, in* 10 *lib.*

Scio autem, ne horum ignarus videar prorſus, me non condemnatum iri, quod hanc Conſtantii legem maiuſculo notauerim charactere, quod forte is potius ſit legis ſenſus, quam legis edicta formalia verba.

Sed & in eam me impulit ſententiam Couarr. eandem legem, *lib. 4. Variar. reſolut. cap. 19. Feſti dies, num. 10. verſic. Eadem ratione,* qui dum eandem obſeruat Conſtantii ſanctionem, illam notat, cum eadem prorſus formula his verbis.

Atque

Atque vt poſteriora prioribus conueniant, quoniam de Bacchiis ſacrificiis ſermo inceptus eſt, ſacrificia eiuſmodi eiuſo Deo Baccho celebrata Nyctelia appellabantur, inde deducta, quod, vt diximus, noctu celebrarentur, vnde & † Bacchus Nyctelius fuit appellatus. Quanquam alii † Nyctelia eadem ſacrificia dixere.

CAPVT XL.

De Cœtibus.

ARGVMENTVM.

Cœtus nocturnos omnes magiſque bacchationum temporibus condemnatos, & quare.

SVMMARIA.

1 *Cœtus nocturni capitali iudicio condemnati. Ratio adducitur, num. 2.*

3 *Cœtus nocturni a Romulo ad tuendam pudicitiam prohibiti.*

4 *Cœtus nocturni Tertulliani temporibus Christi fidelibus interdicti cur in bacchanalibus.*

SED & in vniuerſum cœtus omnes nocturnos, nocturnaſque omnes coitiones, aut alios quoslibet clandeſtinos conuentus, lege duodecim tabularum abolitos fuiſſe, atque † capitali iudicio condemnatos, lege etiam 1
Gabinia promulgante, ſcripſit *Petrus Gregor. Tholoſſ. par. 3 Syntag. iur. Vniuerſ. in tit. generali, de Actionibus, lib. 35. cap. 6 in tit. particulari, de Seditionis crimine, incipit, Ad maieſtatis crimen, num. 16. Verſic. Conſidera, & lege.* Qui nocturni conuentus, ne fierent, licet, ſub capitis pœna in maſculis tantum eſſet, ne † ſeditionibus, lædendæne ma- 2
ieſtati

ieſtati humanæ locus eſſet, nec tamen ii mulieribus libere patere potuerunt, ne aliqua impudicitiæ, vel realis, vel imaginariæ nota, pudicis alias, & honeſtis, aut virginibus, aut matronis impenderet. Qua de re, Romulus in lege 8. ſic eum interpretante Franciſco Balduino, ne pudor muliebris abeſſet, pudicitiaque contaminaretur in
5 † nocturnis, virorum, & mulierum cœtibus, ac congreſſibus, prudenter ſanxit in hæc verba:

NOCTVRNAS IN TEMPLO VIGILIAS NE HABENTO.

Hi autem nocturni congreſſus, dum cum mulieribus ſemper prohibentur, eo potiſſimum tempore condemnantur, quod magis effreni animi in voluptates præcipiti quodammodo efferuntur, quale eſt in bacchanalibus. Quod & eo magis bacchationum tempore, à Tertulliano
6 † Chriſti fidelibus fuit interdictum, quod Ethnici exiſtimarent, Chriſtianos in his conuentibus fœda illa cæcitate crimina, quæ olim ab ipſis gentilibus impie in tenebris, religionis prætextu committebantur perpetrare, vt teſtis eſt *Couar. lib. 4. Variar. reſol. cap. 19. Feſti dies, nu. 10. Verſic. Eadem ratione.*

CAPVT XLI.

De operario.

ARGVMENTVM.

Operarium certa conuenta mercede conductum, nocturnas operas non debere, niſi aliud velit loci conſuetudo, poſſe tamen operari. Sed an impune nocturnas operas non domino locare poſſit, Ploti negatiua opinio temperata.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Operarius non tenetur operas præſtare nocturno tempore.*

2 *Scriptor non tenetur ſcribere de nocte.*

3 *Puer non debet nocturnas operas viro ſuo.*

4 *Opera debentur etiam nocturno tempore, ſi id vel conſuetudo velit, vel ſtatutum.*

5 *Operarius, qui in alienis operatur arvis, excuſatur allegans mandatum ſeu dominum in iudicio nominans.*
Fallit pluribus ex cauſſis, num. 6.
Præcipueque ſi nocturno tempore operaretur, num. 7.
Sublimitur [illegible], num. 8.

9 *Suſpecti actus legitimantur, vbi neceſſitas imminet, omnisque loco dolus abeſſe docetur.*

10 *Opera denique melior eſt nocturna.*

OPERARII, qui certa conuenta mercede ad operandum ſunt conducti, an etiam nocturno tempore teneantur operari, hoc eſt, quod priore loco eſt inueſtigandum: poſteriore videndum, an poſſint.

Quod igitur pertinet ad primum. An conductus operarius teneatur nocturno tempore operari. Dicendum eſt, quod † non, *Ant. de Butr. in cap. [illegible] de treug. & pac. Azo in ſumma de oper. libert. in princ. Albert. in l. nona ff. de ferijs. Dec. in cap. conſuluit. de offic. deleg. num. 36. Bart. in rubr. C. de oper. libert. ibid. Bald. Matth. in ſuo Dialogiſ [illegible] cap. [illegible] quod dici, num. 2. Verſic. in operibus hominum*, qui ſolo aiunt *text. in l. 1. ff. de oper. liber.* & eſt *text. in l. 2. in fin. ff. de minor. leg.* vnde inferunt doctores ad † ſcriptorem, qui promiſit operari, vel ſcribere, vt non teneatur, nec operari, nec ſcribere de nocte, *Angel. [illegible] in l. ſtipulationes commodiſſimum. ff. de verborum obligat. Alexand. in l. [illegible] num. 12. verſic. Et [illegible] ille qui promiſit. ff. de ſer. [illegible] in l. ſi non ſerten. [illegible] col. 4. verſic. [illegible] ad gloſſ. magn. ff. de condict. indeb.* [illegible] *Dec. in cap. conſuluit. num. 37. verſic. Et idea ſcriptor de offic. delegati.* Faciunt ea, quæ ſcripſimus *in cap. de Vxore in fin.* quod ſcili- 2

3 cet † nocturnæ operæ non debentur ab vxore viro ſuo, *Gerard ſing. pen. ad fin. num. 5. Verſ. Eodem modo fuit reſponſum, Ant. de Prato Veteri, inter conſil. Alex. conſil. 133. Vere crudelis, nu. 6. Verſic. Et hoc probatur authoritate, lib. 4. Bald. in rub. nu. 1. Verſ. de nocte autem, C. de oper. liber.* per iura ibi allegata, de quo dic, vt *ibi* notatum eſt.

Fallunt hæc omnia quoties extaret vel ſtatutum, vel
4 conſuetudo in contrarium, quoniã eo caſu dies † operarum extenderetur etiam ad nocturnũ tempus, & in omnibus ac per omnia ſtandum eſſet conſuetudini, & ſtatuto, *Capol. in l. 2. §. fin. & præcipue in 2. & 4. quæſt. ff. de verb. ſign.*

Quod pertinet ad ſecundum. An conductus operarius poſſit nocturno tempore operari. Certe ſic, quilibet enim fauori ſuo, & iuri pro ſe introducto poteſt renũciare vulgaris iuribus. Bene tamen animaduertas, ne ea de re ſibi aliquod impendeat malũ. Atq; illa erit obſeruatio omniũ
5 inſtar. Certa eſt iuris regula, quod † conducti ad operandum, vt ſcilicet, vel metant ſegetes, vel vuas colligant, vel herbas excidant, vel ſuccidãt ſyluam, vel quippiam ſimile agant, ſi id faciãt in alieno ſolo, & ſic iniuriam, damnumve tertio inferant, excuſantur ipſi, ſi mandatum allegant, comprobent dominum conductorem operarum, illiusue iuſſum nominẽt, conuincant, ita *Caſtr.* qui tamẽ ex particulari ratione contrarium conſtituit *in conſ. Ad primum*
* *quæſitum, par. 1. Afflict.* qui ita dicit Neapoli eſſe * determinatum *deciſ. 217. Fuit dubitatum, nu. 3.* in caſu ſtatuti ciuitatis Papiæ ita conſuluit *Bald. conſ. 465. Statuto communis Papiæ, Vol. 3. Alex. conſ. 36. Viſis iis, quæ per Dominos. nu. 3. Verſ. Præterea dixit ſingul. lib. 1. Felin. conſ. 23. Viſa petitione, nu. 9. Verſic. Secundo loco pro abſolutione, & conſil. 24. Circa cauſſam, nu. 1. Ang. in tract. de maleſ. in verbo, Sempronium mandatorem, quæſt. 4. Soc. ſen. in l. rem, quæ nobis, col. fin. ff. de acq. poſſ. Bal. in l. non ideo minus, col. 1. C. de accuſat. Dec. in l. Velle non creditur, num. 8. Verſ. Et quod ſi prædictum eſt, ff. de reg. iur. Ripa in c. 2. nu. 61. de Iud. Pract. Pap. in forma libelli pro turb. poſſ. in gloſ. §. animo, & intentione turbandi, nu. 5.*
* *Verſ. Ex quibus, de* * communi *Plot. ad l. ſi quando, nu. 751. Verſic. Sexto limita, circa medium, C. Vnde vi, Iaſ. in l. pupillus,*

§. *niſi*—

§. [illegible] nu. 7. Verſ. Extra gloſſ. ff. de oper. noui nunc. qui adducit *Alex. in l. ſi quis id quod vel fin. ff. de iuriſdict. om. iud.* dicentem, leges pluries obtinuiſſe in * praxica. *

Fallit hoc dictum pluribus modis, qui cum ſuis iuribus & authoritatibus videri poſſunt, & apud *Dec. in dict. l. Velle non creditur, à num. 3. ff. de reg. iur.* & prolixius apud *Plat. in d. l. ſi quando, à nu. 7. 81. C. Vnde Vi.* puta, ſi operarii conuenirentur ex † proprio delicto, ſi operariis facta fuiſ- 6
ſet proteſtatio, vel inhibitio, ſi operarii feciſſent actum illicitum, & de genere prohibitorum, ſi feciſſent actum contrarium, ſi fuiſſet in aliquo dolo, puta, quia eſſet vicini, &c. ſi expreſſiſſent operarii fines mandati. Et quod ad rem noſtram attinet, ſi vel clandeſtine, vel † nocturno tem- 7
pore operam ſuiſſent laboratores, quia non excuſarentur nominando dominum, *Plat. in d. l. ſi quando, nu. 790. Verſic. [illegible] limitatur. C. Vnde Vi.*

Niſi forte ea concurriſſent nocturno tempore, quæ actum † non clandeſtinum, ſed palam factum arguerent, 8
vt in individuo *Plat. dict. cit. in fin.* per ea, quæ ſcribit *Cremet. conſ. 383. Permultorum.* Addo ego, vel neceſſaria de cauſa operis nocturnus fuiſſet incumbendum. Quid enim ſi iam maturis ariſtis maximum è cœlo impenderet periculum, vel ex grandinis iniuria, vel ex maxima vi ventorum, vt quotidie docet experientia, eo enim caſu dicerem ego hos operarios adhuc eſſe in bona fide, & omnino excuſandos, quoniam actus licet † ſuſpecti nocturno tem- 9
pore, vbi tamē imminet neceſſitas, legitimatur, & omnis dolus in dubio dicitur abeſſe, *Bald. in cap. 1. vel penult. de de fide inſtrument. Iaſ. in l. [illegible] Romanus, num. 20. Verſic. Adverte tamen, ff. de ſerui.* faciunt dicta *Decii in cap. conſuluit ecclam. 35. Verſic. [illegible] autem eſt in allibus, de appel. de leg.*

Non ideo tamen exiſtimes eum, qui operas eſt pollici- ●
tus, eadem nocturno tempore inuito conductore præſtare poſſe, ea enim ratione deterior efficeretur conditio conductoris, quoniam opera de † mane eſt melior, quam 10
de ſero, *Bald. in rub. C. de oper. libert. Alex. in l. [illegible] ff. de ſeru. in fin. gloſſ. Ang. & Imol. in l. ſtipulationes, ff. de Verb. oblig.*

CAPVT XLII.

De Operis.

ARGVMENTVM.

Comitem Romanum nocturnis operis inſeruiiſſe, quæ illius eſſet prouincia. De nocturnis operis alia remiſſiue.

SVMMARIA.

1 *Nocturnæ operæ olim apud Romanos, ne ſtatuæ dimouerentur.*

2 *Nocturnarum operarum pleraque remiſſiue.*

POSSET hoc caput non perperam poni inter ea, quæ de excubiis, Compario, Vigile, & aliis eiuſmodi dicemus ſuo loco, ſed nec inepte hic iacet, meo quidem iudicio, poſteaquam de Operario ſuperius fuit pertractatum. Rem ipſam tandem aggrediamur.

Nocturnis operis inſeruire dicebatur apud Caſſiodorum Comes Romanus, qui cum ſuæ Comitiuæ militibus
1 inuigilare tenebatur nocte, ne † ſtatuæ dimouerentur locis ſuis, vel ſepulchrorum monumenta furto auferrentur, inſidianteſque priuatorum fortunis, & mœnibus rei veritate diſcuſſa puniebant, *Caſſiod. lib. Variarum, cap. 15.* de quo *Petr. Gregor. Thol. part. 3. Syntag. iur. lib. 47. cap. 31. in tit. de Præfecto Vrbi, num. 11. Verſ. Nocturnis etiam operis.* Vi-
2 gilias hodiernas † videbimus *loco ſuperius commonſtrato,* & aliquid præterea dictum eſt *in cap. de Operario, & in cap. de Vxore.*

CAPVT XLIII.

De edicto eorum, qui effuderint vel deiecerint.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Edictum eorum, qui effuderint, vel deiecerint, nocturno etiam tempore vigere interdum, aduerſus Baldum.

SVMMARIA.

1 *Text. in l. 1. in princ. ff. de his qui effuder. vel deiecer. ex Baſilicis ſuppletum.*

2 *Edictum eorum, qui effuderunt, vel deiecerunt, non habet locum nocturno tempore ex Baldo.*

Temperatur, num 3.

Iudicis tandem arbitrio relinquitur, num 4.

IVLIANVS *in l. 1. in princ. ff. de his, qui effuder. vel deiece-*
rint refert Prætoris edictum in hæc verba. Vnde in eum
locum, quo vulgo iter fiet, vel in quo conſiſtet, Baſilici
† verò rurſus addunt, & bene, in quo ex more conſiſtet, deie- 1
ctum, vel effuſum quid erit, quantum ex ea re damnum
datum, factumue erit, in eum qui habitauerit, in duplum
iudicium dabo, &c. An illud edictum ſemper ſibi aſſumat
locum, quandoque etiam nocturno tempore, quid eie-
ctum, effuſumue fuerit, quamobrem transeunti, vel im-
moranti damnum datum ſit.

Et Bald. *in l. hoc edictum, § Labeo ait ff. eod. de his, qui ef-*
fuderint vel deiecerint, dicit, quod ſi deiicitur in illum,
qui vadit de † nocte, non punitur deiiciens, atque hoc 2
dicit * notandum bene, quoniam contingit ſæpe de *
facto.

Sed certè licet Labeo id abſoluere velit, plus tamen *in*
dicto §. Labeo, Labeonis temperat dictum. *Et verba ſunt.*
Labeo ait locum habere hoc edictum, ſi interdiu deie-
ctum ſit, non † nocte. Sed quibuſdam locis, & nocte 3
iter fit.

Hoc igitur erit iudici † arbitrarium, inſpecta loci, & 4
temporis qualitate.

CAPVT XLIV.

De maledictis, & maleſcriptis.

ARGVMENTVM.

Sanciente municipali iure, vt malefacta nocturno tempore duplici puniantur pœna, an blaſphemiæ verba iniurioſa, cæteraque id genus, maledicta, & maleſcripta contineãtur; Affirmatiue cum communi opinione, & recepta praxi, aduerſus Bartolum tandem determinatur.

SVMMARIA.

1 *Maleficiorum appellatione veniunt etiam maledicta.*
2 *Maleficium non tantum committitur re, ſed etiam verbo.*
3 *Maleficii appellatione venit omne delictum ex Grato.*
4 *Maleficiorum appellatione non veniunt maledicta ex aliis.*
5 *Maledictum, & conuitium quomodo differant.*
6 *Conuitium dictum quaſi conuocium, & quare.*
7 *Maledictum poteſt fieri ſine conuicio.*
8 *Maleficium quid ſit.*
9 *Blaſphemia, &*
Iniurioſa verba veniunt appellatione maleficiorum late, & improprie.
10 *Maleficia nocte commiſſa ſi duplici pœna punienda ſunt, maledicta non cadunt ſub ſtatutum.*
Contrarium ex Aretino, & aliis, num. 12.
11 *Maleficiorum appellatione veniunt etiam maledicta, & quomodo.*

13 *Blaſphe-*

13 *Blaſphemans in palatio duplici non punitur pœna, ſtante ſtatuto, quod maleficia in palatio duplici pœna puniantur.*

Contrarium verius, & quare, num. 14.

15 *Statutorum mens eſt attendenda.*

16 *Ratio venit, vbi reddi poteſt, eadem pro expreſſa habetur.*

17 *Maledicta nocturna non puniuntur duplici pœna, ſtante ſtatuto, quod maleficia nocturna ſic puniantur, ex Bart.*

Contrarium ſuadetur num. 19.

18 *Tenebræ inuitant ad delinquendum.*

19 *Maledictum, &*

Blaſphemia dicuntur delicta.

21 *Delicta nocturna ſi duplici puniantur pœna, etiam maledicta & blaſphemia in ſtatuto continentur.*

22 *Delictum eſt genus ad maleficium, & maledictum ex Authore.*

23 *Malefacti appellatione venit omne delictum ex Grato.*

Sed large ex Authore, num. 24.

25 *Crimen,*

Delictum &

Maleficium large modo ſumpta confunduntur.

26 *Delictum eſt id, quod ſe tantum committitur ex Gozad.*

27 *Tem [illegible] ad reſpiciendum, ſi delinquitur, ff. de pœn. declaratur.*

28 *Maledicta nocturna duplici pœna puniuntur ſtante ſtatuto, vt maleficia ita puniantur, ex veriori opinione.*

Et ita communiter practicatur, num. 32.

29 *Libelli famoſi dicuntur maleficia ex communi vſu loquendi.*

30 *Communis vſus loquendi etiam in odioſis, & pœnalibus præfertur propriæ verborum ſignificationi.*

31 *Libelli famoſi ſæpius nocturno tempore affigi conſueuerunt.*

32 *Rubrica [illegible] declarat.*

GRAVIS eſt controuerſia inter ſcribentes, an appel-
latione maleficii veniat maledictum, & male ſcri-
ptum. Et dum plura adduci poſſunt ad probandum ap-
1 pellatione † maleficii venire etiam maledicta, & male ſcri-
pta, blaſphemias, aliaue iniurioſa verba, vt eſt *gloſſ. Inſtit.
de obligat. quæ ex delict. in princ. in verbo, Iniuria, gloſſ. Inſtit.
de obligat. quæ ex quaſi delicto, in princip. verbo, Sed non vi-
2 bi gloſſ. vlt.* quod maleficium non tantum † committa-
tur re, ſed etiam verbo, quod etiam voluit *gloſſ. in l. ex ma-
leficiis, in fin. ff. de action. & obligat. text. in l. ſed ſi vnius, §.
quædam, ff. de iniur. text. in Authent. vt non luxur. contr.
nat. Grat. conſil. 48. Vt ex literis, num. 10. verſic. Et appella-
tione maleficii, lib. 1.* qui voluit appellatione maleficii veni-
3 re † omne delictum. Atque alia pleraque faciunt ad pro-
4 bandum † non venire alterum alterius expreſſione, vt in
fortioribus terminis ſcripſit *Tholoſſanus part. 3. Syntag.
Iur. vniuerſ. in tit. generali, de action. lib. 38. cap. 5. in tit. par-
ticulari, de verbis illata iniuria, ſeu de contumelia, Incip.
Claudianus ICtus, num. 4. verſic. Verbis iniuria facta,* poſt
iura ibi allegata, ſcilicet poſt *text. in l. 1. §. iniuriam autem,
ff. de iniur. in l. item apud Labeonem, in l. 15. § ait prætor, cum
§§ ſequentib. C. eod. in §. iniuria autem, Inſtit. eod. de iniur.*
5 ſcripſit inquam Tholoſ. differre † maledictum, & con-
6 uicium, quod conuicium dicatur † quaſi conuocium, vel
a vicis, in quibus prius habitatum eſt, ſeu etiam a confuſis
vocibus in vicis, quia conuicium non niſi concitatione,
& conuentu, quò concurrunt plurium voces dicitur, &
7 † maledictum ſine his fit, dat *ibi* varia exempla *Tholoſſ.*
eaque iuribus omnia comprobat, vide eum. Et ſatis pro-
batur ex definitione maleficii, dum definitur malefi-
8 cium, quod ſit † malefactum, *Sebaſt. Med. in tract. de defi-
nitionibus, part. 2. definitione 38. Maleficium, num. 2. ff. de re
* milit.** communis tamen illa videtur reſolutio, quod bla-
9 ſphemiæ, † aliaue iniurioſa verba veniant appellatione
malefactorum, ſeu maleficiorum large, & improprie, non
autem ſtricte, & proprie, ita *Auguſtin. Arimin. ad Angel.
in tract. de Malefic. in verbo, Verba iniurioſa, num. 5. verſic.
Quid autem ſi ſtatuto, in fin. addit. Ioan. Franc. Ozer. Inſtit.*

de

[illegible] *Quare tu sic solue. Natta cons.*
[illegible] *Vers. Aliud enim sa-*
[illegible] *num 1. ff. de pæn Aretin.*
[illegible] *num 1. vers. Sed con-*
[illegible] *in suo tract.* [illegible] *lib. 1. in tit. de*
[illegible] *Tiber. Dec.* [illegible] *similiter, num. 9. Vers. Sed hac*
[illegible] *lib.* [illegible] *recept sent. §. 1. nu. 19. Vers.*
[illegible]

Quod [illegible], optime deduxit Bar. *in l. Aut facta*
[illegible] *Vers.* [illegible] *per hoc dic.* quod ſi ſta-
[illegible] commiſſis de nocte pœna 10
[illegible] habebit locum in [illegible] etiſs in-
[illegible] Bartol. Idem additur ad *An-*
[illegible] *Malef. in verbo de nocte, & manda-*
[illegible] *Dicatur nox, vers. Nota tamen.*
[illegible] *Malef. in verbo. Verba iniu-*
[illegible] *si statuto.* Idem in his termi-
[illegible] *In causſa accuſationis, num 10.*
[illegible] *voluit Tiber. Decian. in suo tracta*
[illegible] *cap. 8 Maleficium similiter nomen*
[illegible] *quæſtio,* [illegible] *tamen, nu. 1*[illegible]. contra-
[illegible] voluit *Alcia. in l. Verbum* [illegible] *ff.* *
[illegible] eſſe * cõmunem. Idem voluit *Bart*
[illegible] *D. Bartholomeus nu. 7. Vers. Tertio, &*
[illegible]

Hanc Bartoli, & aliorum opinionem, dubitanter dixit
[illegible] *Aretin in d. verb. Verba in-*
[illegible] *quod dubito*, per plura iura,
[illegible] quibus colligitur manifeſte appel- 11
[illegible] blaſphemi[illegible] & alia male-
[illegible] & ipſe reſpondet, quod [illegible] proprie
[illegible] quibus tamen [illegible] ſed quæ eſt ſemma rerum, neſcit [illegible]
[illegible] *in l. Ignorantia C. de* [illegible]
[illegible] videndum Baldum, quoniam
[illegible] modo eſt fundata, & pro opinione
[illegible] addidit etiam *Catal. in materia Syndic.*
[illegible]

Et contra [illegible] auctoritate tenuit [illegible]

 Inſti-

Inſtit de obligat. quæ ex delicto in prin. num. 1. Verſ. Sed Bald. vbi dicit hoc eſſe * verius, vt ſcilicet etiam † nocturno
12 tempore maledictorum duplicetur pœna, ex *l. atrocem C. de iniurijs*, quę eſt baſis, & fundamentum, tum Baldi, tum ſequacium, contrariam opinionem contra Bartolum ſuſtinentium, & male non ratione Baldi, ſed in ordine ad ſequaces, vt inferius apparebit. Hanc etiam ** veriorem opinionem in puncto dixit *Ang. de Maleſ. in Verbo Verba iniurioſa, nu. 5. Verſ. Quid autem, ſi ſtatuto in fi.* dum remittit ad ſeipſum in *eod. Verbo, Verba iniurioſa, numer. 13. Verſ. Quid ſi ſtatuto dicatur*, de quo magis eſt contra Bartolum dixit * communem *Alex. ad eundem Bart. in d. l. aut facta in prin. in lit. E. in Verbo Verbis iniurioſis ff. de pœnis*, qui etiã dicit contra Bartolum communiter * practicari, quod blaſphemia dicatur delictum, de quo aliquid etiam *in fine capitis* obſeruabamus.

Sed male omnes in re propoſita tanti viri, dum aduerſus Bartolum inſurgunt, præpoſuiſſem impetrata venia, vel eorum pace, ſi id neceſſum foret, dum tantum ſuſtinemus patrem, quantus eſt Bartolus.

Bene quidem dicit Bald. *in l. Ignorantia C. de crimine ſtellionatus*, ſed male inducitur contra Bartolum in propoſito, conſuluit enim aliquando Bartol. ſtante ſtatuto, quod in Palatio duplicentur pœnæ maleficiorum, aliquis
13 Deo † blaſphemias in Palatio maledixit, an ſint ideo duplicandæ pœnæ, conſuluit inquam Barto. & reſpondet, quod non, quoniam non erat malefactum, ſed maledi-
14 ctum. Cui merito iure † inſurgit Bald. *in l. Ignorantia, nu. 3. Verſ. Præterea maleficium C. de crimine ſtellionatus per text. in l. Atrocem C. de iniurijs*, quia ſtatutum duplicat atrocitatem delicti, & hic inquit Bald. reſultat maior atrocitas ratione loci, ergo habet locum pœna ſtatuti. Et optime Baldus, in ſtatutis enim non cortex verborum, ſed
15 † mens ſtatuentium eſt attendenda, *l. ſi. in l. 1. § Veteres nu. 29 ff. de acquir poſſeſſ.* & eſt vulg. Iur. * regula, quod quoties † vna tantum ratio in ſtatuto adduci poteſt, habetur ea pro expreſſa, & omnes caſus, in quibus ea militet ratio, ij omnes in ſtatuto expreſſi cenſentur, *l. Cum pater § dulciſſimis*

[illegible] in l. ſi is, qui ani-
[illegible] in princip. ff. de
[illegible] libro primo. in titu.
[illegible] verſ. Ex qua ra-
[illegible]

[illegible] ibi duplicatur pœna
[illegible] ſententiæ eadem mi-
[illegible] tum in male-
[illegible] duplex ſit of-
[illegible] ratione loci. Bartolus
[illegible] in ordine ad † te- 17
[illegible] duplicatio pœnæ in
[illegible] ſe extimeret, ſi
[illegible] nocturno tempo-
[illegible] omnibus,
[illegible] auxilium imploratus,
[illegible] minique † tenebræ 18
[illegible] *Iuſ.*
[illegible] *ff. de*
[illegible] Bartu-
[illegible] tempe-
[illegible]
[illegible] tempore, [illegible]
[illegible]
[illegible] vel etiam 19
[illegible] ad [illegible]
[illegible] com-
[illegible] quod aiunt,
[illegible] ipſos etiam
[illegible] nocturno vero tempore [illegible] laceſcere
[illegible]
[illegible]
[illegible] facit, quod * commune addit *Alex. ad* *
[illegible] *in prima [illegible]*, di-
[illegible] dum contra [illegible] 20
[illegible] & † blaſphemia dicitur delictum,
[illegible] delictum, ſed neque quod [illegible]
[illegible] & bene [illegible]. Qua-
[illegible] vt † delicta nocturno tempore 21
[illegible] duplica-

duplici condemnarentur pœna, etiam maledicta, & blaſphemiæ, etiam maleſcripta duplici pœna eſſent plectenda, & in hoc libenter communi concederemus opinioni. Sed Bartolus non loquitur de delicto, ſed de malefacto, & enixe loquitur ſemper, quod maledictum non eſt malefactum. Sed tamen *Tiberius Decian in tract. crimin. lib. 1. de maleficio, cap. 8. Maleficio ſimiliter, nume* 10. *Verſ. Vbi refert Bartolum*, & ipſe confundit hos terminos, delictum
22 ſcilicet, & maleficium, & male: eſt enim † delictum genus ad maleficium, & maledictum, hæ autem ſunt duæ delicti ſpecies quicquid in contrarium ſcripſerit *Grat. conſil. 48. Vt ex literis, num.* 10. *Verſ. Et appellatione maleficij, volum. 1.* dum voluit, quod appellatione † maleficii veniat
23 *lum. 1.* dum voluit, quod appellatione † maleficii veniat
24 omne delictum: niſi dixeris venire † large, vt ſuperius diximus in principio huius apparatus, eo, enim caſu con-
25 fundi, & aliud pro alio ſumi crimen, ſcilicet † delictum,
★ & maleficium ſcripſit poſt plures ibi allegatos de * communi teſtans *Proſper Farin. de delictis, & pœnis, quæſt.* 18. *nu.* 5 *Verſ. Aduerte ſecundo*, vbi *Bald. Caſtren. Cephal. Cotta, D. meus Praeſ. Menoch.* & alii adducuntur.

Nec obſtat, quod deduci poſſet *ex Ozerio Inſt. de oblig. in prin. num.* 30. *Verſ. Quare tu ſic ſolue*, quem tamen in in-
26 diuiduo nemo ponderat, quod ſcilicet † delictum ſit id, quod re tantum committitur, non autem verbis, citat autem is *text in l. reſpiciendum, §. delinquitur ff. de pœn.*
27 Propterea, quod *tex. ille* † loquitur exemplificatiue. *Verba text. hæc ſunt.* Delinquitur autem, aut propoſito, aut impetu, aut caſu. Propoſito delinquunt latrones, qui factionem habent. Impetu autem, cum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur, Caſu vero, cum in venãdo telum in feram miſſum, hominem interficit. *Hæc text.* Certum eſt autem, quod exempla cum ad rem obſcuram illuſtrandam deducantur, rem ipſam ex facto oculis debet ſubiicere, non autem ex verbis auribus. Horat. *de Arte Poetica.*

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Atq; idem voluit *Bald. in l. 1. num. 2. ff. de Iuſtitia, & Iur.*

Non

Non tamen recedas à communi contra Bartol. in fa-
cto, quam * † sententiam ſcripſit etiam *Tiber. Decian. in ſuo* *
tractat. crimin. lib. 1. de Maleficio cap. 8. Maleficium ſimi-
liter, num. 10. Ver. Puto in ſpecie propoſita. Nec quidem con-
temnendis rationibus, voluit enim Decian. contra Bar-
tol. quod ſtatuto loquente de Maleficiis nocte commiſſis,
comprehendatur, & † iniuria verbo, & ſcripto facta, in qua 28
noctis tempus occaſio videatur. Siquidem, inquit ipſe, nul-
lus negauerit, & ex communi viſu loquendi, maleficia dici
etiam † famoſos libellos, & atroces iniurias verbales, quæ 29
famam lædant, & in ſtatutis, etiam pœnalibus & odioſis,
ſi modo, dico ego, hæc ſtatuta odioſa ſunt; communis † 30
vſus loquendi præfertur proprietati verborum, vt ipſe te-
ſtatur de * communi. Inſuper ratio ſtatuti ea eſt, vt occa- *
ſio temporis tollatur, quo commodius delinqui conſue-
uit, quod ſecurius occultentur delicta. Et tandem à com-
muniter accidentibus, frequentius enim nocturno tem-
pore † famoſi libelli affigi conſueuerunt, turpiaque ac 31
fœdiſſima decantari ab inhoneſtiſſimis, & procaciſſimis
hominibus, & ſi colaphus nocturno tempore adeo ſeuere
punitur, vt illius regularis pœna duplicetur, cur non du-
plicetur pœna iis, qui famoſis libellis, turpiſſimiſq; can-
tilenis nocturno tempore familiarum honeſtatem lędũt,
& deturpant, non ſine totius Ciuitatis ſcandalo, ac per-
turbatione?

Et refert *Decianus loc. citat. nu. 10. Verſ. Dicit tamen.* Ca-
tal. de Buncompag. *in ſuo tract. ſyndic. q. 73. Incip. Adde,
quod ſtatuta non duplicant pœnas*, dicentem ſe vidiſſe, quod,
cum quidam Iudex voluiſſet ſequi doctrinam Bartoli
præallegatam, vix euaſit in * ſyndicatu, quod etiam mo- *
nimentum commendans *Bald. Inſt. de oblig. quæ ex delicto
naſcuntur, in prin.* de quo etiam *Claud. Bertaz. ad conſil.
patris ſui, conſ. 215. D. Bartholomæus, ſub litera C. Verſ. Bald.
Vero, Salamon.* qui & ipſe dicit * communem contra Bart. *
de communi etiam *Suarez. in ſuo Theſaur. in Verbo Male-
ficium, nu. 20.* qui referens Alciatum *in l. Verbum facere ff.
de verb. ſignif.* dicentem contrarium eſſe * receptum, dicit *
Alciati opinionem explodendam magis verbi ſubtilitate,
quam

quam ſolidis iuris rationibus fulciatur. Et hanc eandem
* opinionem, poſteaquam communem contra Bart. dixit
Clar. eandem ſibi * magis placere teſtatus eſt *lib. 5 recept. ſent. §. 1 num. 11. Verſ. Sed quæro nunquid maleficium*, & amplius refert Alexandrum dicentem contra Bartolum
* † communiter * practicari. Idem voluit etiam *Proſper*
32 *Farina in tit. de Delict. & Pœn. q. 18. Delictum generale nomen eſt, num. 4. Verſ. Aduerte primo* Remiſſiue ſolum adducens Clarum videri poteſt Bernardus Henricus *in ſuis magis communib. lib. 1. concluſ. 123* Maleficium, an etiam
33 dicatur, qui attento titulo, & rubrica ex † qua nigrum declaratur *l. 1. ff. ſi cert. pet. Aret. in princ. proœm. Inſtit. num. 13. Verſ. Quæro, an hæc rubrica, Iaſ. in rub. Inſtit. de action. num. 14. Verſ. Aduertit tamen Alexand. in l. 1 num. 8. Verſ. Sed ſi non habent ff. ſi cert. pet. Idem Alex. conſ. 101. Super eo, num. 4. Verſ. Quia ex rubrica, Vol. 3. Idem Alex. conſ. 227. Ponderatis narratis, num. 6. lib. 6. Idem Alexand. conſ. 70. In cauſſa, & lite, num. 8. Verſ. Hoc enim primo patet. Idem late conſ. 6. Attentis verbis dicti ſtatuti, per totum, eodem lib. 7. inmo, ut quam Bernardus Henricus loco citat.* dum illius operis titulum inſcribit, de magis communibus opinionibus eam
* eſſe ** magis communem opinionem. Nec certe, poſt foti auctoritatem, omni caret ratione.

CAPVT XLV.

De Pluralitate delictorum.

ARGVMENTVM.

Plura delicta, quando ad vnum reuocentur, remiſſiue. Quid de pluribus delictis eadem nocte patratis.

SVMMARIA.

1 *Plura delicta quando plura reputentur, remiſſiue.*
2 *Furta plura eadem committens nocte, non dicitur plura commiſiſſe ad hoc, vt ſuſpendatur.*

Ratio

Ratio adducitur, num. 3.

4 *Statutum Mediolani in Criminalibus cap. 65. declaratur.*

5 *Furtum vnicum cum armis nocturno tempore commiſſum furcis ſuſpenditur.*

Sed verius potius dicendus eſt aſſaſſinus quam fur.

NOn eſt præſentis inſpectationis longiore ſtylo examinare, an, & quando plura delicta pro vnico reputentur, & quando in vim plurium perſeuerent, videri poterit † late rem examinans *Proſper Farinac in titu. de Delictis, & Pœnis, quæſtio. 22. Regula ſit, quod plura delicta, per totam, Clar. libro quinto, recept. ſent. §. fin. quæſtio 84. Dictum eſt de Pœnis, ibid. Baiard. Baiard. iterum ad Clar. in §. furtum numer. 46 poſt Caſſan ibi allegat. Capol in Auth. Sed nouo iure, numero ſexageſimo octauo, Verſ. Et dicitur* [illegible] *cum pluribus ſeqq. C. de ſeru. fugit. Bartol. in l. nunquam plura, poſt numerũ quartũ ff. de priuat. delict. Couar. lib. 2. Var. reſolut. cap. 10. De his criminibus, nu. 8. Verſ.* [illegible] *tractatum eſt.* Atq; alii, quos non eſt neceſſe huc referre. 1

Sed quod ad rem attinet, licet futurum thema tam diurno tempori poſſit conuenire, quam nocturno, quia tamen Plot. illud effingere voluit tanquam noctu commiſſum furtum, placet illud hoc in opere recenſere. Plot. itaque *in Auth. Sed nouo iure, num. 72. Verſ. Sed dubitari poteſt, C. de ſeru. fugit.* ſcribit de facto illud Veronę contigiſſe, vt † quidam eadem nocte plura commiſerit furta, an pro vno reputaretur furto, ne furcis ſuſpenderetur, an vero nullum negotium faciẽte noctis identitate, plura adhuc furta perpetraſſe diceretur, & concludit in re, de qua agebatur, ad id ne ſuſpẽderetur, vnicum furtum furem illum ea nocte commiſiſſe dici; ita fuiſſe * iudicatum Veronæ. Idq; optima quidem ratione, quia ſcilicet, quod ex tertio furto quis ſuſpendatur, id in odium prauæ cuiuſdã conſuetudinis, ex qua furetur, fuit introductum, quæ cõſuetudo † non poteſt proprie verificari in vnius noctis multiplicato, ac continuato furti delicto. 2 * 3

Hinc

Hinc declarari poſſunt pleraq; ſtatuta, atq; inter alia
4 Statutum † Mediolani *in criminalibus, c. 65. Si quis fuit non famoſus.*

Quanquam attento iure communi, vt quis furcis ſuſpendatur, ſufficit etiam vnicum furtum, ſi quis tamen ad
5 furtum cum † armis accedat, ita poſt *Caſſan. ibi allegat. Baiard. ad Clar. in §. furtum, num. 45. Verſ. Et quod fur no-*
6 *cturnus.* Sed certe is potius † aſſaſſinus dicendus eſt, quam fur ſimplex.

CAPVT XLVI.

De Conſummatione Actus.

ARGVMENTVM.

Actus, an ab illius conſummatione denominetur, & ratione loci, & ratione temporis; Ideoque an nocturnus actus ſit, qui diurno quidem inchoetur, nocturno vero tempore expediatur.

SVMMARIA.

1 *Conſummationis hora denominat actum.*
2 *Inſtrumentum inceptum ante mediam noctem & perfectum poſt, attribuitur diei ſequenti.*
3 *Conſummatum de nocte, licet inceptum de die, dicitur nocturnum.*
4 *Inſtantanei actus denominantur ab hora qua conſummantur.*
Secus ſucceſſiui, ſaltem in pœnalibus. nu. 6.
5 *Inſtrumenta, quomodo ſucceſſiua dici poſſint, & quomodo inſtantanea.*
7 *Tempore illicito inceptum, licite poſtea expeditur.*
8 *Mixtum non contrahitur ſub ſimplicibus in pœnalibus.*

9 Vitio-

9 *Fratribus nocturnis, quando culpa adſcribatur, licet etiam diurnis inceperint horis.*

10 *Vulnerans ſi ſit in vno territorio, & vulneratus in alio, vbiq; poteſt puniri.*

Sed alij voluerunt puniendum tantum in loco vulneris, & conſummationis actus, nu. 11.

Prima verior, n. 13.

12 *Eccleſia. Non dicitur in Eccleſia percuſſus, qui per mantellum ab Eccleſia extractus, extra eccleſiam percutitur.*

14 *Percutere, & vulnerare differunt natura, & effectu.*

15 *Pluralitas pœnarum, quando detur ex vnico actu.*

PLuribus horis, ſi quid agatur, denominationem faci-
endam eſſe ab actus † conſummatione, atq; conſum- 1
mationis hora voluit *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. de
Inſtrum. edit. § 1 in verbo Hora diei, Felin. in cap. paſtoralis,
num. 7 de reſcript. Cagnol. in l. ſi librarius, num. 7 ff. de
regul. iur. & nouiſſime Bartol. Bertaz. in tractat. clauſul.
clauſ. prima, gl. 5. Poſt indictionis, num. 8, verſ. Et in hoc hora
conſummationis*, qui ideo voluerunt ſcripturam, ſeu in-
ſtrumentum lectum partibus ante mediam noctem, ſi
poſt † mediam noctem perficiatur lectura, & ſtipuletur 2
inſtrumentum, vt aiunt, apponatur in inſtrumento dies
ſequens, & ſi actus inchoetur interdiu, ſi nocturno tem-
pore expediatur, & conſummetur, ac abſoluatur, dicatur
celebratus non diurno tempore, † ſed nocturno; faciunt 3
ea, quæ dicemus *in cap. de Notario, & in cap. de
Falſo.*

Quod verum ego intelligo in actibus † inſtantaneis, 4
& momentaneis, qualia ſunt inſtrumenta, quæ licet quo-
ad tractatum poſſint dici † ſucceſſiua, quo tamen ad ca- 5
piendam ſubſtantiam ſunt momentanea, atque inſtanta-
nea, vt diximus. Quod, ſi ſimus in actibus † ſucceſſiuis, ar- 6
bitror rem aliter ſe habere, maxime ad euitandam pœnã,
vt quæ diurno tempore fuerint inchoata, licet nocturno
fuerint conſummata, non ideo dicantur geſta nocturno
tempore, nec eadem pœna incurratur. Illud ſit exemplum.

Piſis, qui naui, vel ſcapha, tranauerit flumen Arnum
poſt datum ſignum ſalutationis Angelicæ in veſpertino
crepuſculo, dare tenetur pœnas triremium, aliquis in-
greſſus eſt ſcapham ante datum ſignum, & dum tranat, ſa-
lutatur Virgo, an poſſit impune totum tranare flumen.
Et dico, quod ſic. Idem dico de prohibitis, vel grana, vel
farinā vehere poſt Solis occaſum, quid enim ſi Sol occi-
dat prius, quam domum peruenerint viatores, cum tamē
ante Solis occaſum iter arripuerint? Quoniā ſcilicet ne-
gocium eſt ſucceſſiuum, quo caſu, non tam conſummatio
attenditur, quam inchoatio, vnde negocium tāquam
7 inceptum tempore licito, licite etiam poſtea † expeditur,
glo. ſin. in l. nemo poteſt ff. pro ſocio & facit quoad recitatos
caſus, quia eſt negocium mixtum, partim diurno tempo-
re celebratum, partim nocturno, & in pœnalibus, ſub ſim-
8 plicibus non † continetur mixtum, *Areti. in § omnium,*
num 6 Inſtit. de Action. l. ſi in paſſum §. præſcriptione ff. de
adult. Roman. conſ. 294. Hæc confeſſio, num. 4. Verſ. Certum
eſt autem Idem Roman. conſil. 259. In caſu propoſito, nume 5.
Verſ. Hæc exceptio, latiſſime *Tiraquel de ll. connubial gl. 5.*
num. 71. Verſ. Sed & hæc, vbi ſexcenti recenſentur. Niſi for-
9 te poſſit † viatoribus aliqua obijci culpa, quod nimis tar-
da hora iter arripuerint, ita vt verisimiliter ſibi perſuade-
re potuerint, ſe non peruenturos domum ante ſolis occa-
ſum, vel poſt ſolis occaſum potuerint in itinere commo-
de morari.

Verum arguendo de loco ad tempus, obſtare videtur,
quod ſcripſit *Bal. l. in cap. 1. § Iniuria, de pac. iur. ſirm.* prout
eum refert *Alexand. ad Bar. in l. Et ſi amner § ſed & ſi, nu-*
mer 1 ſub litera B. Verſ. Dummodo de inſulta ff. ad l. Iul. de
adult. quod ſcilicet ſi vulnerans eſt in aliquo territorio, &
explodat tormentum manuale, & exploſum tormentum
10 aliquem occidat in alio territorio, poteſt † vbiq; puniri,
ergo non fit denominatio a conſummatione, & perfecti-
one actus, ſed ab vtroque termino, a tempore inchoatio-
nis & perfectionis, quod & voluit *Abb. in cap. cum inter,*
nu. 3. Verſ. exemplum in eo, de conſuetud. Idem *in c. 1. in ſecū-*
do notab. de præſumpt.

Sed

Sed tamen non defuerunt, qui contrarium ſuſtinuerint,
videlicet non poſſit quis vbique puniri, ſed tantum in
loco † vulneris, & conſummationis actus, is fuit *Cyn. &* 11
Bay. in l. 1. C. Vbi de crimine agi oporteat, de quibus *Alexan.*
loco citat. & in ea opinione conquieſcit etiam *Alexan. loco*
cit. Pro quo facit, quod voluit *Bal. in c. 1. § Iniuria punitur,*
nu. 12 verſ. Quaerunt doctores de pace iuram. firm. quod non
dicitur percuſſus in † Eccleſia, qui per maſtellũ, quod ex- 12
tra pendebat tractus eſt extra eccleſiam, & ibi percuſſus,
de quo etiam Ioan. *And. in cap. fin. de immunit. eccl.*

Sed in hac facti ſpecie vltericus non inſiſto.

Tenendo igitur, quod vbique poſſit puniri † tanquam 13
iudicio meo * veriorem opinionem, dico maximam eſſe *
differentiam inter vtrumq; caſum, quoniam, qui ante ſi-
gnum ſalutationis ſcapham ingreditur, non peccat in
primo extremo ex natura actus, hoc caſu peccat in vtroq;
extremo, in loco vulneris ex effectu, in loco exploſi tor-
menti ex affectu, qui puniretur etiam non ſecuto effectu,
l. ſi quis non dicam rapere C. de SS. Eccleſ. a fortiori tex. in l. 1.
qui cum telo ff. de ſicar. ideo vbiq; poteſt puniri.

Nec obſtat ſimile de extrahẽte ab eccleſia, qui punitur
tantum reſpectu conſummationis actus, & ſic percuſſio-
nis extra Eccleſiam. Reſpondeo enim illud eſſe, quia
aliud eſt trahere, aliud † percutere, & diſcrepant ad inui- 14
cem natura, & effectus *l. neq. ff. de furt. l. Sed ex imẽdi ff. ne*
quis eum, Bal. loco cita. qui inde optime notat, quod quan-
do actus non terminatur ad vnum terminũ, nec ad vnam
ſpeciem delicti, ibi eſt † pluralitas etiam pœnarum. No- 15
ſtro autem caſu actus exploſionis tormenti manualis, ad
vnum tantum terminum, & vnam ſpeciem delicti termi-
natur, ſcilicet ad homicidium.

CAPVT XLVII.

De Magiſtratibus, quo ad Nomina.

ARGVMENTVM.

Magiſtratus nocturni penes nomina re-

cenſentur. Panciroli, Budæi, & Tholoſani, vel corriguntur lapſus, vel certe dicta declarantur.

SVMMARIA.

1 *Magiſtratus nocturni, qui.*
2 *Comites Romani fuerunt ex nocturnis vigilibus.*
3 *Triumuiri nocturni.*
4 *Præfecti vigilum.*
5 *Prætor populi nocturnus.*
6 *Nyctoſtrategi.*
7 *Nyctoſtrategi, non Nicoſtrategi ex Pancirolo.*
Sed vtroq; modo legi poteſt eſt Authore, nu. 8.
9 *Nyctoſtrategi nocturni milites ex Budæo.*
Declarat Author, nu. 12.
10 *ϛρατηγία tam militationem, quam præturam importat.*
11 *Nyctoſtrategi inter magiſtratus enumerati.*
13 *Ædiles magiſtratuum nocturnorum muneri ſucceſſerunt ex Tholoſ.*
Contrarium ſentit Author, nu. 14.
15 *Aediles ex magiſtratibus nocturnis deligebantur.*
16 *Ædiles &*
Tribuni plebis interueniebant interdum cum magiſtratibus nocturnis.
17 *Ædiles aliqui nocturni.*

1 MAgiſtratus veſpertinos, † ſeu nocturnos fuiſſe teſtatur *Petrus Gregor. Tholoſ.* poſt alios *ibi allegatos par. 3. Syntag. Iur. vniuerſ. lib. 47. cap. 35. Magiſtratus vrbici, in titu. de præfecto vrbi, in titu. generali de Actio. nume. 10. verſ. Sed & inter Vrbanos præfectos.* Qua de re autem fuerint adinuenti, dicemus *in ſequenti capite*, ſit ſatis modo, quibus nominibus nuncuparentur vniuerſi, breuiter admonere.

2 Comites Romani fuerunt ex † nocturnis vigilibus, de quibus *Caſſiod. lib. 7. Variarum, c. 15. & Tholoſ dict. c. 35 nu. 12. verſ. Nocturni autem.*

Triumuiri

Triumuiri alii, qui tamẽ non ſimpliciter Triumuiri, ſed Triumuiri † nocturni appellabantur, *l.1.ff.de off.praef. Vig.* 3

Praefecti † Vigilum, de quib. *text. in l.2. & 3. ff. eo. de off. praefect. Vig.* 4

Praetores † populi, de quibus Guido Pancirolus *in fine ſuae notitiae, de Magiſtratibus municipalibus, cap.24. Arcendus in titu. de Nyctoſtrategis, & Petrus Grego. Tholoſ. d. par. 3. lib.47. cap 31. a num.* 10. quos forte nocturnos Praetores dixit *Alciat.* cuius quidem indicem, dum cum opere confero, indicat mihi index nocturnum praetorem, ſed is nocturnus praetor in opere latitat, nec enim eum vſquam potui reperire, non vulgari profecto adhibita diligentia. 5

Nyctoſtrategi † recenſentur à *text in l. munerum, §. legati queq; ff. de muner. & honor.* 6

Hic valde tumultuatur alioqui doctiſſimus vir *Guido Pancirolus de Magiſtratibus municipalibus d.c.24.* dicens legendum eſſe † Nyctoſtrategi, non Nycoſtrategi, parum animaduertens, quod vtroq; modo legi poſſit, dum enim Nyctoſtrategi † legimus dictionem illam compoſitam a ſimplici Νύκτωρ græce, latine nocte aduerbium deducimus, dũ vero dicimus Nycoſtrategi, à græco Νυκός, quod eſt nox latine, deflectimus. Quinimo forte vel Nycoſtrategi, vel Nyctiſtrategi, non Nyctoſtrategi legendum eſt, quae enim per Nyct. componuntur, in Nycti ſæpius deſinunt, Νυκτιβίος, id eſt, in nocte viuens. Νυκτικόραξ coruus nocturnus Νυκτολῃσταί, id eſt, latrones nocturni. 7 8

Quæ in re, iure ſaltem hodierno attento, exiſtimo aliqua ex parte, ex alio tamen capite, lapſum etiam eruditiſſimum Budæũ, qui hos † Nyctoſtrategos nocturnos milites appellauit excubias agentes, vt additur ad *l. Munerum §. legati queq; ff. de muneribus, & honoribus.* 9

Scio certe, quod † ϛρατηγία apud Græcos tam militationem, quam præturam importat, non video tamen quomodo militatio inter magiſtratus adnumeretur, inter quos tamen enumerantur † Nyctoſtrategi, *gloſſ. in l. 2. §. Deinde Cornelius, in verbo Magiſtratus ff. de orig. Iur & tex. in l.2. ff. de off. præfect. Vig.* 10 11

12 Dico ergo hos † Nyctoſtrategos, ab initio quidem recte nocturnos milites dictos eſſe, nec enim ab initio erant magiſtratus, *tex. in d. §. Deinde Cornelius, cum gloſſ. in Verbo Magiſtratus*, hodie vero nocturnos prætores nuncupandos, per ea, quæ ſuperius dicta ſunt.

13 Horum tandem Magiſtratuum nocturnorum muneri ſucceſſiſſe † Aediles teſtatur *Greg. Tholoſ. in par. 3. Synt. Iur. lib. 47. c. 35 num. 10. Verſ. Quorum poſtea muneri Aediles ſucceſſerunt.*

14 Sed † parcat, & oculatiſſimus Tholoſanus, ni ego hallucinor, nec enim Aediles muneri Magiſtratuum nocturnorum ſucceſſerunt, ſed ex Magiſtratibus nocturnis Ae-
15 diles † deligebantur *l. 2. §. Deinde Cornelius, Verſ Nam præfectus ff. de origin. Iur.* Bene interdum cum Magiſtratibus
16 nocturnis interueniebant & † Aediles, quemadmodum, & Tribuni plebis, vt aperte legitur apud *Paulum in l. 1. ff. de off. præfect. Vig.*

17 Aediles tamen fuerunt † Magiſtratus quidam nocturni, de quibus in ſequenti capite.

Atq; hæc de Nocturnorum magiſtratuum nominibus ſatis. Accedamus autem ad eorundem magiſtratuum nocturnorum munera.

CAPVT XLVIII.

De Magiſtratibus quo ad munera.

ARGVMENTVM.

Magiſtratuum nocturnorum prouinciæ ſigillatim obſeruatæ.

SVMMARIA.

1 *Magiſtratus nocturni cur adinuenti.*
2 *Comitum Romanorum prouincia.*
3 *Triumuiri nocturni qua de re creati.*
4 *Præfecti Vigilum cura.*
5 *Prætores populi eundem penſum habebant, quem Præfecti Vigilum.*

Nycto-

6 *Nyctoſtrategorum, ſeu*
Triumuirorum munus.

7 *Aediles generales, interdum cum triumuiris nocturna incendia arcebant.*

8 *Aediles particulares nocturnas vigilias ad ſacras ædes agebant.*

FVerunt autem adinuenti magiſtratus † nocturni, vt 1
quo nocturno tempore apparere Magiſtratus inconueniens iudicabatur, vices ipſi Magiſtratuum obirent. Et quidem ad varia munera deſtinati.

Comites etenim Romani, cuiuſq; comitiue milites † in- 2
uigilare debebant nocte, ne ſtatuæ dimouerentur locis ſuis, neue ſepulchrorum monumenta furto auferrentur, inſidianteſque priuatorum fortunis, & mœnibus puniebant, rei veritate diſcuſſa, *Caſſiodorus libro ſeptimo, Variar. capit. XI. Petrus Gregor. Tholoſ. par. 3. ſyntagm. Iur. lib. 47. in titu. generali de Action. capit. 35. Magiſtratus Vrbicus, numero 12. Verſ. Noctu autem etiam aperti, [illegible] particul. de Præfecto vrbi.*

Triumuiri nocturni, ea de † re creati fuerunt, vt excu- 3
bias noctu agerent, ne incendia fierent, *tex. in l. 1. de off. præf. vig. Thol. d. c. 35. num. 10. Verſ. Sed & inter Vrbanos, Guido Pancirolus in fine Notitiæ de Magiſtratibus Municipalibus, c. 24. Attende ea quæ dicam in tit. de Nyctoſtrategis.*

Præfecti † vigilum a Cæſare conſtituti vt notionem 4
haberent de nocturnis furibus, effractoribus, incēdiariis, de [illegible] in capſarios, qui ſuſcipiebant in balneis cuſtodienda veſtimenta, ii noctu excubias faciebant, & vrbem peragrantes ferebant hamos, & dolabras, *tex. in titu. ff. de off. præf. vig. præcipue l. nam ſalutem Thol. d. ca. 35. num. 11. Verſ. Et cum præfecto, Pancirolus d. c. 24. Verſ. Romæ Vero præfectus Vigilum.*

Prætores populi eundem † habuiſſe penſum, quē Præ- 5
fecti vigilum, teſtatur *Pancirol. d. c. 24. in fin.*

Nyctoſtrategos græce, latine † Triumuiros illos no- 6
cturnos ad arcenda incendia delectos dicit *Pancirol. eod. cap. 24. in princ.*

7 Aediles † generales, qui interdum interueniebant cum Triumuiris ad arcenda nocturna incendia, *l. 1. ff. de offic. præfect. Vigil. Tholoſ. part. 3. ſyntag. lib. 47. in titu. de Aedilibus, c. 31. nu. 9. in fin. Verſ. Proſpiciebant, & ædiles.* Aediles in-
8 ſuper quidam † particulares, quibus præcipiebatur, vt noctu vigilias agerent ad ædes ſacras, de quibus Cicero *in Vatinium.*

CAPVT XLIX.

De Magiſtratibus, quo ad Honorarium

ARGVMENTVM.

Magiſtratus nocturnos, nocturnaſq; cuſtodias munus eſſe perſonale. Vtilitas.

SVMMARIA.

1 *Papiæ ſtatutum de nocturnis cuſtodijs, & Magiſtratuum honorarijs.*

2 *Cuſtodiæ, & Magiſtratus nocturni dicuntur munera perſonalia.*

1 EXſtat municipale ius † Papiæ *in ſtatutis ciuilibus, ſub Rub. 132. Ad tollendũ, in fin.* in hęc verba, Cuſtodiæ vero nocturnæ, & diurnæ, & ſalaria Poteſtatum diuidantur per capita tantum, & non pro hauere.

Idem omnino dicendum eſt de Iure communi, quan-
2 doquidem hæ † cuſtodiæ munus perſonale appellantur, *l. munerum § legari ff. de mun. & honor. Guido Pancirolus in fine Notitiæ, de Magiſtratibus Municipalibus, c. 24. Arcendis incendijs.*

CAPVT L.

De Excubiis.

ARGVMENTVM.

Excubiæ vnde dictæ. Quid differant Ex-

cubiæ

cubiæ, Vigiliæ, & Cuſtodiæ. Quis ordo in nocturnis cuſtodiis; quæ pœna negligentis, quis ad excubandum, etiam inuitus poſſit accerſiri, licet alias immunis.

Svmmaria.

1 *Excubiæ ab excubando dictæ.*
2 *Excubare eſt foris cubare, &c.*
3 *Excubiæ interdum Vigiliæ, interdum cuſtodiæ dictæ.*
4 *Cuſtodia eſt communis ad nocturnam, & diurnam.*
5 *Excubiarum,*
Vigiliarum, &
Cuſtodiarum prouincia, remiſſiue.
6 *Excubiæ. Theſſaloni locus plenus de excubiis nocturnis.*
7 *Vigiles, iis qui noctu circumeunt, notas dant, & teſſeras.*
8 *Excubiæ cuſtodiam relinquentes fuſte cæduntur.*
9 *Excubiis nocturnis ignes debiti.*
10 *Leonis Baſilii Imperatoris filii factum ſingulare ad excubias nocturnas experiundas.*
11 *Excubias gerere qui cogi poſſit, & quando licet immunis.*

Excvbias ab † excubando dictas eſſe ſatis manife- 1
ſtum eſt, excubant autem, qui extra, ſeu † foris cu- 2
bant, ſeu extra cubile ſunt. Alio nomine Vigiliæ appellan-
tur, Cuſtodiæ † etiam interdum. Et licet excubiæ ali- 3
quando diurnæ, Vigiliæque diurnæ ab interpretibus di-
cantur, inepte tamen, cum quilibet excubet interdiu at-
que euigilet. Cuſtodiæ melius diurnæ modo, modo no-
cturnæ appellantur, cum cuſtodia ab vtroque abſtrahat
tempore, atque omnibus † inſeruiat horis, in potentiori 4
tamen ſignificato, cuſtodias nocturnas ſignificat Cuſto-
dia ſimpliciter dicta, quia eo potiſſimum tempore cuſto-
diarum operâ, fideique eſt opus. Vnde Virgil. *lib. 9. Æneid.*

Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos
Collucent ignes: noctem cuſtodia ducit
Inſomnem ludo.

5 Quod eſſet † Excubiarum, Vigiliarum, & Cuſtodiarum munus dictum eſt *in cap. de magiſtratibus nocturnis quo ad munera.*

Hoc tamen loco nec debeo, nec poſſum ſilentio præterire pulcherrimum † *Tholoſſani* locum *de Excubiis nocturnis*, poſt *Polybium lib. 6. in hæc verba.* Caſtris metatis Tribuni exigunt a ſingulis nihil furto è caſtris ablaturos: poſtea excubias circa caſtra vallata ponunt, vigilias, & circuitiones noctu agunt, ſcilicet Romani. Aliqui præcedenti die admoniti per ſingulas vigilias, & alii certas circuunt, alii poſt eos, Qui circuit à ſingulis † vigilibus accipit notas, & ſuas teſſeras, ſi inueniat vigiles dormientes, vel reliquiſſe cuſtodiam, cum ſociis atteſtationes accepit, & mane apud Tribunos producit teſſeras, ex quibus cognoſcitur, qui reliquerint cuſtodiam, & Tribuno cuſtodiæ vocato, res agitatur: ſi damnetur, fuſte † cæditur, ſequitur *Tholoſſ.* poſt *Diodorum Sicul. lib. 23.* fuiſſe in caſtris vigilias quatuor ternarum horarum, vbi & ſingulis † ignes noctu. Et ne ſingula recenſeam Tholoſſanumq; huc totum referre velle videar, id tandem ſit ſatis, quod ibidem obſeruat *ex Luitprando Tonnenſi de rebus per Europam geſtis, lib. 1. cap* 3. Leonem ſcilicet † Baſilii Imperatoris filium, vt experiretur diligentiam cuſtodiarum, & excubiarum, quæ ob metum vicinarum gentium diſponuntur ſingulis noctibus per ciuitatem Conſtantinopolin, edicto, vt ſi quis noctu eat, cæſus carceribus mancipetur, vt poſtea mane de eo iudicium habeatur ipſummet incognitum, ſolum noctu in cuſtodias data opera ſe conieciſſe, dicentem ſe proficiſci in lupanar, & corrupta prima cuſtodia duodecim aureis proceſſiſſe: incidiſſeque in ſecundam, quam & viginti aureis datis euaſit, in tertiam poſtea venientem, cæſum & carceribus mancipatum. Verum ipſe ſe declarans carcerum Præfecto, in ſedem veniens poſtea, exilio mulctauit primam, & ſecundam cuſtodiam, & tertiæ harum, & alia bona dedit.

Hæc

Hic Tholoſſan. part. 2. ſyntag. iur. Vniuerſ. in tit. generali, de Perſonis lib. 19. cap. 11. Milites inter caetera, num. 3. & 4. Verſi. Qui excubias Palatii.

Quis autem ad excubias poſſit † compelli, etiam alias 11
immunis, & quo tempore, vide latè eundem *Tholoſſan. in dicto ſyntag. iur. Vniuerſ. lib. 6. cap. 3. num. 16. cum ſequentib. lib. 8. cap. 8. num. 4. lib. 18. lib. 9. cap. 6. num. 29. & dicto lib. 19. cap. 11. Specul. in tit. de accuſat. § 5. ad fin. Bened. in repetit. cap. Raynutius, col. 4. de teſtam.*

CAPVT LI.

De Canibus.

ARGVMENTVM.

Canes nocturnas cuſtodias exercentes, obdormientes, furca Romae fixos, & quare.

SVMMARIA.

1 *Canes nocturni vigiles Romae.*
2 *Canes noctu obdormientes furcis fixos, & ſuſpenſos.*

SED & cuſtodias nocturnas † canes exercuiſſe, publi- 1
ceque Romae in Capitolio alitos, vt ſignificarent, ſi fures venirent, ſcripſit Cicero *pro Sexto Roſcio*, cuius loci licet non meminerit *Tholoſſ.* mox allegandus, ipſe tamen idem ex *Liuio*, & *Plinio* teſtatur. Amplius dicit *Tholoſſan.* hos canes ad cuſtodias nocturnas retentos, cum obdor-
miſſent nec detexiſſent hoſtium aduentum, Romae † fur- 2
ca fixos & ſuſpenſos fuiſſe, vt hominibus exemplo eſſent, non eſſe cuſtodias, & vigilias ſegniter agendas, vel omittendas, *Tholoſſ. par. 2. ſyntag. iur. Vniuerſ. in tit. generali de Perſonis, lib. 19. cap. 11. Milites inter caetera, num. 4. Verſic. Apud Plinium.*

CAPVT LII.

De Latronum excubiis.

ARGVMENTVM.

Latrones ſortes ductos noctibus ad propriam ſalutem vt excubarent.

SVMMARIA.

1 *Excubiæ nocturnæ, quæ de re adinuentæ.*
2 *Latrones noctibus excubantes, ne deprehenderentur.*

EXcvbiæ nocturnæ quanquam ea potiſſimum de
1 † re fuerint introductæ, vt inde ſaluti, commodiſque Reipub. ſatis eſſet conſultum, non defuerunt tamen ſceleſtiores homines, qui eiſdem fuerint abuſi ad eiuſdem Reipub. incommodum, & ruinam. Scribit itaque *Apuleius, lib.4. Meta.* de quo *Tiraquel. de iure primogen.*
2 *opin.1.quæſt.17.nu.83. Verſic.Iuſtinus, lib.1.* Latrones † ſorte ductos fuiſſe, noctibus vt excubarent, ſpeculandi gratia, ne ſcilicet inuenti latrones deprehenderentur.

CAPVT LIII.

De Accuſationibus, & Inquiſitionibus.

ARGVMENTVM.

Nocturna delicta, quis poſſit accuſando detegere. Accuſans aut inquirens iudex de nocturno crimine, à quibus ſedulo debeat præcauere.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Accuſatio requirit temporis qualitatem.*

2 *Nocturnum tempus interdum eſt circumſtantia aggrauans, interdum alterans.*

3 *Accuſator tenetur exprimere, & probare nocturni temporis qualitatem, Vbi eſt circumſtantia alterans.*

Secus eſt in circumſtantia aggrauante, num.4.

Quam tamen ſi exprimat accuſator, tenebitur etiam probare, num.5.

Quod diſplicet Claro, num.6.

Reprehenditur Clarus, & in quo, num.8.

7 *Accuſatus cum qualitate nocturni temporis, de delicto, quod eſt delictum de ſui natura, non probato tempore, non ideo abſoluitur.*

8 *Accuſans aliquem de delicto cum qualitate nocturni temporis, addat clauſulam, Non ſe adſtringendo, &c.*

10 *Accuſans aliquem cum qualitate nocturni temporis, debet clare, & ſpecifice horam, & horæ qualitatem exprimere.*

11 *Accuſans de delictorum qualitate nocturni temporis, ſi delictum mitius altera noctis hora puniatur, ea præſumetur hora deliquiſſe, qua mitius puniatur.*

12 *Accuſatus, quod commiſerit delictum a prima hora noctis, intelligitur poſt finitam horam.*

13 *Accuſare non poteſt euntem de nocte is, qui & ipſe nocturno inceſſerit tempore.*

14 *Inquirens Iudex, & in inquiſitione dicens, poſt ſonum Campanæ, non intelligitur poſt finitum, niſi addat.*

15 *Inquiſitus de crimine nocturno, abſoluitur ſi probetur commiſſum de die.*

16 *Inquiſitus quod cum enſe percuſſerit, abſoluitur, ſi probetur percuſſum cum baculo.*

17 *Inquiſitus, quod percuſſerit in facie abſoluitur, ſi probetur percuſſo in humeris.*

18 *Inquiſitus abſoluitur probata diuerſitate factorum.*

Declarantur hæc omnia ab Authore, num.19.

20 Inqui-

20 Inquiſitio non procedit niſi præcedente infamia.
21 Accuſatio procedit, etiam non præcedente infamia.

INTER ea pleraque, quæ tum ex iure communi, tum ex inueterato cuiuslibet ditionis ſtylo in accuſationibus
1 requiruntur, non modici eſt momenti qualitas † temporis, quam cum alibi *in cap. de nolo*, exactiſſime conſiderauerimus, hic illud tantum commonuiſſe ſufficiat, quod ad noſtrum pertinet inſtitutum.
2 Quoniam nocturnum tempus, interdum eſt † circumſtantia aggrauans, interdum alterans, vt dictum eſt *in cap. de Circumſtantiis*, licet teneatur accuſator reſpectu no-
3 cturni temporis † alterantis, illud & exprimere in accuſatione, & ſimul probare, vt dictum fuit *ibid.* vbi tamen eſt
4 circumſtantia † aggrauans, vt de vulnere illato de nocte, quod vulnus eſt delictum, etiam abſque nocturni temporis qualitate, caueat omnino accuſator, ne vulnus coniungat cum nocturni temporis qualitate: etiam ſi accuſator Iudici detulerit aliquem, quod noctis tempore intulerit vulnus, conſtito de vulnere, non probata nocturni
5 ni temporis qualitate, † reiicietur accuſator, *Bart. quæſt. 17. Iure municipali*, faciunt dicta *Marſil. in tract. de ſideiuſſ. num. 17. Verſic. Et pro iſtis facit, post Aretin. de Maleficiis, in Verbo, Anno præſenti Verſic. Secundo quæro, Bart. in l. Is qui reus, num. 9. ff. de public. iud.* de* communi poſt *Bertrand. conſil 217. num. 2. lib. 6.* teſtatur *Clar. lib. 5. recept. ſentent. quæſt. 12. Hactenus de inquiſitione, num. 14. Verſic. Sed quidi ſi accuſator.*
Et licet Clarus *loco cit. Verſic. Quæ tamen opinio*, dicat,
6 quod hæc opinio ſibi nunquam † placuit, credens, quod
* cum magna difficultate poſſet ſuſtineri in * practica, addens, quod vbi ageretur de eo, quod eſſet ita delictum de die, vt de nocte, ſeu tam in vno die, quam in alio; probato delicto, non tamen probata qualitate, crederet adhuc reum
7 non ideo eſſet abſoluendum. Bene † dicit non eſſe ideo eſſe abſoluendum: Sed pace tanti viri, non bene alterum
8 ex altero † deducit, dicit enim communem ſibi non placere, dum vult quod accuſator ſuccumbat, ſubdens dic-
quod

Google

quod imo reus non eſt abſoluendus. Sed certe cumulantur hæc duo, & ſimul eſſe poſſunt, vt reus ſuccumbat, & reus condemnetur, id eſt, non ad inſtantiam accuſatoris, ſed ex iudicis inquiſitione, vt latius diximus *in cap. de Circumſtantia*.

Quare bonum erit, ſi accuſator poſteaquam vulnus illatum cum circumſtantia nocturni temporis detulerit, ſubiiciat clauſulam illã ſalutarem, † Non ſe adſtringendo, &c. *Clar. ibi in cit.* 9

Caueat etiam accuſator, dum aliquem defert occaſione eius, quod nõ eſt delictum, niſi ratione nocturni temporis, vel ratione eius, cuius pœna ex nocturno tempore duplicetur, vt clare, & † ſpecifice horam criminis, & horæ declaret qualitatem, *Bar. in l. 1. §. hoc autem, num. 4. ff. ad Syllan.* Idem *in l. aut facta. §. tempus, num. 2. ff. de pæn.* Quare ſi accuſator quiſpiam deferat aliquem de ſero deliquiſſe, debet addere quo tempore tenebræ denſiores erant ſuper terram, ita, quod homines de facili non cognoſcebantur, alias vel totalis ſequetur abſolutio in primo genere delicti, vel in poſteriore pœna delicti ſimpla erit, *Iaſ. in l. Titius, §. Lucius, num 17. Verſic. Tu dic, quod tunc ff. de lib. & poſthum.* & de * communi *ibid. num 18. Verſic. Item non.* Idem *Iaſ. in l. More, num. 18. Verſic. Et ſi in aliqua. ibid. Alex. in. num. 6. Verſic. Quid autem. ff. de fer. Bald. in l. 2. ad fin. C. quibus res iud. Feder. de Senis quaeſt. 44. Statuto cauetur, num. 2. Verſic. Nam tunc dies, Bologn. conſil. 17. Licet alias in præſenti, num. 11. Verſic. iſto tamen caſu. Natta conſil. 27. Ex lat. decretum, num. 4. Verſic. In contrarium, & num. 5. Verſic. Et quia qualitas*, & ita fuiſſe * iudicatum dixit Clar. *lib. 5. recept. ſentent. § fin. quaeſt. 72. in Verbo, Statutum vel 9. num. 4.* 10 * *

Animaduertat inſuper, & diligenter, quod, ſi illud deferat delictum, quod altera noctis hora, vel nullo punitur pacto, vel minus, altera vero grauius animaduertitur, niſi & noctis determinatã addat horam, qua crimen commiſſum eſt, ea in † dubio cenſebitur noctis hora perpetratus actus, qua vel nulli ſubiaceat pœnæ, vel mitiori ſubiciatur, *Feder. de Senis quaeſt. 44. Statuto cauetur, num. 2. Verſic.* 11

Nam

Nam tunc, faciunt dicta Crauet. conſil. 205. Pernoctatio, nu- ¤ *10. Verſic. Vbi ſi acrius*, & de* communi *D. Cotta in ſuis Memorabilib. in Verbo, Diem, Verſic. Sed ne videamur.*

12 Si quis tamen detulerit, quod † a prima hora noctis commiſſum eſt delictum, intelligitur a prima hora finita, *Franciſc. Aret. conſil. 72. Diligenter, & mature, num. 5. Verſic. Item praedictus*; ſed de hoc dicendum erit *in cap. de Dictionibus.*

Sed neque illud ſilentio prætereundum, quod ſtante ſtatuto, ne quis poſſit nocturnis horis incedere, non po-
13 terit quis euntem de nocte, ſi ipſe de † nocte ierit, aut accuſare, aut contra eum teſtificari, *Felin. in cap. prudentiam, in princ. Verſic. Et qui vadit de nocte, de mutuis petit.*

Sed & iudex inquirens, licet ampliores, ac laxiores habenas habeat, quam accuſator, ipſe tamen, & caueat ratione nocturni temporis in formanda inquiſitione, ſiquidem ſtante ſtatuto, vt poſt ſonum cāpanæ finitum pœnæ
14 duplicentur ſi iudex inquirat, & dicat † poſt ſonum campanæ, nec addat dictionem illam finitum, non concludet ad duplicandam pœnam, *Angel. de Maleſic. in Verbo, De nocte, vt mandatum exequi, num. 2. in fin. Verſic. Et facit ad ſtatutum, per notata in l. 2. §. appellata, ff. ſi cert. pet. & in l. In inſulam, §. fructus, ff. ſol. matrim.*

Sed de hoc latius *in cap. de Dictionibus.*

15 Rurſum inquiſitio de crimine † nocturno non procedit, ſi probatur fuiſſe commiſſum de die, *Flor. in l. ſi communem, §. ſi is, qui, ff. quemadmodum ſeruit. amit.* quod pulchro ſimili comprobatur, ſiquidem inquiſitio de percuſ-
16 ſione, quod cum † enſe fuerit facta, non procedit, ſi probatur percuſſio cum baculo; atque inquiſitio de percuſ-
17 ſione in † facie non procedit, ſi probetur facta percuſſio in humeris, ex diuerſitate enim factorum debet iudex in-
18 quiſitum † abſoluere, *Flor. in l. is cuius, in princ. ff. quemadmodum ſeruit. amit.*

Quod verum intelligo in inquiſitione largo modo
19 ſumpta, ad inſtantiam ſcilicet accuſatoris, ſecus ex † Iudicis officio, ne delicta impunita remaneant, ſic etiam forte colludentibus aliquādo iis, quorum intereſt. Videri

poſſunt

poſſunt ea, quæ ſcripſimus *in capite, de Circumſtantiis.*

Eſt autem non modica differentia reſpectu criminis noctutni, & aliorum occultorum criminum, inter accuſationem, & inquiſitionem, quod Inquiſitio non procedit, niſi præcedente † infamia, *cap. qualiter, el 2. de accu-* 20
ſat. Accuſatio vero procedit etiam non præcedente † in- 21
famia, modo locus ſit probationibus, *cap. plerunque, 2. quæſtione 7.*

CAPVT LIV.

De Syndico.

ARGVMENTVM.

Syndicus an maleficium in turba commiſſum Iuſdicenti denunciare teneatur; aduerſus Baldum negatiue concluditur. An autem nocturnum; reiecta communi, quæ eſt negatiua, affirmatiue concluditur.

SVMMARIA.

1 *Syndicus dicitur patriæ defenſor.*
2 *Syndicatum prouincia remiſſiue.*
3 *Syndicus tenetur maleficia Iuſdicenti denunciare.*
4 *Syndicus ea non tenetur maleficia denunciare quæ in loco ſubterraneo contigerint.*
5 *Syndicus non tenetur denunciare maleficium commiſſum in turba.*
Contrarium voluit Baldus, num. 6.
7 *Denunciandi ſunt omnes, qui maleficio interfuerint.*
8 *Homicidium, quando vniuerſos aggredientes obliget.*

 9 *Gloſſ.*

9 *Gloſſ.in l.ſi cum exceptione, §.in hac actione, ff.quod met. cauſ.à Baldo immunis vindicatur.*

10 *Text.in l.item Mela §.ſed ſi plures, ff.ad leg.Aquil. Tex. in l.ſi rixa, ff.de ſicar.declaratur.*

11 *Dictio A, & dictio In, in ordine ad multitudinem, quomodo differant.*

12 *Syndicus non tenetur denunciare maleficium commiſſum nocturno tempore.*

Contrarium ſuſtinet author, num.14.

13 *Syndicus non tenetur denunciare malefacientem nocturno tempore.*

Maleficium quomodo ſit actus, & tranſiens, & permanens, ibid.

15 *Maleficium, & malefactor, quomodo ſint ſeparabilia, & quomodo inſeparabilia.*

16 *Maleficium denuncians, quomodo dicatur denunciare etiam malefactorem.*

17 *Denuncians maleficia, non tenetur offerre libellum.*

18 *Libellus non requiritur in denunciationibus.*

Niſi negante reo, num.19.

20 *Denuncians ſyndicus, an ſe ſubſcribere teneatur.*

21 *Syndicus denuncians quià probet, & quomodo probet.*

1 SYNDICVM certiſſimum patriæ † defenſorem plura pro patria ſubire munera ſatis eſt exploratum, quæ ſi-
2 gillatim videri poterunt, cum ſuis † circumſtantiis, apud *Tholoſſan.part.3.Syntag.iur.vniuer in tit.generali de actionibus, lib.49.cap.5. in tit.particulari,* De quibuſdam aliis ſpeciebus procuratorum ad lites, vt de ſyndico, Actore, *per totum, Petrum Folier. conſil.75.In cauſſa Mag. Domini num.9.verſi. Accedat prædictis, inter conſilia criminalia diuerſorum Ziletti, lib.2.Bart.Bertaz. conſil.crimin.385. Negari non poteſt, vol.2. Rub. Alexand.de poteſt. procur. & defenſ.in cap.crimin. num.153. verſic. Sed maior eſt difficultas, Nell.a S.Geminian.de Bannitis, num.55. verſ.Quinquageſimoquinto incipiam, Franc. Caſon. in tit.de denunciatione, cap.7. Dictum eſt ſupra, à num.4. verſ Syndici vill. & m. Alba.conſil. 186. Quoad ea, num.5. verſic. Et videmus, quod*

contin...

communitatem, Idem conſil. 303. Eſt aduertendum, per totum, vbi Amarhal. plures addit in Verbo, Adminiſtratores, Alex. conſil. 22. Viſo inſtrumento, num. 9. Verſic. Quibus tutoribus, lib. 1. vbi alii adduntur. Hi ſufficiant.

Atque inter alia ex forma ſtatutorum Italiæ tenetur ſyndicus ea † denunciare Iudici maleficia, quæ in ſua vicinia contigerunt, ſi in vrbe; vel in ſua communitate, ſi ruri. Quam rem variis declarat quæſtionibus *Aretin. in tract. de Malefic. in Verbo, ad denunciandum, Clar. libro 5. recept. ſentent. § fin. quæſt. 7. Verſic. Sitas autem, Proſper Farinac. in tit. de Accuſatione, quæſt. 16. num. 16. Verſic. Limita primo,* vbi poſt Marian. Socin. *in cap. qualiter, & quando, num. 30. de accuſat.* teſtatur ita hodie communiter * per Italiam ſeruari. 3

Excuſatur autem ſyndicus, ſi non denunciat, tribus potiſſimum in caſibus.

Primus eſt caſus, quoties in loco † ſubterraneo, vel abſcondito quouis alio loco maleficium commiſſum eſt, excuſatur etenim tunc ſyndicus, qui maleficium non denunciauerit, *tex. in l. ſemper, §. ſepulchro, ff. quod vi, aut clam, Angel. in l. ſi cum exceptione, §. in hac actione, num. 2. Verſic. Et nota bene hanc gloſſ. ff. quod met. cauſ.* 4

Secundus caſus, quando patratur maleficium in † turba, quia ſicite ignoratur quis malefecerit, *Angel. in d. l. ſi cum exceptione, § in hac actione, num. 2. Verſic. Et nota bene hanc gloſſ. ff. quod met. cauſ. gloſſ. ibid. in Verbo, Ignorantiam,* & omnes fere doctores *inferius* allegandi. Sed in contrarium eſt opinio † *Baldi addentis ad Specul. in tit. de Accuſatore, Verſic. Sed nunquid eum excuſet, quod propter tumultum ſciri non poteſt, quis fecerit?* qui recenſita opinione recitatæ gl. concludit, quod teneatur † denunciare omnes, qui maleficio interfuerunt, citat priori loco *text. in l. item Mela, § ſed ſi plures, ff. ad leg. Aquil.* Sed ſi plures, inquit tex. ſeruum percuſſerint, vtrum omnes, quaſi occiderint teneantur, videamus. Et ſiquidem apparet cuius ictu perierit, ille quaſi occiderit tenetur: quod ſi non apparet omnes † quaſi occiderint, teneri Iulianus ait; adducit & poſteriore loco *text. in l. ſi rixa, ff. de ſicariis.* Si in rixa, *inquit* 5 6 7 8

quit text. percuſſus homo perierit: ictus vniuſcuiuſque in hoc collectorum contemplari oportet.

Sed certe propter hæc iura non eſſe recedendum ab
9 opinione † *gloſſ. in dicta l. ſi cum exceptione, §. in hac actione, ff. quod met. cauſ.* quæ loquitur de delicto facto in multitudine hominum, vt licite ignoretur, quis deliquerit, iu-
10 ra vero allegata à Baldo loquuntur † de delicto commiſſo à multitudine hominum, quo caſu vel omnes deliquerunt, vel certe omnes quaſi deliquerunt. Et rationem differentiæ, ſi ea placeat, eam eſſe opinor, quia cum deli-
11 ctum fit † in multitudine, non conſtat de delinquente, nec de quaſi delinquente, ideo eſt totalis ignorantia; cum vero delictum fit à multitudine, tunc ſi non conſtet de delinquente, conſtat tamen de quaſi delinquente, cum omnes quaſi delinquant.

Tertius eſt caſus, quando delictum nocturno com-
12 mittitur tempore, licite enim tunc delinquens † ignoratur, nec ſyndicus tenetur maleficium denunciare, *gloſſ. in dicta l. ſi cum exceptione, §. in hac actione, cum gloſſ. in verbo, Ignorantiam, ff. quod met. cauſ. Bald. in l. 1. §. occiſorum, num. 1. ff. ad Syllan. Alexand. conſil. 24. Animaduerſis his, num 9. verſic. & dicit Angelus, lib. 2. Rolan. à Valle conſil. 7. In cauſſa Antonii, num 32. verſic. Et ideo dicit, vol. 1. Angel. & do-*
* *ctores* * communiter *in dicta l. ſi cum exceptione. § in hac actione, num. 2. verſic. Et nota bene hanc gloſſ. ff. quod metus cauſ. Franciſc. Marcus deciſ. 764. Quæritur, quia num. 1. par. 2. & deciſ. 765. Quæritur, ſi iſti ſyndici num 4. eadem part. 2. Speculat. in tit. de accuſat. in princ. num. 37. ſeu rectius Bald. ibid. addens col. penult. verſic. Sed nunquid excuſant tenebræ noctis. Aret. conſil. 57. Diligenter & copioſiſſime, num. 1. verſic. Similiter etiam dicimus*, ex eo quod impoſſibilitas denunciandi vel ratione impedimenti, vel ratione ignorationis, loco denunciationis ſuccedit, & excuſat ſyndicum, *Aret. loco cit. per text. in l. 2. § ſi mater, verſic. Quod ſi habens, & §. qui conieſtim, ff. ad Tertull. ita etiam Angel. & Alexand. de quibus Roland. à Valle conſil. 7. In cauſſa, num. 32. verſic. Et ideo, vol. 1.*

13 Quod verum intelligo, ne teneatur denunciare † malefactorem,

lefactoré eſt actus tranſiens, ſecus arbitror in ipſo † ma- 14
leficio paſſiue, quod eſt actus permanens, & ita reperi de-
inde tenentem *Speculat. in tit. de accuſat. in princ num. 37.*
ſeu Bald. mihi ibid. col. penult. verſic. Sed quid procedit. atque
eundem Bald. in l. ſi ea quæſtio, num. 3 verſic. Tu dic, quod de-
bet, C. de his quibus vt indign.

Nec hoc caſu diſtinguerem ego, an ſtatutum obliga-
ret ſyndicum ad denunciandum maleficium, an vero ad
denunciandum malefactorem, quia licet non compella-
tur ex pœna indicta, & comminata ſyndicus ad denun-
ciandum malefactorem, quia tamen malefactor non eſt
niſi in ordine ad maleficium, nec poterit denunciari ma-
lefactor, niſi etiam maleficium detegatur, ideo ſaltem te-
nebitur maleficium denunciare, nec alterum inutile per
alterum reſtituetur, quia licet malefactor, & maleficium
ſint † inſeparabilia reſpectu eſſentiæ, reſpectu tamen co- 15
gnitionis malefactor quidem non eſt ſeparatus a malefi-
cio, maleficium autem eſt ſeparatum a malefactore.

Addo, quod qui denunciat maleficium, cenſetur etiam
denunciare † malefactorem, ſi non ſimpliciter, & explici- 16
te, ſaltem ſecundum quid, & implicite ratione futuræ ali-
quando inquiſitionis, quod non eſt, quoties non denun-
ciatur maleficium, cum eo caſu nulla ſcripturæ notula
commendetur, & maleficium paulatim deliteſcat, illiuſ-
que literis non conſignata memoria indies langueſcat,
tandemque prorſus expiret.

Si tamen eiuſmodi denunciet maleficia ſyndicus, non
† tenebitur offerre libellum, ita in puncto *Specul. in tit. de* 17
Conſtitut. in princip. Quoniam in denunciationibus non
requiritur † libellus, *Speculat. loco cit. & in tit. de accuſat.* 18
§. 1. num. 4. per text. in cap. nouit, ad fin. de Iud. Niſi poſt de-
nunciationem neget reus malefactum, quia tunc for-
mandus erit † libellus, *Speculat. in tit. de denunciat. §. fin.* 19
in fin. Idem in tit. de libelli concept. §. 9. Nunc dicendum, nu.
2. verſic. Si vero aliquis.

An vero ſe † ſubſcribere teneatur, ne in ſingulis quæ- 20
ſtionibus tractatum quempiam conficere velle videa-
mur, vide omnino *Tiber. Decian. poſt alios ibi allegat. in*

tract.crimin.part.1.lib.3.Alieno nomine,quando liceat accuſatori, cap.36. Conſtituatur regula, num. 8. verſic. Extende tertio.fol.143.col.4.

21 Quanquam tandem faciant † probationem, & quid probare teneantur ſyndici maleficia denunciantes, videbimus *in cap. de Campario.*

CAPVT LV.

De Præſcriptionibus.

ARGVMENTVM.

Quanto temporis interuallo commiſſi criminis accuſatio præſcribatur, aut eiuſdem inquiſitio. An idem ſit iudicium de omnibus delictis. Quid de nocturno crimine ſentiendum.

SVMMARIA.

1 *Adulterium præſcribitur ſpatio quinque annorum.*

2 *Adulterium cum inceſtu non præſcribitur, niſi ſpatio 20. annorum.*

3 *Perpetuum crimen iunctum cum temporali facit & temporale perpetuum.*

4 *Adulterium cum vi commiſſum non præſcribitur ſpatio quinque annorum.*

5 *Adultera eſt accuſanda intra ſex menſes vtiles,*

Ita tamen, vt non excedat currens quinquennium, numero 6.

7 *Maleficia præſcribuntur interdum ſpatio decem annorum.*

Ratio adducitur, num. 14.

Fallit pluribus in caſibus, num. 9.

Male-

10 *Maleficia occulta non præſcribuntur ſpatio viginti annorum.*

Communis opinio eſt in contrarium. num. 11.

12 *Iudex in ſyndicatu excuſatur, ſi occulta delicta perſecutus non fuerit.*

13 *Maleficia nocturna, vel in tumultu commiſſa, non præſcribuntur.*

Ratio num. 14.

15 *Maleficia non præſcribuntur ſpatio 20. annorum, etiam reſpectu iudicis inquirentis.*

16 *Nocturna licite ignoratur.*

17 *Præſcripto delicto nō poteſt delinquēs, etiam deinde ſponte confeſſus, puniri.*

18 *Paria ſunt præſcripſiſſe, & fuiſſe abſolutum.*

19 *Maleficium nocturnum non eſt ab iniuriam paſſo denunciandum.*

20 *Syndicus quare nocturna maleficia denūciare teneatur.*

DELICTA, ſeu illorum accuſatio, præſcribuntur modo ſpatio quinq; annnorum, quale eſt † adulterium, 1
de quo *text. in leg. adulter post quinquennium, C. ad legem Iuliam de adulter. text. in l. ob commiſſa, C. eod. text. in l. Mariti, § hoc quinquennium, ff. eod. de adult.* & ita in facti contingentia * iudicatum fuiſſe refert *Papo. lib. 24. tit. 2. Arreſto 2. de quo Clar. lib. 3. recept. ſentent. in §. adulterium, num. 20. verſ. Vnum tamen volo, Tiber. Dec. in tract. crim. lib. 3. de præſcript. temp. &c. cap. 37. Per lapſum annorum, nu. 6. verſi. Limitatur primo.* Quod dictum duas recipit declarationes, & celebres quidem, nunquam eas tacuiſſem. Prima declaratio, vt procedat in ſimplici adulterio, ſecus ſi ſit adulterium cum † inceſtu, quia non minori ſpacio, quam 2
20. annis, præſcribitur *Clar. loco cit.* & *in ſua praxi queſt. 51. Tiber. deciſ. 26. Cum hac quæſtio, num. 13. verſic. Et ſi cum inceſtu ea ratione*, quia vbi ex mixtis duobus delictis eſt aliud perpetuum, aliud vero temporale, illud quod † eſt 3
perpetuum in temporale influens, & illud perpetuum reddit, *Bald. & Salycet. in d. l. adulter, C. de adul. Tiber. Decian. in ſuo tract. crim. lib. 8. de præſcript. temporis, &c.*

cap.37. Per lapſum annorum, num. 2. Verſic. Sed quæro. ea-
4 dem ratione perpetuatur tempus in adulterio, ſi † vi commiſſum fuerit, *Afflict. in tit. quæ ſint regalia, §. condemnatorum, num. 14. in vſib. feudorum, Conrad. in ſua pract. in tit. de ſtuprat. num. 6. Boer. dicta deciſ. 26. Cum hæc quæſtio, num. 14. Verſic. Vbi adulterium per vim, Baiard. ad Clar. in §. adulterium, num. 127. Verſic. Item adde.* Secunda eſt declara-
5 tio, vt procedat reſpectu adulterii accuſandi, ſed † adultera eſt accuſanda intra ſex menſes vtiles, *gloſſ. in dicta l. adulter, C. de adult. Baiard in dicto §. adulterium, num. 124. Verſic. Adde, quod iſtud quinquennium, Decian. dicto lib. 3. cap. 37. num. 6. Verſic.* Quod procedit, ea tamen lege, ne
6 † ſpatium ſex menſium vtilium excedat currens quinquennium.

7 Interdum præſcribuntur ſpatio † decem annorum ex Stephano de Bonaccurſiis inter cōſilia criminalia diuerſorum *Ziletti, conſil. 47 Ad idem in prædictis, nu. 9. Verſic. Eſt igitur duplex concluſio, Vol* 1. interdum ſpatio citeriore, interdum etiam vlteriore, pro delictorum varietate, & ſtatutorum ſanctione.

8 Regulariter autem delicta præſcribuntur ſpatio † viginti annorum, ſiue ſint publica, ſiue priuata, & ne ſex-
* centos allegem, de * communi teſtatur *Anton. Gomez. Variarum reſolut. tom. 3. in tit. de delictis, cap. 1. num. 5. & 6. Viuius in ſuis communibus, in Verbo, Accuſatio falſi,* de ve-
* tiori, & ** magis communi *Boer. deciſ. 26. Cum hæc quæſtio, num. 6. Verſic. Et iſtud eſt communius, & Verius.* & ita
* fuiſſe * ſeruatum ab excellentiſſimo Mediolanenſi Senatu teſtatus eſt *Clar. lib. 5. recept. ſenten. §. fin. quæſt. 51. in prin.*
* & ita fuiſſe * iudicatum per Parlamentum Burdegalenſe teſtatur *Papo, lib. 24. tit. 2. Arreſto primo, de quo Clar. loco cit.* & hanc regulam non ſolum eſſe communem, ſed etiam ſeruatam in iudiciis teſtatur etiam *Flam. Cartar. in ſuo tract. de exeq. ſentent. capto bannito, cap. fin. num 315. Verſic. Quamuis ea ratio, late Proſper Farin. in tit de inquiſitione, quæſt. 20. Inquiri nō poſſe nu. 1. Verſ. Regula prima ſit, late etiam Tib. Decia. in tract. crim. lib. 3. in tit de præſcript. temp. quan. quis repellat. ab accuſ. c. 37. Per lapſum annor in princ.*

Quæ

Quæ regula cum pluribus † fallax, in quibus eiuſmodi præſcriptio non currit, ſcilicet in excipiendo, in foro conſcientiæ, in crimine læſæ maieſtatis diuinæ, læſæ maieſtatis humanæ, in crimine ſuppoſiti partus, in crimine parricidii, aſſaſſinii, ſimoniæ, apoſtatatus, concuſſionis, abortus, falſæ monetæ, aliiſq; exceptis criminibus, de quibus lattiſſime, & doctiſſime per *Farinac. d. quæſtio. 10. Gandiſſal in titu. de Hæreticis, quæſt. 12. num. 2. ad fin. Verſic. Præſcriptio etiam in hoc crimine, Tiber. Decian. in tract. criminal. lib. 5. in titu. de Pæn. bona reſpicientibus, cap. 44. Bona hæreticorum nu. 12. Ver. Publicationi autem bonorum, Idem lib. 3. de Præſcriptione temporis, &c. cap. 37. Per lapſum annorum per totum.* 9

Fallit etiam, quoties delictum † occulto commiſſum eſt, ita, vt non potuerit deuenire in iudiciis, aut accuſatoris notitiam, quia, nec ſpacio 20. annorum præſcribetur. *Bar. in l. cum, qui §. in popularibus, num 7. Verſ. Si enim opus eſt factum clam ff. de Iureiur. Idem in l. 1 C. de ſtrato, lib. 12.* alios adducerem, verum, quia * communis eſt opinio † contra Barto vt teſtatur *Firmanus in Verbo Terminus currit num 20* atque præſcribi tempus, & accuſandi, & inquirendi, etiam contra ignorantem reſpectu occulti delicti ſemplic *Caſtrenſ. con ſ. 183. Videtur, quod iſta accuſatio, nume. 2 Verſ. Nihilominus præfatum tempus, par. 2. Bald. in l. fin. C de dolo, Idem in l. genero ff. de his, qui notantur infamia, late Alex. ad Bart. in l. Labeo, ff ſi quis teſtamen. lib eſſe iuſſ. Ver. Idem Alex. poſt Bal. in l. cum, qui §. in popularibus, num. 12 Verſ. Tangit etiam incidenter ff. de Iureiur. & idemmet Bart. in d. l. Labeo, nu. 2. Verſ. Ad vnum tamen aduerte, de hoc dubitauit.* Licet * omnes in ſyndicatu ea de re concludant iudicem † excuſandum, ſi non inquiſierit. 10 * 11 * 12

Idcirco dico, quod quicquid ſit de delictis occultis ex accidenti, vbi tamen delictum eſt occultum ratione temporis nocturni, vel tumultus, non currit † præſcriptio, ſed tempus ad accuſandum, vel ad inquirendum eſt perpetuum, ita in indiuiduo nocturni temporis teſtatus eſt *Firmanus in Verbo Terminus currit, nu. 20. Verſ. Aut etiam aliis,* quia de nocte, vel in tumultu, & non currit. Et eſt gloſſ. 13

in l. ſi cum exceptione § in hac actione, in verbo Ignorantia, ff. quod met. cauſ. ibid Angel. numer. 1 verſ. Et nota bene hanc gloſſ.

Ratio eſt manifeſta, quia ratio, cur poſt tantum temporis interuallum, non poſſit quis accuſare, ea eſt, quia
14 præſumitur accuſator diſtuliſſe † dolo, vt probationes ſubtraherentur aduerſario, *Bal. conſi. 37. Quidam tabellio, volum. 3. Boer. deciſ. 42. Dico, quod gloſſ. num. 20. verſ. Quia diſtulit longo tempore, Crauet. conſil 38. Aſſertum, numer. 6. Hippolyt. ſingu. 284. Tolle, Plot. ad l. ſi quando, numer. 857. ver. Ergo etiam ille, C. vnde vi, Baiard ad Clar. in §. ſtuprum, num. 40. verſ. Et quando mulier diu tacuit,* vbi allegat *Foller. in practica cenſuaria, fol. 250.* ideo non eſt locus accuſationi, ſed nec inquiſitioni, cum eadem militet ratio ſaltem ex parte rei, ſine reſiſtentia difficultatis ex parte tem-
15 poris, ſaltem ex † ſubrogatione, vt de * communi poſt
* ſexcentos *ibi* allegat. teſtatur *Farin. de Inquiſitione, quæſt. 10. Inquiri non poſſe, num 3. verſi. Amplia ſecundo.* Qui dolus non eſt in promptu, quoties delictum nocturno tem-
16 pore fuerit commiſſum, licite enim † ignorantur, quę noctu fiunt, vt diximus *in cap. de Syndico*, & dicemus *in cap. de Ignorantia*, & eſt etiam *gloſſ. in l. ſi cum exceptione §. in hac actione, in verbo Ignorantiam ff. quod met. cauſ.* Quanquam hæc ratio eſt dubia, cum poſt præſcriptionem, nec
17 qui confitetur delictum poſſit puniri † vt de * recepta
* doctorum ſententia teſtatur poſt *Bero. conſil. 167. num. 13. volum. 3. Roland. à Valle conſ. 94. Etſi clariſſimi iuris ſit, numer 12. verſ. Quod & voluit Bald. volu. 3. qui adducit Bald. in cap. ſin col. 6. verſ. Pone quod maleficium de offic. de leg.* &
* ita fuiſſe * iudicatum teſtatur *Dec. in cap. ac ſi clerici, nu. 5. de Iudicijs,* de quo etiam *Roland. à Valle loco cit. nu. 11. verſ.*
18 *Adeo, quod de ipſo,* cuius dicti poteſt eſſe ratio, quia † paria ſunt, præſcripſiſſe, & eſſe abſolutum, vt in puncto notat *Alex. ad Bar in l. labeo ff. ſi quis teſta. li. eſſe iuſſ ſuer.* per *tex. in l. ſed ſi vnius permiſſu § ſi ante ff. de Iniur.*

Nec ea de re, vt negotium abſoluamus tenetur iniuris
19 affectus commiſſum nocturno tempore maleficium † denunciare, vt eſt *text. in cap. plerumq; boni viri 2. quæſtio 7,*

propriam

propriá enim detegeret acceptam iniuriam, ſine ſpe probationum.

Nec eſt ſimile, quod diximus in ſuperiore cap. de Syndico, qui etiam maleficia nocturna ſaltem permanentia
teneatur denunciare; illud enim eſt, quia † ſyndicus pro- 20
priam non detegit iniuriam, & nihilominus reipubl. maximum commodum præſens efficitur, quæ dum factum eſt recens, facilius malefactorem explorabit, ac deteget, *Alba conſ. 613. Quia ſolum hic quæritur, num. 8. Verſ. Nec puto valuiſſe.*

CAPVT LVI.

De Probationibus.

ARGVMENTVM.

Probationes, dum in nocturnis actibus leuiores ſufficiunt, an plenam præſtent opem etiam ad condemnandum. Teſtes alias inhabiles, an, & quamdiu admittantur. Furtum tandem nocturnum, quomodo probari poſſit.

SVMMARIA.

1 *Probationes reſpectu delicti nocturni ſunt difficiles.*

2 *Probationes nocturno tempore leuiores ſufficiunt.*

Sufficiuntq́ per indicia, nu. 3.

4 *Probationes ad delicta nocturna per præſumptiones, dicuntur plenæ.*

Et ſufficiunt ad condemnandum, nu. 5.

6 *Teſtes etiam inhabiles admittuntur ad ea probãda quæ nocturno fiunt tempore.*

Etiam ſi ſint infames, nu. 7.

Non tamen faciunt indubiam probationem. nu. 8.

9 *Teſtes inhabiles, vbi admittuntur, ſemper minus plenè probant.*

10. *Teſtes*

10 Teſtes inhabiles nocturno tempore admittuntur, vbi ratione loci, nec actu, nec habitu, alij haberi poſſunt.

Ideo deponentes de re geſta in magno foro reijciuntur, num. 11.

12 Teſtis domeſticus, quando admittatur.

13 Matrimonium, an poſſit probari per domeſticos.

14 Matrimonium communiter conſueuit fieri coram pluribus, & palam.

15 Teſtes inhabiles, quando, & quomodo admittantur, diſtinguit Author.

16 Teſtes inhabiles ex defectu ſtatus ſine tortura non probant.

17 Fœmina improbata vita, non admittuntur in teſtes ſine tortura.

18 Maſculi improbi non dicunt teſtimonium, niſi torqueantur.

19 Teſtes inhabiles ex multiplici exceptione, ſemper, & vbique reijciuntur.

20 Teſtes inhabiles vt admittantur, articulandum eſt non poſſe aliter, quod geſtum eſt, probari, idque probandum.

Sed non per eoſdem teſtes inhabiles, nu. 21.

22 Probationes leuiores in nocturnis actibus, quando ſufficiant, diſtinctio.

Declarat Author, nu. 23.

24 Teſtis eſſe non poteſt cõtra euntem de nocte, qui nocturno incedit tempore.

25 Furtum nocturnum, quomodo probetur, noua obſeruatio.

26 Furtum nocturnum probatur interdum ex accidẽte rei, & quomodo.

27 Furtum nocturnum probatur interdum ex accidente perſonæ reſpectu actus tranſeuntis.

Interdum reſpectu actus permanentis & quomodo, numer. 28.

29 Vicini, de quibus magis ſuſpicemur, furtum in vicinia commiſſum, ipſi commiſiſſe præſumuntur.

30 Furtum

30 *Furtum nocturnum, quomodo probetur ex accidente mixto.*

PRobationes reſpectu eorum, quæ nocturno tempore committunt, difficiles † eſſe ſcripſit præter inf. allegandos, *Roland. a Vall. conſ. 7. In cauſſa, num. 31. Quia, Vol. 1. Bald. conſ. 77. Ad euidentiam, numer. 5. Verſ. Et ſciendum eſt, Franc. Aret. conſ. 146. Viſa conſultatione, nu.* 10. *Gramm. conſ. crim. 17. Conditoris, num. 3. Verſ. Et multum,* atque ideo ſufficere eam ob rem † leuiores, nec argutas adeo requiri, prout interdiu fieri conſueuit, non vidi, qui aliqua ex parte in dubium reuocaret, ſed voluere omnes ſufficere probationes per † indicia, & coniecturas, *Bald. in c. præterea, num. 18. de appellat.* ita poſt *Brun. ibi allegat. Boſſ. in ti. de Iudic. & conſiderat. ante tort. num.* 171. *Verſ. Ex his habes declarata, Hieronymus Magon. deciſ. Lucenſ. 89. Fuit inquiſitus, num. 7. Quibus tamen non obſtantibus, Franc. Burſat. 316. Tam patens copioſa, num. 38. Verſ. Vnde cum hac rixa, lib. 3. Nicol. Bellon. conſi. 92. Reſoluendo plura, numer. 11. Verſ. Et in iſtis maleficiis, Tiber. Decianus conſi. 92. Circa primum, numero decimoquarto, Verſ. Quarto principaliter, Volum. 2. Bartol. & alii in l. ſi quis ex argentariis §. pen. ff. de edend. Grammat. conſil. 17. In cauſſa furti, numer. 3. & 4. in crimin. Alexa. conſ. 24. Animaduerſis, numer. 6. Verſ. Et dicit Angel. lib. 2. Roland. a Vall. conſil. 7. In cauſſa Antonii, numer. 31. Volum.* 1. plures adducit *Plot. ad l. ſi. quando, nume. 150. Verſ. hic ad probandum C. Vnde vi, Grammat. conſil. 17. Conditoris machinæ mundialis, num. 4. Verſ. Et ideo, in crim. Bal. conſi. 152. Plura tanguntur, in fin. prima colum. libro primo, Crauet. conſ. 178. Viſo proceſſu nobilis Laurentii, num. 2. Verſ. Et maxime præmiſſa, Alexa. iterum conſil. 156. Viſo proceſſu, in princ. lib. 5. Decian. in cap. conſuluit, numer. 42. Verſ. Vltimo notandum eſt de offic. deleg. Idem Decian. conſil. 163. In cauſſa matrimonii, numero quarto, Verſ. Secundo non obſtat.* 1 2 3

Atque eiuſmodi probationes, quæ ratione temporis per coniecturas, & indicia admittuntur, haberi loco † plenæ probationis voluit *Alexand. d. conſ. 24. num. 9. Verſ. Sed* 4

ita

ita eſt, lib. 2. poſt Bald. ibi allegatum in l. ſi quis ex argentarijs §. pen. ff. de edend. Corſet. late ad Abbatem in verbo Teſtes licet vnus Boer. deciſ. 167. num. 4. Cranet. conſil. 73. numer. 19. Pariſ. conſil. 75. numer. 18. lib 1. Oſaſch deciſ. 72. nume. 1. Maſcard. concluſ. 830. numer. 4. & concluſ. 469. numer. 4. & concluſ. 1220 numer. 14. D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſtio. 40 numer 13 Eugen. conſil. 27. numer. 12. & alii quos teſtantes de * communi adducunt, & Ioſeph. Ludouicus concluſ. 45. verſ. Ampliatur 6. & Farina. in titu. de Indicijs, & Tortura, quæſtio 50. numer. 38. verſic. Quare, vel ſublimitationem, par. 1. Grat. conſil. 94. Viſis facti ſpecie, num. 12. verſ. Et pro hac opinione, volum. 2. atque

5 ideo ſufficere quandoque ad † condemnationem poſt Bald. in l. 3. de Epiſcop. aud. & Angel. in l. fin C. de probat. loquens de nocturno tempore ſcripſit Gram. conſ. crim. 17. Conditoris, nu. 5. verſ. Et quandoq; & poſt innumeros ibi allegatos, de * communi Proſper Farin. de Indicijs, & tortura, q. 50. nu. 38. verſ. Quare, vel ſublimitationem, Gram. conſ. crim. 22. In cauſſa ſtrenui militis, nu. 15. verſ. Et in clandeſtinis, qui dicit ita tenere * Modernos.

Difficultas eſt, an etiam inhabiles teſtes admittantur,

6 Et certum eſt, quod † ſic, vt ex inferius dicendis manifeſtiſſime apparebit, & prætereà id voluit Grammat conſil. crim. 17. num. 9. & conſ. 45. num 9 alios refert, & Maſcard. concluſ. 1109. numer 12. & 1114. Noctis tempore, num 12. verſ. Demum, & Farin de oppoſit. contra perſon teſtium. quæſt. 26. 2. limitat. principal. num. 33. vbi etiam de communi, part. 2. de * communi etiam in indiuiduo nocturno temporis in

7 ordine ad teſtem † infamen teſtatur Reland. a Valle conſ. 3. In cauſſa inquiſitionis num 5 volum. 3. Plot. d. numer. 150. verſ. Et ſufficiunt ſocij, Cranet. d. conſ. 178. numer 2. Tiber. Decian. conſil. 92. Circa primum num. 15. volum. 2. vbi dicit hanc eſſe notam * regulam, Alexand. conſ. 156. nu. 10. lib. 5. Cranet. conſ. 178. num. 2. vol. 1. Baiard. ad Clar q 24. nu. 128. verſ. Item adde.

Maior difficultas, an indubitatam faciant probationem dicta teſtium inhabilium ratione eorũ, quæ nocturno tempore fuerint commiſſa. Et omnes concluditur.

quod

quod † non, ſed aliquid amplius tantum faciunt noctur- 8
no tempore, quam diurno, *Boſſ de Indicijs, num. 175. verſ.
Eſt verum, Farinac. de Oppoſit contra perſ. teſtium, quæſtio.
62. in 2. limitat princip. num. 35. verſ. Prima eſt, par. 1.* & hoc
eſt generale, vt quo caſu teſtes inhabiles admittuntur,
non quidem plene probent, ſed † minus plene, *Aretin. in* 9
*cap. cum nuncius, col. 2. in fin. verſ. Hoc tamen poſſet limitari,
de teſtibus, Gramm. conſ. 59 a num. 11. de quibus Ant. Gabr.
lib. 1 comm. op. in tit. de Teſtibus, quæſt. 7. num. 10. verſ. Se-
cundo principaliter, cui addo ego Alex. conſ. 64. Viſo thema-
te, num 3 lib. 1 per glo. in l. etiam matris, ff. de probat. & Ant.
de Butr. ibi allegat.*

Declarando 1. vt tunc demum admittantur inhabiles
etiam nocturno tempore, quando ratione loci, nec actu,
nec ordinario † habitu alius teſtis, ibi, vel adfuit, vel ad- 10
eſſe potuit, alias, ſi ratione loci alii teſtes, præter inhabi-
les, adfuerint quidem nulli, adeſſe tamen potuerunt, no-
cturni teſtes inhabiles reiiciuntur, etiam ſi aliter veritas
haberi non poſſit, *Farinac. de Oppoſit contra perſon. teſt.
quæſt 62 in 2. limit. principal. num. 36 verſ. Secunda colligi-
tur concluſio, part. 2. plures adducit Roland a Vall. conſ. 3.
num. 37. verſ. Secundo principaliter, volum 2. Alexand. conſ.
64 in prin. volum. 1 Ruin. conſ. 150. num. 18. verſ. Et ſimiliter,
volum. 5 Quare optime conſuluit Roland. a Valle d. conſil. 3.
numer. 47. volum. 3.* Quod, quia id deponebant teſtes,
quod in foro † magno geſtum erat, ſeu pronunciatum, in 11
quo alii adeſſe poterant teſtes, licet caſu non adeſſent,
eiuſmodi depoſitionem nullam fuiſſe.

Quod idem voluit Alexand. ſi de actu eo fiat depoſi-
tio, id quo actu habitualiter, attento communi curſu,
alii teſtes haberi non conſueuerint, quam inhabiles, vt
inhabiles admittantur, alias ſecus, vt de † domeſtico teſte 12
dicit *Alexand. conſ. 151. Repetitus in cauſſa, num. 4. libr. 5.
Idem conſ. 64. Viſo themate, num. 5. vol. 1. Idem conſ. 176. Viſo
themate, num. 5. vol. 2.* Ideoq; † matrimonium in caſu Ale- 13
xandri non fuit ſufficienter probatum per domeſticos, li-
cet factum in domo, quia, inquit Alex. matrimonium, ſe-
cundum communem curſum, conſueuit fieri coram plu-
ribus

14 ribus & † palam, *Alex.d.conſ.151 nu.4. lib.5. faciunt d. Afflict.deciſ.304.In cauſſa Baronis,nu.10.& 11.*

15 Ego tamen hoc caſu libenter † diſtinguerem cum *Aret. conſ.25.col.fin.Verſ.Sed vbi actus*,&alijs,de quibus Gabriel. *in d titu.de teſtibus,concluſ.7. numer 19. Verſ. Contrarium*, quod tunc, vt ſcilicet admittantur ſemper inhabiles teſtes, vbi alii non adfuerunt, ſed ſi non adfuerunt alii, nec ex natura, vel actus, vel loci adeſſe potuerunt, inhabiles plene probent: alias minus plenam faciunt probationem, quod & ſatis voluit *Grat conſi.66. Viſis, num. 5. Verſ Cum ſimus, Vol.1. Plot ad l.ſi quando, nu.150. in fin. Verſ. Quod non concedo. C.Vnde Vi.*

Declarando 2. vt ſi teſtes non ſint idonei ex defectu fa-
16 mæ, vel ſtatus, nihil faciant probationis, niſi etiam † torqueantur, *Matthesil. ſingu. 189. Hippol.in tractat.in Verbo Diligenter, a num.62. Gratus, & Alexand. de quibus Anto. Gabriel de teſtibus concluſ.7.numer. 11. Verſ. Tertio limita. Carer. in ſua pract.crim num.165.* & regulare eſt, vt qui ſunt
17 improbatæ vitæ non admittantur in teſtes, ſiue † fœminæ ſint *l.3. & lege Iulia, in fin. ff de teſtibus Felin.conſil 36. num 4. Bald. in cap.in literis num.3. de teſtibus. D. meus Alexand. Raud. conſi.10. Primum fundamentum, nu.329. lib 1. Alexand.conſ.11. Circa primum, num.*1 de * communi Iaſ. *in l cunctos populos, in 2. lect. numer. 54. Verſ. Nunquid*
18 *autem C.de ſumma Trinit.* ſiue etiam ii ſint † maſculi, *Pancirolus conſi.23 Mag.communitas, numer. 7. lib.* 1. & vbi admittuntur in teſtes, omnino quęſtionibus ſubiiciẽdi ſunt. *Alex.conſ.11.num.3.lib.1.poſt gloſſ.Innoc. & alios in cap cum P.de accuſat.*

19 Declarando 3. vt ſi teſtes ſint inhabiles † ex multiplici exceptione, nec eo admittantur tempore, nec loco, nec actu, quo verſimiliter etiam alii haberi non poſſint, ſed nec torti, *Hippol.conſi.102 num.12. Grat.conſ.59. In cauſſa inquiſitionis, num.41. Verſ Quarto dico, Volum. 2. poſt Socin. ſen.conſil.118. Volum.1. & Barba. conſi.65. Volum. 4. ibi alleg. Gabriel. lib.1 commun.opin.in tit. de teſtibus, concl.7 nu. 11. Verſ. Quinto limita.*

Declarando 4. vt debeat articulari, quod eiuſmodi factum

ctum †, non poterit probari per alios teſtes, quam per in- 20
habiles adductos, & id quidem probari, non per eoſmet teſtes, ſed per [illegible] alios, *Hippolyt. conſil. 41. & conſ. 80. Grat. di-* 21
cto conſil. [illegible] num. 38. Verſic. Secundo dico, volum. 2. poſt Anton. de Butr. conſil. 24. ad fin. & Alexand. conſil. 64. [illegible] iſo themate ad fin. volum. 1. Gabriel. [illegible] ſupra num. 14. verſ. Sexto limita.

Declarando 5. & notabiliter, vt in nocturnis actibus leuiores admittantur probationes, in his, quæ à † caſu 22
fiunt de nocte, ſecus ſi eo tempore aliquid fiat dedita opera, *Decian. in cap. conſuluit, numero quadrageſimo tertio. Verſic. Et hoc videtur procedere, de offic. deleg.* Quod † ego 23
intelligo, cum quis vult probare factum proprium de nocte, vt ſi fortuito factum proprium velit quis probare nocturno tempore, admittantur leuiores probationes, ſecus, ſi data opera geſtum, quia imo pleniores requiruntur. In facto vero alieno, ſiue caſu, ſiue data opera, cum reſpectu teſtium factum poſſit dici fortuitum, arbitror ſufficere ſemper leuiores probationes.

Illud tamen erit omnino animaduertendum, quod qui vadit de nocte contra ſtatutum, non poterit eum tem accuſare, aut contra eum † teſtificari, *Felin. in cap. pru-* 24
dentiam, in princip. verſ. Et qui vadit de nocte, de mutuis petit.

De furto autem nocturno, quomodo id probetur, quia aliquid polliciti fuimus, *in cap. de Fure, numer. 57. Verſic. Furtum autem nocturnum*, quamquam remiſſiue inde ſatis conſtare poſſit, vt tamen vere præſtem ea, quæ ibi obtuli, dico furtum nocturnum, omiſſis liquidiſſimis probationibus, quæ ad eam rem accommodari poſſunt, † præ- 25
ſumptiue induci poſſe, quod ad rem noſtram attinet, ex accidente rei interdum ad probandum furtum, interdum ex accidente perſonæ ad probandum furem, interdum etiam ex vtroque accidente, rei ſcilicet, & perſonæ ad vtrumque probandum.

Ex accidente itaque rei admonemur interdum ad probandum furtum. Ex fractura enim oſtii, vel feneſtræ, ſatis conſtat de † furto ex parte rei, *Grat. conſil. 94. [illegible]* 26

facti ſpecie, numer. 13 Verſ. Sed oſtium fractum lib. 2 Specul. in titu. de furt. numer. 25 Verſic. Sed quomodo probatur dicetur. Bartol. in l. ſi quando, numero quinto, Verſ. Eodem modo ait C. Vnde Vi, & in l. ſi quis ex argentarijs § an vero, num. 3 Verſ. Sed quæro ff. de edend. Decia. conſ. 473 Quæritur, num. 2. Verſ. Et idem in muro rupto, Specul. in titu. de pignoribus num. 15 Verſ. Sed qualiter, Aretin in § sed iſti, num. 11 Verſ. Quarto, ſi diligentiam, & numer. 12. Verſ. Quomodo autem probentur, Inſtit. de action.

Ex accidente perſonæ dupliciter. Aut reſpectu actus momentanei, & tranſeuntis, aut reſpectu actus ſucceſſiui,
27 & permanentis. Reſpectu quidem actus † momentanei, & tranſeuntis, dixit ideo *Maſcard. de probat. concluſ. 832 parte probationes numer. 1* quod viſus exire de nocte e domo, in qua dicatur furtum commiſſum, lex contra eum præſumit, facitque præſumptum furti reum, per text. *in l. ferem ff. de ſitur. in l. ſi ff. de ſeruit. Abb. in cap. ſuper eo numer. 9. de his, quæ vi, metuſue cauſſa ſunt. Conrad. in tract. et. de decur. titu. de fur. § furtum numer 12. M. Antoni. Bland. de Indicijs, numer. 419. Verſ. Viſus exire, D. meus Iac. Menoch. de præſumpt libro quinto præſumpt. 3 . Commemorat hoc loco numer 10 Verſ. Septima eſt coniectura, Plet. ad l. ſi quando, nume. 890 Verſ. vndecimum, C. Vnde Vi* Reſpectu
28 vero actus ſucceſſiui, & † permanentis dixit *Iaſon in d. l. ſi quando, numer. 39. Verſ. & hic dicit, C. Vnde Vi, poſt Bartol. in l 1. ff. aduerſ. naut. eundem in l. dominus horreorum circa fin per illum text ff. locati*, & latius examinabimus *in titu. de Vicinis*, quod ſi furtum noctu in vicinia commiſſum probetur, illud ad vicinos ſpectat, quia de re poſſunt tor-
29 queri ii tamen, de quibus † magis ſuſpicemur, *Iaſ. loco cit.* & nos *ſuo loco* dicemus.

30 Ex accidente tandem † mixto, rei ſcilicet, & perſonæ, quoties de fractura conſtat, illiuſque rumore ex vicinorum ore. *Grat. conſ. 94. Viſo facti ſpecie, num. 14. Verſ. Secunda conietura, lib. 2. Cætera vide in cap. de Foribus, & Apotheca de Fure, & alijs in locis.*

CAPVT

CAPVT LVII.

De Viſu.

ARGVMENTVM.

Teſtis in actibus nocturnis dictum ſuum propriæ viſionis auctoritate communiens, an plenam faciat fidem, negatiua ex Iudicantis arbitrio temperatur. An viſionis nocturnæ rationem ex lumine petitam, etiam non interrogatus teſtis reddere teneatur, affirmatiue noua Authoris diſtinctione moderatio adhibetur. An tandem perſpicui viſu homines, acutius, quam oculi cæſij, nocturno proſpiciant tempore; Plotini, & aliorum affirmatiua opinione reiecta, negatiua cum Ariſtotele, & Plutarcho in Sympoſiaco concluditur: Acutioriſq; viſus inter Nyctalopas cum Plinio ab Authore conſtituitur.

SVMMARIA.

1 *Teſtis deponens ſi aliquid vidiſſe nocturno tempore non lucente Luna, nihil probat.*
Maxime ſi ſit aliquando varius, nu. 2.
Falſiq; ideo damnatur, num. 3.
Prout Albenæ confirmat teſtes aliquando condemnati fuere, num. 4.
5 *Teſtis deponens de actu nocturno addita ratione, quia luna lucebat, vel aliud lumen aderat, probat.*

6 *Admittitur tamen probatio in contrarium.*

7 *Teſtis deponens de actu nocturno, de falſo ſuſpectus eſt, niſi etiam nõ interrogatus addat rationem quod Luna lucebat, &c.*

8 *Teſtis deponens de maleficio nocturno debet dicere. Vidi, quia hora commiſſi delicti Luna lucebat.*

Nec ſufficeret dicere, credo, quod Luna luceret, ſed debet affirmare, nu. 9.

10 *Teſtis deponens de actu nocturno dicitur deponere contra naturam, & quomodo.*

11 *Teſtis deponens de actu nocturno, non interrogatus non tenetur addere rationem quia Luna luceret, ex Felino.*

12 *Teſtis deponens de actu nocturno, an non interrogatus teneatur reddere rationem dicti ſui, diſtinctio Authoris.*

13 *Teſtis non interrogatus, non tenetur in ciuilibus addere rationem ſcientiæ.*

Niſi eſſemus in reprobando inſtrumento, nu. 14.

Sed hoc eſt quia redolet crimen, nu. 15.

16 *Teſtis deponens de maleficio nocturno ad offenſam debet etiam non interrogatus addere rationem, quia luna lucebat, &c.*

Non autem tenetur reddere, ſi deponat ad defenſam, niſi de ea interrogetur, nu. 17.

18 *Ratio dicti eſt reddenda in criminalibus ad offenſam.*

Non autem ad defenſam, niſi de ea fiat interrogatio, num. 19.

20 *Barto. conſ. 89 par. 2. conciliatur cum ſuo additionatore.*

21 *Teſtis ſemper bene facit, ſi dum deponit de actu nocturno ſubijcit, quod luna lucebat, &c.*

22 *Teſtis vicinus actus nocturno probat, etiam ſine lumine, arbitrio tamen iudicantis.*

23 *Teſtis deponens de actu nocturno tempore Autumni facilius probat, etiam ſine lumine.*

24 *Noctes autumnales clariores ex ſyn. ag. com. opin.*

Ratio

Ratio ſibi redditur, num. 25.

Reÿcitur, num. 26.

[illegible] ab Authore, num. 28.

27 *Noctis [illegible] crepuſculo pareat quadam, quam noctes [illegible].*

29 *Nocturno tempore, facilius, ac minus falſus fit viſio alÿs [illegible] de quibus ibi.*

30 *Teſtis habens viſum perſpicuum deponens de actu nocturno probat & ſine lunæ ſplendore.*

Contrarium ſuſtinet Author, num. 31

32 *Caſu & alÿ debilioris potentiæ viſiuæ eminus facilius videant nocturno tempore, quam diurno.*

Ratio ex Plutarcho num. 33.

34 *Nyctalopes qui.*

35 *Viſus veſpertinus reſtituitur cum iecore caprino.*

36 *Teſtis deponens de actu nocturno falſi damnatus, non corporalem, ſed pecuniariam ſuſtinet pœnam.*

Rationem addit Author, nu. 37.

Diſtinguit tamen Author, nu. 39.

38 *Indicia & præſumptiones etiam vehementiſſimæ non imponunt veram delicti pœnam, ſed mitiorem.*

40 *Lunam in totum deficere, vel parum lucere paria ſunt in ordine ad teſtium depoſitionem*

41 *Teſtis [illegible] nocturno tempore minorem facit fidem.*

42 *Luna propius ad orbem accedens maiorem facit fidem in teſte.*

43 *Luna plena non facit teſtem omni exceptione maiorem.*

Minusq; ſi agatur de cognoſcendo eo, qui feneſtram non [illegible] fuerit, num. 44.

45 *Luna habet lugubres radios.*

46 *Luna plena etiam in criminalibus, quando reddat teſtem omni exceptione maiorem ex Authore*

47 *Pleniluniŭ, noviluniŭ, & aliorum [illegible] notitia plurimum facit ad convincendos teſtes de falſo.*

48 *Plus ſi probetur ea nocte, qua teſtes deponunt quid geſtŭ eſſe, teſtis ipſe falſi damnatur.*

TEſtem deponentem de nocte, ſeu nocturno tempore ſe vidiſſe, & cognouiſſe Titium committentem maleficium, vel doloſe contrahentem, vel aliquid dicentem
1 non † lucente Luna, & abſque accenſo, nihil probare, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, id eſt, in quo conueniunt omnes. *gloſſ. vbi etiam Angel. & alij in l. ſi cum exceptione § In hac, in verbo Ignorat. ff. de eo, quod met. cauſ. Bald. in cap. 1. §. porro, quæ fuit prima cauſſa benef. amittend. Iaſon & alij tum in l. non minorem C de tranſact. tum in l. ſi non ſpeciali C. de teſtam. D meus Præſ. Menoch. libr. 2 de arbitr. Iud. caſu 279. Quanquam in cauſſis, numero tertio, Verſ. Secundum exemplum. Rota Genuen. deciſ 3. Iacobus Gentilis numer 24. Verſ Sane vidimus, Roland. à Valle conſ. 7. In cauſſa Antonij, numer. 29. Verſ Sed quod tantum, Volum. 1. Decian. conſ. 429. ad fin. Grammat. conſ crim 58. In cauſſa Ioan. Dominici, num. 1. Verſ. Ex quo ſuccedit, Idem conſ. crim. 45. In cauſſa Santilli num. 7 Verſ. Vnde videtur ſemetipſum, Decia 42 . Licet in cauſſis, numer. 16. Verſ. Et dicit Bald. & nume. 15. Verſ. Secundo præmittendum eſt Bald. in l. ſi non ſpeciali C. de teſtam, & in l. non ignorat, Verſ. Super hic C. qui accuſar. non poſſunt, Maſcard. concluſ. 1114. Nullo tempore, in principio, Bald. in d. l. ſi cum exceptione §. In hac actione, numer 1. ff. quod met. cauſ. Maſcard. iterum concluſ. 1391 Quæſtionibus neminem, numer. 25. Verſ. Aliud exemplum. Angel. conſ 269 Aretin. in §. quadrupli, nume. 4. Verſ. Tertio dicunt, Inſtit. de action. Barth. Bertaz. conſ. crim. 316. Domina Camilla, nu. 10. Verſ. Tertius teſtis, Vol. 2. Brun. inter conſil. crim. Ziletti, conſ. 115. Sacratiſſimæ, num. 41. Verſ. Non obſtat, tom. 2. Angel conſ. 194 Viſis proceſſibus cauſſa principalis, num 2. Verſ Cum igitur dicta affinitas, Ripæ reſponſ 77 Quoniam monitorio, & ſt reſponſ. 2. in tit. de ſent. excommun. num 16. Verſ. Teſtis autem, qui dicit;* qui addit
2 adhuc magis procedere, ſi teſtis ſit † octuagenarius, *Clar. in ſua praxi §. fin. quæſt. 21. Verſ. Sed quid,* de * communi,
* *Soarez. in ſuo Theſauro in verbo Teſtes de re nocte. num. 72. Plot. ad l ſi quando, num 840. Verſ Quadrageſimo ſexto, & vnde vi. D meus Præſ. Menoch conſ. 72 Iuſſiſti, nu. 70. Verſ. Illud quoque, Rota Genuenſ. deciſ. 3. Iacobus Gentilis, nu. 21. Verſ.*

verſ. [illegible], qui ſcſtetunt Oldrad. in Curia Romana aſſidentem, teſtes deponentes ſe de nocte vidiſſe id, quod impoſſibile erat videre, ſine lumine Lunę, vel alio [illegible] [illegible] falſi condemnaſſe, & merito [illegible] 3
[illegible] cap. [illegible] *parte* [illegible] *verſ.* [illegible] *in* [illegible] *Quæ* [illegible] *verſ.* [illegible] *Teſtis deponens de eo, quod* [illegible] *de nocte, verſ. Quod autem.* [illegible] *in ſua* [illegible] *cap.* [illegible] *conſ.* [illegible] *Placet conſultatio* [illegible] *Roland. a Valle conſ.* [illegible] *num.* [illegible] *verſ.* [illegible] *Nullo tempore* [illegible] *verſ. Cum præterea* [illegible] *num.* [illegible] *verſ. Item* [illegible] *conſ.* [illegible] *Si aliquis fuit accuſatus* [illegible] *ad* [illegible] *ſi non ſpeciali,* [illegible] *verſ.* 62. [illegible] *num.* 5 *verſ. Poſtremo* [illegible] *teſtimonium,* [illegible] *Franc. Marcus deciſ.* 754 *Quæritur* [illegible] *num.* 2 *verſ. Et idem* [illegible] *num.* 7 *par.* 2. [illegible] *in ſua praxi in tit. de* [illegible] *verſ. Item* [illegible] *quod teſtes deponunt* [illegible] *num.* 172 *verſ. Et ob hoc* [illegible] *Felin. in cap.* [illegible] *num.* 1 *verſ. Et certum,* [illegible] certum [illegible] teſtes [illegible] falſi * condem- 4
nandos fuiſſe, poſt *Plutarchum in Vita* [illegible] *teſtatur* [illegible] *Menoch. lib.* 2. *de Arbitr. iud. caſu* 2[illegible]0. *Quamquam* [illegible] *num.* 2, *verſ.* [illegible] [illegible] *pluribus,* dic * communis [illegible] *de Oppoſit. contra perſon. teſtium,* [illegible] *limitat. principali, num.* 77 *verſ.* [illegible] *Maſcard. de probat. concluſ.* 1114. *Nullo tempore, in principio,* dic * communi plures allegantes teſtantes *in Syntag. comm. opin. par.* 3. *lib.* 3. *in tit. de Probationibus, cap.* 26. *Pars* [illegible] *verſ. Teſtis deponens de nocte. Vivius* [illegible] *opin.* 330. *Teſtis deponens de Nocte, in princ.* qui non ſolum dicit communem, ſed etiam * indubitatam. Et ante hos omnes Felin. *in cap.* [illegible] *num.* 5. *verſ. Et eadem ratione, dicit* [illegible]

Fallit, ſi addat rationem teſtis cum iuramento, quia Luna lucebat, vel aliud aderat artificiale lumen. *Iaſ. in l. ſi* 5

non ſpeciali C de teſt. in l. non minorem C de tranſact. Deci. conſ. 163. In cauſſa matrimoniali, num. 3. Grammat. in conſi. criminn. 58. in cauſſa Ioan. Dominici, num. 1. de * communi poſt hos *ibi* allegatos, *no. in ſyntag. commun. opin par. 3. loco 9. in tit. de probat. colum. 2. Verſ. Interpretatur ſecundo*, quod
6 tamen admittit † probationem in contrarium, vt ſcilicet, probet accuſatus ea nocte, ſeu ea noctis hora lunam non illuxiſſe, quoniam dictum teſtis contrarii irritum omnino reddet, quæ contraria probatio admittitur quoque, vbi aſſertiue dixit teſtis, ſe cognouiſſe criminoſum ad lunæ lumen, & ita in facti contingentia * obſeruatum fuiſſe, vt manifeſta detegeretur falſitas teſtium nonnullorum deponētium, ſe nocturno tempore quempiam furtum patrantem ad lunæ lumen vidiſſe, cum tamen hora illa aſſignata per veras aſtrologiæ regulas non eſſet eleuata luna, minuſq; luceret, notatur *ſyntagm. commun. opin par. 3. loco 9. in titul. de Probationibus, capit. 16. Pars exhiberi, colum. 1. Verſ. Idemque dicendum, poſt Vincent. Maxillam ſuper conſuet. ciuitatis Bari in titu. Quouſque dies intelligatur, numero quinto, ſol.* 121. *Et alios ibi allegatos, Plot. ad l. ſi quando, numer. 843. Verſ. Fallit 2. C. Vnde Vi.*

Difficultas eſt, an eo ipſo reiiciantur tanquam falſi, ſeu de falſo ſuſpecti hi teſtes, quoties deponunt ſe aliquid de nocte commiſſum vidiſſe, niſi etiam non interrogati addant rationem ſcientiæ, quia ſcilicet, vel luna bene lucebat, vel aliud quippam luminis erat accenſum. Et equidem omnes vno concludunt ore, hos teſtes, tanquam falſos, vel falſi ſuſpectos reiiciendos eſſe, dum dicunt ſe no-
7 cturno tempore quicquam vidiſſe, niſi † etiam addant, vt ſupra, ſic voluit *Bal. in l. ſi non ſpeciali, numer. 1 ibid. Iaſon numer. 10. C. de teſtam. Idem conſi 50. Placet conſultatio, numer. 5. Vol. 3. Roland. a Valle conſ. 7. In cauſſa Antonij, num. 29. Verſ. Sed quod tantum, Volum. 1. Gramma. Voto. 21. Summi opificis, numer. 1. Verſ. Secundum, deponunt teſtes. Natta conſil. 18. Viſo, & diligenter, numero decimo ſeptimo, Verſic. Quid enim ſi de nocte par. 1. Maſcard. de probat. concluſ. 1116. Noctis tempore, numer. 14. Verſ. Cum pronunciatis, Angel. de Maleſ.*

Maleſ. in verbo, Comparent, & inquiſ. in termino, n.32. Rol. à Valle conſ. 7. In cauſſa Aur. n. 29. Verſ. Sed quod tantum, Vol. 1. de * communi poſt plures ibi allegatos *Farin. de oppoſit. contra perſ. teſt. q. 67. nu. 38. Verſ. Secus, ſi ſimpliciter, Clar. lib. 5. §. fin. quæſt. 21. Dictum etiam de Iudicio, n. 3. Verſ. Cæterum teſtes, Cæſar in ſuis Memorabil. in verbo, Teſtis deponens, de eo, quod* [illegible] *de nocte, Verſ. Et ideo aduertant, Gram. conſ. crim. 18. In cauſſa* [illegible] *nu. 1. Viuius com. opin. 950. Teſtis deponens de nocte, nu. 6. Verſ. Interpretatur 2. Boſſ. in praxi in tit. de Indiciis, nu. 172. Verſ. Niſi dicerent, quod lumen, Maſcard.* [illegible] *Nocte tempore, nu. 2. Verſ. Cuius pronunciati, Dec. conſ. 103. In cauſſa matrimoniali, nu. 4. Verſ. Secundo nõ obſtat,* [illegible] *nu. 5. Verſ. Vnde ſi teſtis, de re iud. Celſus Hugo conſil. 12. Et ſic dici poſſet, nu. 2. Verſ. Nec obſtat clandeſtinitas, & conſ. 62. Tanta eſt copia, nu. 5. Verſ. Quinimo ad hoc,* de * communi etiam *Franc. Burſat. conſ. 316. Tam pa* *
tent, [illegible] *nu. 14. lib. 3. Amplius poſt Bart. in l. non minorem, ad fin. ibid. Aret. C. de tranſact. & Alex in l. aut facta, ff. de pæn.*

Quinimo voluit *Celſus Hugo conſil 62. Tanta eſt copia, nu. 5. verſic. Quod limitat,* vt non ſufficiat dicere, vidi, quia lucebat Luna ea nocte, ſed dicendum eſt, vidi, quia † hora 8
commiſſi delicti lucebat Luna. Nec etiam ſufficeret dicere, vidi, quia credo quod Luna luceret, ſed debet † affir- 9
mare quod Luna lucebat, *Crot. Rol. à Valle, & Nat. de quibus* [illegible] *conſ.* [illegible] *36. D. Camilla, num 10. Verſic. Tertius teſtis.*

Rationem afferunt omnes, quia cum deponant † con- 10
tra naturam, à ſeipſis naturaliter reprobantur, quod notatur etiam *in ſyntag. com. opin. par. 3. loco 9. in tit. de probat. c. 26.* [illegible] *col. 1. Verſic. Imo talis teſtis,* & voluit *Rota Genuenſ.* [illegible] *Iacobus Gentilis, nu. 21. Verſ.* [illegible]
Quod ego indiſtinctè admitto, nec enim repugnat nocti, quod luceat Luna, cum fecerit Deus luminare maius, id eſt, Solem, vt præeſſet diei, & luminare minus, id eſt, Lunam, vt præeſſet nocti, & interim teſtis integritati detraximus ſatis, nec de illius fide in dubio diminuimus, & contrarium, quinimo † non interrogati nõ tenentur addere 11

 ratio-

rationem, quia Luna luceret, &c modo iuſtificent dictum
ſuum, quia ſcilicet bene viderunt teſtes, ſuſtinet *Felin. in
cap. ſicut, num. 5. in fin. de re iud.*
12 Conſtituo tandem ego † differentiam maximam inter
teſtem deponentem de negotio ciuili nocturno tempore
celebrato, & de negotio criminali. Atque ſi de ciuili de-
ponat, licet non reddat rationem, ſe vidiſſe, quia Luna lu-
cebat, &c. dico ad hoc probare, nec enim in ciuilibus te-
13 netur teſtis de ea non interrogatus, cauſſam † ſecutus
reddere, vt hoc eſſe * regulare ſcripſit *Clar. lib. 5. § fin. quæ-
ſtione 53. Eſt etiam pars num. 2. Verſ. Præterea dixi, Alexan.
conſil. 190. Plura narrata, num. 13. Verſic. Et licet alias, lib. 6.
Idem Alex. conſil. 4. lib. 6. quem ita intelligit Rota Genuen.
deciſ. 3. lit. Gentilis, nu. 25. verſ. Et quamuis videatur*, niſi eſ-
14 ſemus in † reprobando inſtrumento, quo caſu Alexan*der* *ci-
tat* plures adducit volentes, quod teſtis etiam non inter-
rogatus, eo caſu reddat rationem dicti ſui, ſed hoc forte
15 eſt, quia † redolet crimen. Si vero in criminali deponat,
adhuc diſtinguendum arbitror. Aut teſtis deponit ad of-
16 fenſam, aut ad defenſam, ſi ad † offenſam, tunc bene di-
cunt omnes ſuperius allegati, atque eos ita intelligo, vt
ſcilicet dum deponit teſtis ſe vidiſſe delinquentem, niſi ad-
dat rationem, quia Luna lucebat, &c. nihil probet. Si vero
17 deponat teſtis ad † defenſam, tunc dico probare etiã reci-
tata ratione non reddita, modo de ea non fuerit interro-
gatus teſtis, ea moueor ratione, quia licet in criminalibus
teſtes ad offendendum rationem reddere teneantur etiã
18 * non † interrogati, vt de * communi poſt *Bald. conſil. 18.
num. 2. lib. 4. & alias ibi allegatos* teſtatur *Clar. lib. 5. § fin.
quæſt. 53. nu. 22. in princ.* vbi tamen teſtes examinantur ad
19 † defendendum non tenentur reddere rationem, niſi de
* ea quærantur, vt de * communi poſt *Viuium. Clar. ibid.
Verſic. Et hanc opinionem.* Atque ita concilio ego ſi conci-
liari poſſint, Bar. & ſuum additionatorẽ, dum Bar. vult, vt
teſtis reddat rationẽ etiam nõ interrogatus, additionator
vero vult, quod non teneatur eam reddere, niſi interroge-
tur, vt Bar. loquatur in teſte offendente, additionator in
20 defendente, *Bart.* in quam † *conſil. 89. Petrus fuit accuſatus.*

pars.

Google

[illegible] *in verbo. Accuſatore.* qui dicit de hac opinione eſſe [illegible] *in l. ſolam. C. de teſtibus,* quam *ibi* ſequuntur *omnes Doctores* ſecundum *ipſum.* Fatent tamen, quod † commune eſt ſemper deducere in quolibet 21
teſtimonio de nocturno tempore deponente, quod tunc Luna lucebat, *[illegible] Maſcard. de [illegible] 764. Quæritur, quia,* [illegible]

Fallit primo concluſio principalis, ratione maximæ † vicinitatis [illegible] iudicis declarandæ, quia etiam ſine 22
lumine [illegible] deponens ſe vidiſſe, quicquam probat, *[illegible] Secunda limi-[illegible] Verſ. [illegible] Maſcard. concluſ. 1104. Nocturno tempore num. 11 Verſ. Tertio limitatur, [illegible] 7. Verſ. Fallit Electus. [illegible] Verſ. Fallit [illegible] ad l. ſi quando [illegible]*, vbi [illegible] non minus, quam per [illegible], ita etiam *in ſyntag. [illegible] Maſcar. concluſ. 1104. Nocturno tempore num. 11 Verſ. Tertia limitatur.* Hoc autem habere locum præcipue in noctibus † au- 23
tumnalibus [illegible] *in ſyntag. comm. [illegible] part. 3. [illegible] Verſ. Fallit Electus,* quoniam aëres eo tempore ſunt † clariores ſecundum 24
Philoſophos * communiter, ita *ibi* dicitur. Sed & aliam *
[illegible] † ratio, quia ſcilicet dominante ſiccitate efficitur 25
[illegible], quare prædominante ſiccitate, deficienteque humiditate, quæ inter viſum, & [illegible], quod videmus, eſſe [illegible], & clarius videmus.

Sed autumni [illegible] pars † ſicca non eſt, verum humida, 26
præterea ſi ratione ſiccitatis potior eſſet viſio, & clarior, ac lucidior proſpectus æſtate, & hyeme melius nocturna fieret viſio, quoniam eæ tempeſtates ſunt ſicciores. Et tandem forte clariores ſunt noctes æſtiuæ, ſiquidem † non 27
noctes eſſe videntur, ſed perpetua quædam crepuſcula, ob maximam noctium breuitatem, ita vt ſimilia prius pertineat ad occidentem, vt etiam diximus *in c. 3.* ſupereſſint per multum temporis poſt occaſum Solis, radiorum Solis reliquia quædam, & præueniunt rurſus ſplendores alii exorientem Solem.

Dato tamen, quod clariores ſint noctes autumni, id
28 forte† erit ex eo, quod æſtiuus calor, & brumalia frigora ſpiritus quoſdam noſtri aeris tenuiores deſtruunt, luminis non inane fomentum, vel etiam id erit per accidens, quoniam & immoderatus calor, & rabidum frigus, vel alterant, vel deſtruunt, vel retundunt ſpiritus quoſdam in oculis noſtris tenuiores, ac nobiliores, viſiuæ potentiæ apprime deſeruientes. Atque eo magis, ſi alia concurrerent,
29 puta maxima † familiaritas, color albus veſtium, vel parietis, vel niuis, *Plot.* vbi etiam de autumni tempore, *l ſi quando, nu. 844. Verſ. Fallit 3. C. Vnde Vi, concludior enim eſſet depoſitio.*

30 Fallit ſecundo, quoties teſtis viſum adeo † perſpicuum haberet, & acutum, vt de nocte etiam abſque Lunæ ſplendore optime, & diſtincte conſpicere poſſet, illi nempe tantum fidei adhiberetur de nocturno negotio deponenti, quantum de diurno, *Plot. de in litem iuran. § 51. nu. 17. Verſ Fallit primo, ſeu in l. ſi quando, nu. 842. C. Vnde Vi. & Conrad. de quo Farin de oppoſit. contra perſ. teſt. quæſt. 62. ſecunda limitat princ nu. 44. Verſ. Limita 2.*

31 Quo loco eſt animaduertendum, imo habentem † potentiam viſiuam perſpicuam, & acutam, nocturno tempore in viſione deficere, vt habentibus nigros oculos contingere conſueuit; acutius autem, ac magis perſpicue
32 videre † cæſios, vt tradit *Ariſtot. de partibus animalium,*
33 vbi rationem aſſignat. Non poſſum, quin ad † id addu-cam plenum *Plutarchi locum in Sympoſiaco, lib. 1. quæſt. 8. Cur ſeniores facilius literas eminus legant, nu. 20.* Nos autem, *inquit Plutarchus*, Platonicum ſecuti principium, dicemus ſpiritum lucis ſimilem ex oculis excidere, & cum luce, quæ circa corpus eſt, commiſceri, ac cum ea concreſcere, ita vt ex ambobus vnum fiat corpus conſentiens. Porro mixtio ea fit vnius cum altero, ratione proportionis cuiuſdam, ac certæ quantitatis, non enim debet alterum ab altero ſuperatum aboleri, ſed ex ambobus in medium quoddam harmonia, & communione redactis, vna vis confici. Quæ cum ſint, prouecta ætate hominibus, ſiue fluxus appellari debet, ſiue ſpiritus lucidus, id quod per pupillam

pupillam fertur, ſiue lux, cũ ſit imbecillius iam, & languidius, non temperatur, neque commiſcetur cum re videnda, ſed penitus que confunditur: niſi literas iis longius ab oculis abducemus, nimium lucis ſplendorem languefaciant, et non nimia, & ſincera, ſed moderata, ac proportione conſentiens oculo occurrat. Atque ea cauſa eſt etiam, quod animalia quædam noctu vident. Viſus enim eorum diurna luce, cum ſit imbecillis, obruitur, cum non poſſit cum magna, & valida luce facultas exilis, & languida commiſceri: cum obſcura autem luce, & tenui, qualis eſt ſtellarum, fulgorem ſufficientem miſceri, & proportione ei reſpondentem emittunt: vt hac temperatione viſio poſſit fieri. Eos autem qui nocturno tempore cæci quodam pacto ſunt, interdiu autem clare vident, † Ny- 34
ctilopas appellat Plinius, *lib. 8. cap. 50.* ſuperaddens viris iecure † caprino aciem veſpertinam reſtitui. 35

Cæterum vbi hæc non intercedunt, nec lumen aderat, aut Lunæ, aut cuiuslibet alterius rei, deponentes de nocturno negotio, iuxta ea, quæ ſuperius diximus, reiiciuntur, & falſi condemnantur, vt ſuperius dictum eſt, quod & pluribus probat *Farinac. loco ſuperius allegato, num. 39. verſic. Amplius primo, Cort. conſil. 217. Viſo themate, num. 3. verſic. Inſuper memini me legiſſe, vol. 1.* Cuius quidem criminis conuictos, non pœna corporali puniendos eſſe, ſed 36
† pecuniaria, voluit *Farinac. loco citato, num. 39. verſic. Vbi, quod pariter D. meus Praeſ. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſu 279 Quamquam in conſiliis, num. 4. verſ. Quale iſti iudices mouet.* Cuius rei ego eam exiſtimarim adduci poſſe † ratio- 37
nem, quia vbi quis ex indiciis, & præſumptionibus, etiam vehementiſſimis venit condemnandus, non vera delicti pœna, ſed mitiori alia arbitrio † iudicantis puniendus eſt, 38
complures ſeueta adducit *Bursat. deciſ. 164. Videtur quod num. 6. verſ. Quid dicendum & Tiraq. de pœn. temper. aut remittend. cauſa 27. per totam.*

Quod ego libenter † admitto, quoties ea tantum ra- 39
tione quis condemnatur falſi, quia defecerit in ſalutari, id eſt, non reddiderit congruentem rationẽ, vel ea reddita, fuerit tanquam minus vera, minuſue probabilis reie-

cti,

cta, ſecus quando aperte de non delicto conſtaret, quia
tunc pœna ordinaria delicti dicerem plectendum.

Declarando primo, vt in ſubiecta materia paria ſint,
40 vel in totum deficere Lunam, vel adeo † paruam eſſe, vt
lucem non reddat, *Felin. in cap. ſicut, num. 6. Verſic. Et ad-
de, quod Oldradus, de ſentent. & re iud. Margar. ad eundem*
41 *Felin. in Verbo, Teſtis ſi dicit*; atq; eo magis ſi † remotiores
erant teſtes, vt in ſuo caſu conſiderat, poſt *ibi* allegatos,
*Celſus Hugo conſil. 62. Tanta eſt copia, num. 5. Verſic. Si enim
eſt verum.*

* Non tamen condemnarim prorſus ego * ſententiam
condemnatoriam, quam iniuſtam dixit *Mantua in ſuo
Dialog. claſſ. 1. cap. 16. Accuſatus, num. 5.* qua condemnati
fuerint rei ex depoſitione teſtium nocturno tempore aſ-
ſerentiũ quod Luna lucebat; quoniam proſequitur Man-
tua, non erat plenilunium; quid enim ſi propius accede-
42 bat Luna ad † orbem, licet adhuc eum non compleuiſſet.
43 Declarando ſecundo, vt † licet etiam tota compleca
ſit orbem Luna, non ideo reddat eiuſmodi teſtem omni
exceptione maiorem, & inuulnerabilem, quia habeat
44 Luna † lugubres radios, *Felin. in cap. Sicut, num. 5. Verſic.
Item inficiari, de re iud. Farinac. de oppoſit. contra perſon. te-
ſtium, quæſt. 62. in 2. limitat. principali, num. 40. Verſic. Am-
plia ſecundo, Rolard. a Valle conſil. 3. In cauſa inquiſitionis,
num. 43. Verſic. Sicut nec etiam, Vol. 3. Bran. inter conſilia cri-
minalia Ziletti tom. 2. conſil. 115. Sacratiſſima, num. 42. Ver-
ſic. Et teſtis, Viuius communi opin. 950. Teſtis deponens de no-
cte, num. 9. Verſic. Nam aſſerebam, Boſſ. in praxi in tit. de in-
diciis, num. 173. Verſic. Sed parcant mihi, Corn. conſil. 217. Vi-
ſo themate, num. 3. Vol. 1. Crauet. conſil. 99. Ioan. Filius, num.
9. Verſic. Pro hoc adduco, lib. 1. Maſcard. de probat. concluſ.
1114. Noctis tempore, num. 5. Verſic. Huic tamen com-
muni.*

Niſi eſſemus in ciuilibus, quia plena adhiberetur fides,
locis citatis, verſa vice eſſemus in criminalibus, & agere-
45 tur de cognoſcendo, ad totius etiam Lunæ lumen, † fe-
neſtram ingredientem, quia nulla adhiberetur fides, et
* ita fuiſſe * Iudicatum hac concluditur. *n. Ianuar. cons. quintæ
pari.*

Google

[illegible] de probat. cap. 26. Pars exhibers, col. 3. verſic. Sed [illegible].

Sed & ego idem arbitrarer in criminalibus, vt ſcilicet † plenam in plenilunio, vel circa plenilunium, facerent fidem teſtes de nocturno crimine deponentes, ſi concurreret vicinitas [illegible], & bene compoſitum viſus organum, beneque diſpoſita potentia viſiua, ad ea percipienda, quæ nocturno tempore committerentur, vide deinde *Batard. Platon. [illegible] allegantem, quæſt. 21. verſic. Sed quid ſi teſtis.* 46

Declarando tertio, vt in his maxime poſſit, plurimumque faciat † theorica nouilunii, plenilunii, & aliorum eiuſmodi, in ordine ad varia anni tempora, ſic *Capol. caut. [illegible] in princ.* & clarius *[illegible] conſ. 252. Teſtis deponens de nocte, num. 4. verſic. Idemq; [illegible] par. 3. loco cit. in tit. de probat. cap. 26. Pars exhibens per totum.* 47

Quare ſi ad calculum [illegible] Lunæ diebus appareat Lunam ea nocte non eluxiſſe, reiicietur teſtis, & falſi damnabitur, et ita aliquando fuiſſe * determinatum ſcripſit * *Bald. & Angel. in l. ſi cum exceptione, §. in hac ff. quod met. cauſ. Oldrad. & alii,* de quibus *Margar. ad Felin. in verbo. Teſtis illiteratus.* Idem ſi Luna erat parua, vel † pluiſſe conſtet, *Oldrad. conſil. 207. Vniuerſis præſentes, Felin in cap. ſicut, num. [illegible] verſic. Et contra teſtes dicentes. Margar. loco cit. in verbo, Teſtis ſi dicit, Batard. ad Clar. quæſt. 21. num. 21. verſic. Sed quid ſi teſtis, qui ad hoc add. cit D. meum Præſ. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 279. nu. 3. & Plot. in l. ſi quandonam [illegible] C. Vnde vi.*

CAPVT LVIII.

De Voce, & Auditu.

ARGVMENTVM.

Teſtis de auditu in nocturnis actibus, qua-

quatenus probet in iudiciis criminalibus, in ciuilibus, in contractibus, in matrimonialibus, in vltimis tandem voluntatibus.

SVMMARIA.

1 *Teſtis deponens de actu nocturno ex auditu, quam faciat probationem.*

2 *Teſtis de auditu in nocturnis criminibus non facit plenam probationem, vt ex ea ſequatur condemnatio.*

3 *Teſtis deponens de crimine nocturno facit ſufficiens indicium ad torturam, ex Iaſone, Baldo, & aliis.*

Declaratur ibid.

Modo non poſſit decipi in voce, num. 4.

Quod Iudicis arbitrio relinquitur, num. 5.

Si tamen teſtis ſit omni exceptione maior, num. 6.

7 *Teſtis deponens ex auditu de nocturno crimine non probat, nec quo ad torturam ex Crauet. Roland. a Valle, & aliis.*

Et ita iudicatum fuit Papiæ ex Cotta, & aliis, numero 8.

Niſi aliæ fiant coniecturæ, num. 9.

10 *Teſtis deponens de auditu in nocturno crimine, faciet interdum indicium ad torturam ex Authore, & quando.*

Contrarium arbitratur Bartolus, num. 11.

Declaratur Bartolus, num. 12.

13 *Teſtis de auditu in ordine ad actum nocturnum, cæco æquiparatur, ex Farin.*

14 *Cæcus poteſt eſſe teſtis in iudicio ciuili.*

15 *Vox. In voce quis decipi poteſt de facili.*

16 *Iacob patrem Iſaac decepit, dicens ſe Eſau,*

17 *Obſtetricum manus, & oculi ſæpe falluntur.*

18 *Inſtantiam afferre non eſt ſoluere difficultatem.*

19 Cæ-

19 *Cæcus alias in iudicio ciuili facit ſemiplenam tantum probationem.*

20 *Teſtis ſolo auditu, Vel de nocturno actu deponens, quando in ordine ad Vocem notam probet.*

21 *Teſtis de Voce plene probat in ciuilibus, ex Alex. de Neuo, & quare.*

22 *Teſtis deponens de actu nocturno, Vel ſimpliciter de actu, etiam ad effectum ciuilem, in materia criminali, pœnali, non facit de ſe probationem.*

Forte in praxi ſeruaretur contrarium ex Imola, num. 23.

24 *Teſtis deponens de contractu nocturno ex auditu, &*

Cæcus probant.

Modo habeant notam Vocem contrahentium, numero 25.

Vtrinque tamen adeſſe opiniones teſtatur Corneus, numero 26.

27 *Teſtis adhibitus in inuentario debet Videre res quæ deſcribuntur.*

Ratio adducitur, num 28.

29 *Teſtis de auditu non probat, Vbi aliquis ex contrahentibus eſt infirmus.*

30 *Teſtis de auditu non probat, Vbi agitur de impediendo.*

31 *Fornicatio ſimplex probatur per auditum.*

32 *Matrimonium contrahendum impeditur etiam per ſolum teſtem*

33 *Matrimonium iam contractum probatur per auditum, & quomodo.*

34 *Matrimonium iam contractum non dirimitur quo ad thorum per teſtem de auditu.*

Etiamſi teſtis habeat notas Voces, num. 35.

Ratio remiſſiue, num. 36.

37 *Matrimonium non probatur contractum per auditum ex Felino, & Roland. à Valle.*

Declaratur illorum dictum ab Authore, num. 38.

39 *Matrimonium in ordine ad teſtes maximas concedit partes iudicis arbitrio.*

40 *Teſtis de ſolo auditu poteſt eſſe teſtis in teſtamentis, gloſſ.*

Contrarium commune, num. 41.

Etiamſi haberet teſtis notam vocem teſtatoris, numero 42.

43 *Vox facile immutatur propter infirmitatem.*

44 *Teſtamenta militum, inter liberos & ad pias cauſas, volunt teſtes ad ſolam probationem.*

45 *Teſtis nocturno tempore, ſine lumine vel etiam cæcus poteſt eſſe teſtis in teſtamentis perſonarum priuilegiatarum, ex Caſtr.*

Contrarium verius, num. 46.

47 *Teſtis de auditu quando probet, latiſſime, & remiſſiue.*

TESTIS aliquid deponens ab aliquo nocturno facto tempore, eamque reddens rationem ſcientiæ, quia facientem cognouit de voce, ſeu vt dicunt Docto-
1 res, ad vocem quam faciat † probationem, id eſt, in quo non parum iuriſperitiſſimi elaborarunt, aliis enim volentibus facere plenam probationem, negarunt alii, alii vero diſtinxerunt; Conſtituo ego nonnullas inſpectiones pro negotiorum varietate, itaque.

Prima inſpectio, quam probationem faciat in crimi-
2 nalibus, & plenam † non facere probationem ad condemnandum, niſi aliæ violentæ concurrant probationes, eſt text. *in cap. præterea, de teſtib. ad quem Abb. in dicto cap. præterea num. 6. in verbo, Cæterum, ſub litera A, cod. de teſtib. Imol. in l. 2. §. Idem Labeo, ff. de aqua pluuiæ arcen. Felin in dicto cap. præterea num. 4 de teſtibus, plures adducit Rolan. a Valle conſil. 3. num. 42. verſic. Quoniam apud Doctores, vol. 3. & plenius ibid. num. 44. verſic. Imo fortius dicitur: vbi plures allegat.* Vel etiam contra producentem deponat, *Gabriel, Cephal. Ferraz. Purſat. & alii,* de quibus *Farinac. de oppoſit. contra dicta teſtium, quæſt. 69. num. 57. verſic.* [illegible], Difficultas eſt, an faciat plenam probationem & ſufficiens indicium ad torturam. Et *Bald. in l. ſi non ſpeciali, num. 1. verſic. Vnde teſtes, Iaſ. ibid. num. 10. C. de teſtam.*

voluerunt,

voluerunt, quod † ſic. Idem voluit *Matth. de Afflict. notab.* 126. 3
Nota quod licet, plures adducit *Corn. in ſuis Memorabilib.* in verbo, *Teſtis deponens de eo, quod factum eſt de nocte,* vbi dicit Odof.* vbique tenet: alios etiam adducit *Plot. de in lit. iurand. §. 1. num. 17. in fin. Verſic. Fallit 4. ſeu ad l. ſi quando, nu. 84. Verſic. Fallit 4. C. Vnde vi. Farinac. de oppoſit. contra perſ. teſt. quaeſt. 61. limitat. 2. principali, nu. 47. Verſic. Et licet contrarium, Clar. lib. 5. §. fin. quaeſt. 21. Dec. 3 ume eſt de iu. aicum nu. 3. Verſic. Sed quid ſi teſtis, Maſcard. de probat. concluſ.* 1114. *Noctis tempore, num. 6 Verſic. Secundo loco reſtringitur, Vantium com. opin. 950. Teſtis deponens de nocte, nu. 5. Verſ. Sed fallit hoc, Bal. in l. non minorem, n. 5. Verſ. Limita, C. de transact. Michel. Caſpar. in com. ſuper ... Tamen l. 79. col. pen. Verſ. Sextum auditum certum eſt, de quo in ſyntag. com. opin. par. 3. lo. 09. cap. 26. Pars, col. 2. Verſ. Sed fallit, Hoſtien. in cap. praeterea, nu. 4. Verſ. Et in delictis, quae occulte fiunt, ibid. Ioan. And. poſt nu. 10. Auth. num. 4. Verſic. Et in delictis, quae occulte fiunt. Butr. num. 8. in fin. de teſtibus, Proſper Farin. de oppoſit. contra dict. teſtium, quaeſt. 69. Oppoſitur vigeſimo ſecundo, cap. 1. num. 51. Verſic. Et pariter etiam in delictis occultis.*

Modo id ſit delictum, quod nec actu, nec habitu, e iam ratione loci, aliter probari poſſit, quam per auditum, vt de * communi *Farinac. loco cit. num. 52.* *

Quod tamen verum intelligit † *Clar. loco cit.* ſi is, qui 4 deponit habeat veriſimiliter adeo notam vocem delinquentis, vt decipi nullo poſſit pacto, *Felin. in cap. ſicut, nu. ... & ſ. de re iud.* plures adducit *Farinac. de oppoſit. contra perſon. teſt. part. 2. quaeſt. 62. 2. limitat. principali, num. 45. Verſic. Limita tertio,* quo caſu ab iudicis † arbitrio o- 5 mnino pendendum erit, qui animaduertat ac iudicet, an deponenti ſit adeo delinquentis vox nota, vt nullo decipi poſſit pacto, *Alber. de Malet. de teſtibus, cap. 5. num. 37. Verſic. Necobſtat, ſi dicatur.* Si praeterea teſtis ſit omni exceptione † maior, *Maſcard. dicta concluſione 1114. numero 7.* 6 *Verſiculo Quod tamen, & Roſſ. in ſua praxi, in tit. de maleficio, numero 173. Verſiculo Et in hoc caſu dicit, alias minus agiretur.*

Verum, non facere plenam probationem, nec etiam
7 quoad torturam hunc deponentem, ſed ei aliquid de † fi-
de diminui, voluit *Crauet. conſil. 99. Ioannes Filius Simo-
di, num. 5. verſic. Tertio iſta mulier, Roland. à Valle conſil. 1.
In cauſſa inquiſitionis, num. 42. verſic. Quæ depoſitio opera-*
* *tur, vol.* 3. vbi dicit ita fuiſſe * receptum *apud Doctores, Fe-
lin. in cap. ſicut, num. 5. in fin. de re iud. Boſſ. in ſua praxi, in
tit. de Indiciis, nu* 173. de communi *Maſcard. concluſ.* 114.
num. 9. In contrarium tamen, de * communi etiam *Farin.
dicta quæſt. 62. verſic. Sublimita part. 2.* & ita in facti con-
* 8 tingentia fuiſſe * iudicatum † Papiæ teſtatur *Cotta in ſuis
Memorabilibus, in verbo, Teſtis deponens de eo, quod factum
eſt de nocte, verſic. Tamen hoc anno*, vt etiam not. *in ſyntag.
com. opin. part. 3. loco 9. in tit. de probat. cap. 26. Pars, col. 1. in
fin. Ariſminus Tepatus in compendio ſentent. Iuris, lib. 1. in
tit. de Indiciis, verſic. Teſtibus deponentibus, fol. 367. col. 1. &
in ſyntag. loco cit. tres redduntur rationes.* Vide eas.

Quare nõ facerem indicium ad torturam, niſi aliis con-
9 currentibus † coniecturis voluit *Farinac. loco cit. num. 18.
verſic. Ego tamen à prima, Maſcard. loco cit. num. 10. verſic.
Sed poterit hac repugnantia, Boſſ. dicto tit. de Indiciis, nume-
ro 173.*

Sed forte faciet indicium ad torturam, ex ſola depoſi-
10 tione, vbi maxima adſit † familiaritas, ideoque arbitrio
iudicis explorato non poſſit deponens in voce deceptus
fuiſſe, *Maſcard. dicto num. 10. & ita intelligo Alexand. con-
ſil. 99. In caſu prædicto, numero 5. verſiculo Et eſt commune,
libro 3.*

Quanquam Bart. *in tract. teſtimon. num. 27. verſic. Illud*
11 *autem*, poſtquam dixit ſe † non approbare, quod a qui-
* buſdam eſt * receptum, vt auditu vocis cognoſcatur ho-
mo, quoniam, inquit ipſe, multæ ſimilitudines reperiun-
tur in vocibus, & alter ſæpe alterius vocem effingit, & in
voce eiuſdem multas mutationes videmus, alia enim eſt
vox pueri, alia adulti, alia iuuenis, alia ſenis, alia ſani, alia
ægrotantis, vel rauci, alia ieiuni, alia ſaturi, alia ebrioſi,
alia ſpirante vento, alia tempore quieto: ſubiicit Bart. non
negarem tamen, quin aliquod indicium faciat, quod au-
tem

tem faciat nō aperit. Sed certe † Bartolus non præſuppo- 12
nit familiaritatem aſſiduam.

Secunda inſpectio, quam probationem faciat eiuſmo-
di teſtis in iudicio ciuili, & de eo, dum iudicamus, vt † de 13
cæco, per ea, quæ tradit *Farinac. de oppoſit. contr. perſon. te-
ſtium, quæſt. 62. in ſecunda limitat. princ. num. 45. limitat. 3.
verſic. Quando teſtis haberet, in fin. part. 2.* dicendum eſt,
quod ſpoteſt eſſe teſtis, & eſt * communis, vt habetur 14 *
apud *Felin. cap. præterea, num. 4. de teſtibus.* Et licet opponi
conſueuerit, quod in † voce quis de facili poteſt decipi, 15
cum ea per alium figurari poſſit, *Clar. in §. fin. lib. 5. quæſt.
21. Dictum eſt de Indiciis, num. 3. verſic. Sed quid ſi teſtis,* &
notat præter ipſum *gloſſ. in l. quoties, in princ. ff. de hæred. in-
ſtituend. Bart. in tract. teſtium. num. 27. verſic. Illud autem,*
vnde & Iſaac a Iacob deceptus fuit dicente ſe † Eſau; Ad 16
id tamen reſpondet *Speculat. in tit. de Teſte, §. 1. num. 56.
verſic. Sed nunquid cæcus*, quod, & viſus decipitur quan-
doque, vt habetur *in cap. nec aliqua, 27. quæſt. 1.* vbi dicitur,
quod manus & oculi † obſtetricum ſæpe falluntur, eo- 17
dem modo reſpondet *gloſſ. in cap. Teſtes, in verbo, Qui no-
uerunt, & viderunt, 3. quæſt.* Sed parcat Speculator, quia,
vt inquiunt Philoſophi atque etiam *Dec. in rubr. ff. de reg.
iur. num. 4.* afferre † inſtantiam non eſt ſoluere difficul- 18
tatem. Et præterea viſus ſæpe quidem fallitur, ſed ſæpius
non fallitur, & ideo admittitur teſtimonium de viſu, ſuis
tamen loco, & tempore, nam ad ea quæ frequentius fiunt
leges adaptantur, *l. nam ad ea. ff. de legibus*, ita etiam *gloſſ.
in d. cap. nec aliqua, 27. quæſt. 4. in verbo, Fallantur.* Tan-
dem non dicitur ibi, quod oculi ſimpliciter ſæpe fallan-
tur, ſed quod oculi obſtetricum, in caſu, quo exploratur
mulier, an virgo ſit, vel ne, eſt enim difficilis cognitio ve-
ritatis. Quod dicitur de Iacob, non errauit Iſaac in voce,
ſed in tactu, *Ioannes Andr. ad Speculat. de teſte, §. 1. dicto nu-
mero 56.*

Alii huius timore dixerunt non facere eiuſmodi teſti-
moniū plenam probationem, ſed † ſemiplenam tantum, 19
*Fel. in c. præterea. nu. 4. de teſtib. Ang. in l. ſi non ſpeciali, C. de
teſta. Abb. in c. cum cauſſam, nu. 9. verſ. Et faciunt de teſtib.*

20 Sed dicamus hunc deponentem, ſi non habeat † notam vocem loquentis nullo probare pacto, *Angel. in l. ſi non ſpeciali, num. 4. C. de teſtam.* ſi notam admodum habeat, ſed non familiarem, paulo tamen antea loquentem audierit, plene probare, *Abb. in dicto cap. cum cauſſam, numero 9. de teſtibus, Felin. in cap. præterea, num. 4. eod. Alexand. conſil. 24. num. 10. lib. 2.* quanquam etiam, ſi notam tantum habuerit vocem contrahentium, ſeu alio pacto in iudicio ciuili, velit *Alexand. de Neuo* teſtes plene pro-
21 bare, etiam nocturno tempore, alias † raro locus eſſet
* eiuſmodi teſtimonio, *Alexand. de Neuo,* vbi de * communi, inter conſilia *Alexand. conſil. 99. In caſu prædicto, num. 5. verſic. Et eſt communis ſententia, lib. 3.* Si multum notam habeat loquentis vocem, non tamen familiarem, atque per aliquod temporis interuallum arbitrio iudicis declarandum non audierit eum loquentem, de cuius verbis deponere velit, facere deponentem ſemiplenam tantum probationem, atque ita intelligo *Angel. in l. ſi non ſpeciali, num. 4. C. de teſtament.* ſi tandem vox ſit, & nota & familiaris, puta, quia frater, & ſoror, alter in alterius cauſſa deponat, quo caſu deponere poteſt, dicendum eſt facere plenam probationem, modo vox perſeuerauerit familiaris, ita intelligo *Alexand. conſil. 24. num. 10. lib. 2. Maſcard. concluſ.* 1114. *Noctis tempore, num. 10. verſic. Sed poterit hæc repugnantia, argument. text. in l. octaui, ff. vnde cognati.* Atque indiſtincte faceret plenam probationem teſtis de auditu, ſi contra producentem deponeret, *Gabr. in ſuis communibus, in tit. de Teſtibus, concluſ. 1. num. 14. & 15. Bertaz. Cephal. Burſat. & alii, de quibus Farinac. de oppoſit. contra dicta teſtium, quæſt. 69. num. 57. verſic. Limita octauo.*

Fallunt hæc omnia, ſi verſaremur in materia pœnali,
22 etiam ad † effectum ciuilem, quia non faceret probatiotionem aliquo pacto de alterius voce deponens ſine aliis adminiculis, *Imol. in l. in ſumma. §. idem Labeo, in meo Cod. eſt in l. num. 24. ff. de aqua pluuia arcen.* qui tamen ſubdit,
* quod in * practica propter authoritatem gloſſ. & docto-
23 rum forte ſeruaretur † contrarium.

Tertia inſpectio, an probet dictum teſtis in contradicti-

bus

bus nocturno tempore, ex ſola contrahentium voce; &
arguendo à cæco ad audientem, nec quicquam videntem
nocturno tempore, dico quod † ſic, modo habeat notam 24
contrahentium † vocem. *Caſtrenſ. in l. ſi non ſpeciali, num.* 25
*6. C. de teſtament. ibid. Bald. in princ. gloſſ. in l. in ſumma, §.
idem Labeo, et l. in verbo, Audiuerit, ff. de aqua pluuia ar-
cen.* de* communi Felin. *in cap. præterea, num. 4. de teſtibus,*
de communi etiam *Alexand.* ſeu potius *Alexand. de Neuo*
*inter conſilia Alexan. conſil. 99. In caſu præſidio, num. 5. ver-
ſic. Et eſt communis. lib. 3. Imol. in l. in ſumma, §. idem La-
beo, in meo Cod. eſt in l. 1. num. 23. ff. de aqua pluuia arcen.
& eundem Alciat. conſil. 5. num. 9. verſic. Nec obſtat allega-
ta.* Corn. tamen de hoc dubitauit, dicens, quod ſunt opi-
niones hinc † inde, & ipſe modo ſuſtinet, ſcilicet noctur- 26
no tempore, ſeu alias non ſufficere teſtem audiētem tan-
tum in contractibus, modo in contrariam videtur ſentē-
tiam inclinare. *Corn.* inquam *conſil. 18. Principale dubium,
num. 6. & 7. vol. 2.*

Fallit hæc inſpectio in teſte adhibito in † inuentario, 27
quia debet omnino vidiſſe, nec ſufficit audiſſe, *text. in §. ſi
vero abſunt, & ibi* etiam *gloſſ. in verbo, Et vidiſſe, Authen. de
hæredib. & Falcid.* ratio eſt, quia † teſtis debet videre re- 28
rum qualitatem, quæ in inuentario deſcribuntur, quæ
quidem qualitas cadit præcipue ſub ſenſum viſus.

Fallit 2. ſi aliquis ex contrahentibus eſſet † infirmus, 29
quia infirmi de facili mutant vocem, *Imol. in l. in ſumma,
§. idem Labeo ait. in meo eſt, in l. 1. nu. 24. ff. de acq. plu. arc.*

Quarta inſpectio, quid in matrimonialibus; Et equi-
dem, ſi agatur de † impediendo matrimonio contrahen- 30
do, puta, quia Titius velit Seiam in vxorem ducere, & quis
deponat ſe audiſſe Titium coeuntem cum ſorore Seiæ,
impeditur matrimonium, tum ex natura † fornicatio- 31
nis ſimplicis, quæ per auditū probatur, vt in his terminis
dicit *gloſſ. in cap. Teſtes, in verbo, Qui nouerunt, & vide-
runt. 3. quæſt. 9.* dum citat *cap. præterea, de teſtibus,* tum quia
ad † matrimonium impediendum leuis probatio ſuffi- 32
cit, etiam vnius teſtis, etiam per ſolam famam, vt in
his terminis dicit *gloſſ. in cap. præterea, in verbo, de*

 auditu,

* *auditu, de teſtibus*, & ita intelligo teſtantem de * communi *Proſperum Farinac. de oppoſit. contra dicta teſtium, quæſt. 69. cap. 2. num. 123. Verſic. Contrarium probat text.* Idem ſi
33 agatur de probando matrimonio † iam contracto, puta, quod audierit Titium & Seiam inter ſe matrimonium contrahentes, *Alciat. reſponſ. 5. Viſo proceſſu, num. 10.* Secus,
34 ſi agatur de † dirimendo matrimonio iam contracto ad thori ſeparationem, puta, quia adducatur teſtis ad deponendum alicuius vxorem mœchatam fuiſſe, & teſtis dicat ſe audiſſe adulteros ſibi inuicem immiſcentes, niſi enim violentæ concurrant præſumptiones, reiicietur eiuſmodi teſtimonium, additur *Abb. in cap. præterea, num. 6. in in Verbo, Cæcus, de teſtibus*, & ita intelligo ego dictum *cap.*
35 *præterea*, etiam ſi habeat voces † notas, ita in indiuiduo *Alciat. reſponſ. 5. nu. 11. per gloſſ. ſuper Verbum, Auditu, & ibi Ioan. Andr. & Imol. in dicto cap. præterea, de teſtibus, Ioann. Andr. iterum in cap. licet ex quadam, num. 2. Verſic. In aliis igitur impedimentis, ibid. Ancharan. num. 2. in ſecundo notab. Butr. num. 3. in fin. Abb. num. 2. de teſtibus*, vt de his poſtremis *Farinac. in tit. de oppoſit. contr. dicta teſtium, quæſt. 69. num. 73. Verſic Sublimita*, ratio videri poteſt apud eun-
36 dem † *Alciat. late Corſet ad Abbatem, in Verbo, Teſtes licet Vnus.*

Quanquam *Roland. à Valle conſil. 3. In cauſſa inquiſitionis, num. 42. Verſic. Quoniam apud Doctores, Vol. 3.* & refert & ſequitur *Felin. in cap. ſicut, in ſecunda declaratione,*
* *de re iud.* dicentem ſe vidiſſe quoſdam teſtes * reprobari,
37 qui † dixerant ſe vidiſſe de nocte contrahi matrimonium.

Sed certe, nec Felinus, nec Rolandus à Valle id ſimpli-
38 citer concludunt, ſed eo † caſu, quia non dixerunt, quod cognoſcebant infallibiliter voces contrahentium matrimonium.

39 Declantado tamen, vt in his maxime poſſit † iudicis arbitrium, *tex. in d. cap. præterea de teſtib.*

40 Sexta inſpectio, quid in vltimis voluntatibus? & † licet *gloſſ. in l. in ſumma, §. idem Labeo, el 1. in Verbo Audierint, ff. de aq. plu. arcen.* voluerit in argumentum hunc teſtem eſſe poſſe,

poſſe,* communis tamen eſt in † contrarium, ita *text. in l. ſi non ſpeciali Cod. de teſtam. ibid. Bart. numer.* 1. *Caſtrenſ.* 41
num. 1. Ang. num. 3. Idem Ang. in Auth. de hared. & Falcid. num. 34. text. in §. ſi vero abſint aliqui, & gloſſ. ibid. in verbo. Et videſſe, Auth. de hared. & Falcid. de* communi *Imol. in l. in ſumma §. Idem Labeo, in meo Cod. eſt in l. 1. nu. 23. ff. de aqu. pluu. arcend.* de communi etiam *Alex. conſ. 99. nu. 5. lib. 2. Corn. conſ. 18. Principale dubium, nu. 6. Verſ. Et idem Volum. Vol. 2. qui ibid. num. 5. Verſ. Et licet glo.* dicit ea de re caſſatum fuiſſe de* facto quoddam teſtamentum, additur ad *Abb. in cap. praterea, num. 6 in verbo Cacus, ſub litera A. extra. de teſtibus, ibid. Felin. nu. 4.* qui † ampliat, etiam ſi 42
haberet teſtis notam vocem teſtatoris. Ratio eſt, quia in teſtamentis propter infirmitatem, quis de facili † vocem 43
mutat. *Bar. in l. In ſumma §. idem Labeo el 1. ff. de aqua pluu. arcend. Abb in cap cum cauſſam, num. 9. de teſtibus, Alex. in conſ. 24. num* 10. *lib.* 2.

Quo fit, vt valde dubitem de eo, quod voluit *Caſtr. in l. ſi non ſpeciali nu. 6. C. de teſtam. iunctis dictis Aret. in §. Teſtes autem nu. 4. Inſt. de teſtam.* voluit enim Aret *loco cit. sc.* quod in † teſtamentis inter liberos, ad pias cauſſas, & mi- 44
litum, teſtes non adhibeantur ad ſubſtātiam actus, ſed ad ſolam probationem, quod ego quoq; omnino admitto, voluit autem *Caſtr. in d. l. ſi non ſpeciali, nu. 6. C. de teſtam.* quod cæcus, eum dixerit, qui nocturno audiat tempore, non tamen videat, quod † cæcus inquā poſſit eſſe teſtis in 45
iis, in quib. non requiruntur teſtes, ad ſubſtantiam, ſed ad ſolam probationē, modo notam habeat vocē contrahentiū. Dico enim ego, quod, ſiue ex imminenti mortis reali articulo, ſiue impendente imaginaria morte, ſatis infirmus dici poteſt per vltimas diſponens voluntates, quam quidem exhorreſcens mortē, ſatis contremiſcens potuit faciliime vocē immutare, vel ſaltē idem dicendū eſſet in teſtatore bonæ valetudinis, quod ſuperius negatum fuit, quo caſu ſatis patet, vt ſuperius diximus de contractibus, in quibus teſtes requiruntur ad ſolam probationē, quod nullo pacto in actibus morientium, vel realiter, vel imaginarie, audientes tantum non admittuntur in teſtes.

Atque id non ſolum habere locum in teſtamentis, vt deponentes de ſolo auditu reiiciantur teſtes, ſed etiam in
46 † qualibet alia vltima voluntate, ſcripſit expreſſe *Corne. conſ. 18. Principale dubium, numer. 7. Verſ. Et ſatis videtur. Volum. 2.*

47 Cæterum, quando admittatur teſtis de † Auditu, alias conſulto omiſſis, vide *Farinac. quæſtio. 69. par. 2. per totam, in titu. de Oppoſit. contra dicta teſtium, vbi latiſſime.*

CAPVT LIX.

De Teſte in criminalibus.

ARGVMENTVM.

Teſtis de nocturno deponens crimine quis eſſe debeat, quam faciat probationem, atque de eodem pleraque alia, remiſſiue.

SVMMARIA.

1 *Teſtis in delictis, qui poſſint eſſe, & quam faciant probationem, remiſſiue.*

2 *Teſtis de nocturnis delictis deponens, an teneatur reddere rationem, quando præterea ſit falſi ſuſpectus, remiſſiue.*

3 *Teſtis vnus in antiquis, occultis & nocturnis, quando ſufficiat.*

EX iis, quæ diximus *in cap.* de Probationibus, de Viſu, de Voce, & auditu, ſatis cōſtare arbitror, qui † teſtes in
1 delictis nocturnis admittantur, quam faciant probationem, de quo etiam aliquid *in cap. ſequenti de Socio criminis, & de Campario,* quæ vero pertinent ad rationes, & falſi † ſuſpicionem, ea videri poſſunt, quæ in *proximus titul.*
2 ſubiicientur. Nec ideo ſibi perſuadeat aliquis fruſtra hoc hoc appoſitum cap. Id enim neceſſitate quadam impellente

lente agendum erat profecto, ne in aliquo deficeremus, & vt varius diſperſis locis ex vno loco tanquam ex opportuno indice haurirentur. Sed nec perperam omnino iacebit etiam apud ſuperſtitioſos nimis, ſi dicamus teſtem etiam vnum, cum fama, & aliis adminiculis in factis antiquis & in delictis, quæ occulte fiũt, qualia ſunt † nocturna, ſufficientem facere probationem *ex Baldo, Hoſtienſ. & Abb. in cap. preterea, in fin. de teſtibus.* 1

CAPVT LX.

De Socio criminis.

ARGVMENTVM.

Socium criminis, in nocturnis, atque aliis occultis criminibus deponentem, vlteriorem facere fidem.

SVMMARIA.

1 *Socius criminis, quam faciat probationem.*
2 *Socius criminis, vbi deponit, nulla eſt conſtituenda differentia inter crimen diurnum, & nocturnum.*
Plus tamen operatur deponens de nocturno, numer. 3.
4 *Socius criminis admittitur teſtis in occultis.*
5 *Teſtis non poteſt eſſe contra euntem de nocte, qui & ipſe nocte iuerit.*
Aliquid tamen probabit, num. 6.

SOcius Criminis quam faciat † probationem, quomodo, quibus adhibitis, late *Clar. lib. 5. recept. ſentent. §. fin. quæſt. 21 præcipue num. 4. Verſ. Retenta igitur, Bertaz. conſi. crim. 538 Nullæ iudicio meo, per totum, Volum. 2 Idem conſi. 332 Requiſitus cum maxima, conſ. 341. Prima itaq. facit, num. 7 Verſ. Secundo licet, cum ſeqq. conſ. 427. Abſoluendus, num. 2. Verſ. Nam, ſi ſocius, ead. par. 2. D. meus Præſ. Menoch. de* 1

de arbitr. Iud. caſu 464. num. 43. Cephal. conſ. 462. numer. 9. Bertaz. in conſ. Crimin. 556. Imputatur, à num. 8. verſ. Si vero conſideremus & conſ. 559. liberandus, nume. 3. verſ. Tertia eſt imputatio par. 2. Decian. tractat. crimin. lib. 7. cap. 24. Atrociſſimum ſemper, à num. 7. verſ. Dubitari autem poteſt, idem lib. 3. cap. 19. Socius criminibus, Gramat. in ſuis conſiliis crimin. in locis ſexcentis, Nouiſſime *Bernardus Henricus. in ſuis magis communibus, lib. 1. concluſ. 53. Socius criminis, Salycet. in l. fi. C. de accuſat. numer. 10. verſ. Secundo opponit. Ruin. conſil. 147. Magnifice Domine, num. 2. verſ. Et eſt communis, lib. 5. Roland. à Valle conſi. 73. In cauſſa inquiſitionis, num. 2. verſ. Et D. meus Ruinus, lib. 1. Decian. conſil. 189. Lætatus ſum plurimum, num 9. verſ. Ex quibus patet, Andraas Barbat. ad Bal. in Authen. Si teſtis productus, in verbo Quod non, C. de teſtibus, Boſſ. in titu. de Indicijs, num. 148. verſ. Et hoc vbi interrogat Boer. deciſ. 319. Et videtur, quod non, numer. 1. verſ. Sed præcedens, & alibi. Afflict. ſuper 1. par. Conſtitutionis regni, Rubr. 27 nume. 34. atque ego non indiſtincte de Act. in Mort. artic. cap. 31. per totum latiſſime Proſper Farin. in titu. de Indicijs, & tortura, quaſt. 43. Indicium per totam, par. 1.*

Quo loco in ſocio criminis nullam eſſe conſtituen-
2 dam differētiam, an delictum ſit de † nocte commiſſum,
an de die, voluit *Boſſ. in titu. de Indicijs, & conſidera. ante tortu. num. 173. verſ. Cæterum, ſi eſſent ſocij criminis.* Aliquid
tamen vlterius operari hunc teſtem criminis ſocium re-
3 ſpectu eorum, quæ † nocturno patrata ſunt tempore, quā
reſpectu eorum, quæ diurno, admittit in ſpecie ſocii cri-
minis *Boſſ. loco cit. num. 175 verſi. Eſt verum*, quod aliquid
4 amplius, & generaliter in criminibus † occultis, poſt plu-
res ibi allegatos *Bertaz. conſ. crim. 341. Prima itaq; facie, nu. 9. verſ. Nam in talibus delictis par. 2. Aret. conſi. 61. Thomas Grammat. voto 3. Aeterni numinis num. 6. verſ. Prima apparet.* Ex quo patet forte, non bene ſenſiſſe Felinum *in cap. prudentiam in princ. verſ. Et qui vadit de Nocte, de mutuis petit.* dum dixit, quod ſtante ſtatuto, vt nemo poſſit
5 per vrbem nocturno tempore incedere, incedens non †
poterit alium incedentem de nocte, aut accuſare, aut con-

tra

tra eundem teſtificari, dico *ex Boſſ.* quod poterit licet ſocius criminis, aliquidque operabitur, & † plus, quam ſi ageretur de negocio diurno.

CAPVT LXI.

De ratione teſtis.

ARGVMENTVM.

Teſtis de ea non quæſitus, rationem dicto addere non compellitur, vbi res ſub ſenſum cadit. Neque ideo de nocturno actu. Percunctanti vero faciet ſatis rudiori reſpondens ſtylo, & quomodo.

SVMMARIA.

1 *Teſtis an dicto ſuo rationem addere teneatur, etiam non interrogatus.*

2 *Teſtis non tenetur reddere rationem non interrogatus, ſi de ijs deponat, quæ ſub ſenſum cadunt.*

Siue cadant ſub ſenſum guſtus, vt dulce & amarum, num. 3.

Siue tactus, quale eſt molle & durum, aſperum & leue num. 4.

Siue auditus, vt acutum & graue, nu. 5.

Siue odoratus, vt bene, vel male olens, nu. 6.

Siue tandem viſus, vt ſunt res omnes coloratæ, nu. 7.

8 *Teſtis deponens de nocturno actu, non interrogatus, non tenetur reſpondere, quomodo ſciret eſſe noctem.*

9 *Nox cadit ſub ſenſum viſus, tanquam obſcura, & nigra.*

10 *Teſtis de ea interrogatus, debet reddere rationem, etiam eorum quæ cadunt ſub ſenſum.*

11 *Teſtis*

11 *Teſtis deponens de actu nocturno, interrogatus quid ſit nox, ſi neſciat reſpondere, reijcitur*
Idem ſi neſciat reſpondere, quid ſit dies, nu. 12
13 *Teſtis interrogatus quomodo ſciret eſſe noctem, ſufficit, ſi reſpondeat groſſo modo, quia erat obſcurum.*
14 *Teſtis interrogatus quid ſit fama, ſatis facit, ſi illam definiat groſſo modo, prout illam teſtis intelligit.*

1 TEſtis, an dicto ſuo rationem † addere teneatur, dum deponit, iam dictum fuit aliqua ex parte *in cap. de Probationibus*, & videri poteſt latiſſime rem totam examinans *Proſper Farin. de Oppoſit contr. dicta teſtium, q. 70. Opponitur vigeſimo tertio, per totam*, vbi ſexcenti allegantur ad regulam, ſingulas ampliationes, limitationes ſingulas, late etiam *Maſcard. de probat. conclu.* 1375. *Teſtis non interrogatus, per totam.*

Illud interea certum eſt, quod, ſi de iis ponat, quæ ſub
2 † ſenſum cadant aliquem, non tenetur teſtis de ea non interrogatus dicti ſui rationem ſubiicere, vel cadat ſub
3 ſenſum † guſtus, quale eſt dulce, & amarum, quia in iis ſubintelligitur ratio guſtus, *Salycet in l. ſolam, num. 2. Verſ. Idem ſi res ſit dulcis, Vel armata C. de teſtibus, Innoc. in cap. cum cauſſam, num. 3. Verſ. Idem dicimus, de teſtibus, ibi Hoſt. 5. Verſ. Sed, ſi quæratur. Butr. num. 18. Verſ. Si quæritur, an res ſit dulcis, Farinac. de Oppoſit. contra dicta teſtium, d. q. 70.*
4 *cap. 2. num* 118. *Verſ. Limita decimo quarto*, vel † tangatur, quale eſt molle, & durum, aſperum, & lene, quia ſubintelligitur ratio tactus, *Salyc. in d. l. Solam, nu. 2. Verſ. Et idem, ſi quæratur de duritie, Vel mollitie C. de teſtibus, Innoc in d. cap. cum cauſſam, nu. 3. Verſ. Et idem eſt, ſi quæratur, de teſtibus, ibid. Hoſtienſ. nu. 5. Verſ. Si autem quæratur, Butr, nu. 18. Verſ. ſimiliter ſi teſtificando, Farinac. d. quæſtio. 7 cap. 2 num. 119.*
5 *Verſ. Limita decimoquinto*; Siue ad † aures properet, quale eſt acutum graue, & vt mox allegandi inquiunt, quod quis cantet alte, vel baſſe, bene, vel male, quia ſubintelligitur ratio auditus, *Salyc. in d. l. Solam, num. 2 Verſ. Idem ſi quæratur, Innoc. in d. cap. cum cauſſam, num. 3. Verſ Item dicimus, ibi. Hoſtien. nu. 4 Verſ. Si enim quæratur, Butr. nu.* 18.

Verſ. Vnde, ſi quæratur an cantet, Farin. d. quæſt. 70. nu. 117. Verſ. Limita decimo tertio; Vel etiam † naribus occurrat, 6
vel bene, vel graue olens, quia ſubintelligitur ratio odoratus, *Innoc. dicto c. cum cauſſam, nu. 3. in fin. Ver. Et idem eſt, ſi quæſtio eſt de teſtib. ibid. Hoſtienſ. nu. 5. ad fin. Verſ. Verum & ſi quæratur, Butr. num. 18. Verſ. Si teſtificando ſubijcitur ſenſum odoratus*, Siue tandem † oculos afficiat, quia res ſit 7
colorata, alba, nigra, viridis, crocea, &c. cum ſubintelligatur ratio viſus *Hoſtienſ in d. cap. cum cauſſam, num. 4. Verſ. Idem eſt, quando quæritur de colore, Lanfranc. in tract. de teſtibus num 91. in fin. Farin. d. quæſt. 70. nu. 116. Verſ. Limita duodecimo.*

Hinc manifeſte patet teſtem deponentem de actu nocturno, nullo teneri iuris vinculo ad reddendam rationem, quomodo † ſciret eſſe nocturnum tempus, illud 8
enim cadit ſtatim ſub ſenſum viſus, tanquam res obſcura, quæ ſub † nigro colore concludatur, ſic *Virg. libr. 1.* 9
Aeneid.

Eripiunt ſubito nubes cœlumq; diemq;
Teucrorum ex oculis, ponto nox incubat atra.

Idem *lib. 7. Aeneidos.*

Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.
Iladit toruam faciem, & furialia membra
Exuit.

Sed tamen etiam in iis, quæ cadunt ſub ſenſum corporis, tenetur teſtis rationem addere, ſi de ea † interroge- 10
tur, *late ſuperius alleg.* Vnde deponentem de actu nocturno, ſi interrogetur, quid ſit nox, neſciatque † teſtis reſponſionem adhibere, teſtem illum reiici ſcripſit *Crauet. conſil.* 11
75 num. 26. & ſeq. Petra de fideicomm. quæſt. 13. Circa decimam tertiam, num. 122. Verſ. Qua ratione, ſi teſtis deponens, Bald. in l. 1. in prin. num. 1. Verſ. Et qui neſcit probare ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. Viuius communi opinione 959. Teſti deponenti de nocte, nume. 22. Verſ. Vnde reducendo omnia, Purpurat. in l. 1. ff. ſi cert. pet. nu. 77. Maſcard. de proba. concluſ. 41. Conſuetudinem, quod maſculi, nu. 10. Verſ. Hoc idem de deponente. Imol. in l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoq; ff. de verb. oblig. Maſcard. iterum concl. 668. Actus probari poteſt, n. 21.

Verſ.

Verſ. Quod videtur ſenſiſſe, Alexa conſ. 167. Quoniam rei rerum, nu. 7 Verſ. Vbi inquit, ſi teſtis, lib. 6.

Idem erit omnino, ſi deponens de nocturno tempore, interrogatus de ratione in ſuo contrario, puta, quid ſit
12 dies, neſciat teſtis reſpondere, quia illius dicto nulla fides adhibebitur, & rurſus, ſi deponens de diurnis actibus, neſciat reſpondere, quid ſit nox, *Maſcard. d. concluſ. 668. num. 22. Bald. d. l. 1. in princ. num. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris Purpur. d. l. 1. num. 77. ff. ſi cert. pet. Maſcard. iterum d. concl. 430. nu. 10.*

Bene verum eſt, quod non tenebitur reddere ſtrictam rationem, quomodo ſciret eſſe nocturnum tempus, & quid ſit nox, vidimus enim & nos *in cap. 1.* huius apparatus rem difficilem agi, & pleroſque lapſos fuiſſe in illius definitione, niſi nos etiam ipſi fuerimus hallucinati, erit autem ſatis factum interroganti, quid ſit nox, vel quomodo ſciret teſtis tempus fuiſſe nocturnum, ſi craſſiore ſtylo, ſeu
13 †groſſo modo, vt vtar verbis iureconſultorum, reſponderit, quia erat obſcurum, *Bald. in l. 1. in prin. numer. 1. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris*, & de* communi *Petra de fideicomm quæſt. 13. num. 120. Verſ. Et ſi dicatur*, poſt *Alexa. ibi allegat. conſi. 45. num. 8. volum. 2.* Atque omnes idem
14 concludunt in deponente de alicuius † fama, vt interrogatus, quid ſit fama, non teneatur veram tradere definitionem, prout illam definiũt periti, ſed prout teſtis illam intelligit, de quo vide aliquid per *Nattam conſ. 473. Quædam nomine Sylvia, num. 18. Verſ. Præterea dicti teſtes non intelligunt.*

CAPVT LXII.

De Falſis.

ARGVMENTVM.

Mentita, aut, Notarii, aut Teſtium, falſaq; eorum, quando dicta, ſcriptaue præſumantur in ordine ad nocturnum tempus.

pus. Rurſus quo pacto eadem ad concordiam reuocentur.

SYMMARIA.

1 *Notarius non punitur falſi, qui inſtrumentum nocturno tempore celebratum actum dixerit tali die.*

Niſi ſimus in actibus de genere ſuſpectorum, nu. 2.

3 *Dies naturaliter computatur in ijs actibus, qui commode nocturno tempore expediri poſſunt.*

4 *Teſtium dicta, quorum alter dixerit geſtum de die, alter de nocte ſaluantur.*

Datur ideo cautela ex Baldo, num. 5.

Sed Author diſtinguit, num. 6.

7 *Dictio De, denotat cauſſam proximam.*

8 *Teſtes ſi alter deponat quid geſtum de die, alter inter diem & noctem. reprobantur ambo, nec ad concordiam reducuntur.*

9 *Teſtes deponentes de actu ſucceſſiuo, ſi alter dicat actum de die, alter actum de nocte, reducuntur ad concordiam.*

10 *Teſtis ſingularis deſiderat, & admittit iuramentum in ſupplementum probationum.*

11 *Singularitas teſtium obſtatiua non admittit iuramentum in ſupplementum.*

Siue ſit ſingularitas reſpectu loci, ſiue reſpectu temporis, num. 12.

Niſi ſit alter teſtis altero dignior, nu. 13.

14 *Singulares teſtes, ſi ſint etiam ſingularitate obſtatiua, ij præferuntur, qui ſunt mares.*

15 *Maſculi teſtimonium præfertur teſtimonio fœminæ.*

Niſi fœmina ſit nobilis, maſculus autem ignobilis, numer. 16.

Vel fœmina pro reo deponeret, maſculus pro actore, numer. 17.

18 *Senioris teſtimonium, an ſimpliciter iunioris dicto præferatur.*

19 *Teſtis ſi dicat alter, quid geſtum poſt ſonum campanæ alter ante, reducuntur ambo ad concordiam*

Idem, ſi quis dicat ante guerram, alter poſt guerram, num. 20.

21 *Teſtes ſi ſint diſpares, pauciores nunquam ad concordiam reducuntur.*

Sed nec duo ſemper ex Authore, nu. 22.

23 *Teſtes dicentes aliquem ſemper alicubi habitaſſe, licet non viderint eum habitantem nocturno tempore, probant.*

Idem, ſi dicat ſe ſemper vidiſſe Titium poſſidere nec viderint nocturno tempore, nu. 24.

25 *A prima hora noctis, id eſt, immediate poſt primam horam noctis.*

26 *Teſtes, quando falſi ſint ſuſpecti, remiſſiue.*

FAlſi non poſſe condemnari notarium, inſtrumentum nocturno conficientem tempore, illudque tali actum
1 † die inſcribentem, quia appellatione diei, & nox continetur, voluit *Iaſ. in l. non minorem, nu. 2 Verſ. Quid autem, §. Notarius C. de tranſa. & ibid. Bald. nu. 1. Verſ. Sed nunquid ſit falſum, Iaſ. in l. More, nu. 15. Verſ. Item circa vſucapionem ff. de ferijs, ibid. Bal. Dec. in cap. conſuluit, nu. 27. Verſ. Et idem ſi inſtrumentum, de offi. deleg. Alex. in l. ſi quis eum § 1 nu. 2. Verſ. Meo iudicio ff. de vulg. Innoc. Felі & alij in cap. conſuluit, de offic. de leg. Tiber Decian. conſ. 65. Licet autem, num. 22. Verſ. Et quanquam ſciam Vol. 2 Felin. iterum, in ca. 1 de fide inſtrum.* & ita † prædicari teſtatus eſt *Ang. in l. More Rom. nu. 6. Verſ. Et ibi dicit ff. de ferijs.*

Ego autem ſcio me diſtinxiſſe, *in ca.* de Notario, quod
2 ſi ſimus in actibus de genere † ſuſpectorum, qui nocturno tempore celebrentur, notanda erit omnino nocturni temporis qualitas, vt etiam ſentit *Mantua in ſuo Dialogiſm. claſ. 4. cap. 21. Certiſſimum, num. 2. ita etiam Tiber Decian. conſ. 65. Licet autem, num. 22. Verſ. Attamen non poteſt. Volum. 2. & num. 21. Verſ. Et ad tollendam,* & hoc eſt etiam, quod voluit *Anto. de Butr. in c. 1. num. 3. de treuga. &* pace
3 cum dixit, quod dies computatur † naturaliter, & non artificiali-

eſſicialiter in actibus, qui poſſint geri de nocte, tamen comnodè. Cæterum ſufficere, ſi Notarius dicat actum tali die, etiam quod inſtrumentum, vel alius quilibet actus nocturno tempore fuerit celebratus.

Eadem ratione, quod pertinet ad teſtes, de quibus hoc potiſſimum agitur loco, dixit *Bald. in cap. 1. de Treuga, & pace*, quod ſaluari poſſint teſtium dicta, quorum alter dixerit, quod fuit † de Nocte, alter quod de die, quia dicit Bald. ſubaudiendum eſſe die naturali, ideo ſubdit cautelam, *Bald. loco cita.* quod ſcilicet cautus examinator debet facere † declarari, & interrogari de hora. Idem voluit *Mantua in ſuo Dialogiſmo claſ. 4. c. 50. Scio, quod dies, nu. 9. Verſ. Si teſtes ſuper delicto.* 4 5

Sed ego contrarium verius arbitror, & maximam cõſtituo † differentiam, an quis dixerit, quod fuit tali die, & alter, quod tali nocte, vt eo caſu dicta teſtium ſaluentur, ac conciliẽtur, Secus, ſi ad thema Baldi, & Mantuæ alter deponat, quod de die, alter, quod de nocte, tum quia dictio † De denotat cauſſam proximam, & immediatam per modum regulæ, *Barto. in l. 1. § emancipatus. nu. 1. Verſi. Sed hic habes. ff. de coniug. cum emancip. lib. Idem in l. 1. ff. de incend. ruin. & nauf. ag* tum quia dicta teſtium ſunt intelligenda iuxta communem, & vulgarem vſum loquendi *l. Labeo ff. de ſupell. leg.* quo fit, vt actum de die non dicatur actum de nocte. Atque pro hac mea opinione, quam arbitror veriſſimam, eſt in fortioribus terminis in re propoſita, quod voluit *Bal. in l. 2. ad fi. C. quibus res iud. per tex. in l. 2. ff. de fur. balnear. Alex. conſ. 236. Perſpectis atteſtationibus nu. 8. Verſ. Accedit, quod notat, lib. 6. Iaſ. conſ. 131. num. 2. Volum. 1. Petra de fideicomm. quæſt. 12. nu. 680. Verſ. Vel ſi Vnus dicit*, voluerunt enim hi patres, quod ſi ex duobus, vel pluribus teſtibus, deponant alii aliquid geſtum eſſe de die, alii, quod inter diem, & noctem, voluerunt inquam hi patres, teſtes hoſce ad concordiam reducendos † non eſſe, nec probare, ſed eſſe teſtes ſingulares, & contrarios, & reſpectu loci *Cepol conſ. crim. 3. Super cauſſa matrimoniali, nu. 5. Verſ. Et licet iſti teſtes.* Sed & pro mea opinione eſt in terminis conſiliũ *Corn. 148. In hac conſultatione, nu. 1. Verſ.* 6 7 8

Item Dominicus tertius teſtis, Volum.3. a qua opinione, li-
cet ipſe *à num. 3.* diſſentire videatur, id tamen non eſt,
quia Corneus illud nolit, quod diximus, ſed quia erat a-
9 ctus † ſucceſſiuus, cuius pars nocturno etiam tempore ex-
pediri potuerat, quo caſu, ſi quis dixerit geſtum de die, al-
ter teſtis depoſuerit geſtum nocturno tempore, nó quod
inter diem, & noctem, reducentur ad concordiam, vt al-
ter de inchoato intelligatur actu, alter vero de perfecto,
Corn.d.conſ.148.num.3.Verſ.Nam pondero, Volum. 3. qui in
temporis tractu vim omnem facit, vt ibi videre eſt. Sunt
ergo eo caſu teſtes ſingulares, & contrarii, quod ſi ita eſt,
licet in ciuilibus ſi teſtis ſit ſingularis etiam reſpectu per-
10 ſonæ, quia ſit vnicus, locus aperiatur iuramento in † ſup-
plementum probationum, late *Maſcard.concl.976. Quia
exemplo, num.82.Verſ. Quinto limita concluſionem Rip.in
l.admonendi, in 5. Fallentia.numer, 126.ff. de iureiur. Bald.
conſ.309.Non eſt nouum, num.2.Verſ.Solutio, mihi videtur,
* Volum.1.& Doctores * omnes in d.l.admonendi:* ſi tamen ſit
ſingularis reſpectu identitatis dicti, non tamen reſpectu
perſonæ, quia ſint plures teſtes ſingulares, vbi non ſolum
ſingulares ſunt, ſed etiam contrarii, vt noſtro caſu præ-
ſupponit *Petra. d. quæſt. 12. num.680.& alij allegati*, ita vt
11 dici poſſit ſingularitas † obſtatiua, nec iuramentum lo-
cum habere poteſt, etiam in ſupplementum probatio-
num, *Capol.caut.152 Sis cautus, Iaſ in repetit.l. admonendi,
num.256.Verſ. Hic pulchre dixit Baldus.ff de Iureiur.* Ripa,
qui non ſolum de ſingularitate obſtatiua loquitur reſpe-
12 ctu loci, ſed etiam reſpectu † temporis, *in eod.l. admonen-
di, numer.205.Verſi.Secus in teſtibus, Franc. Marc.deciſ.387.
nume. 5. par. 1. Maſcard. de probat. concluſ.957. Iuramen-
tum in ſupplementum probationis, num.20.Verſ. Declaratur
* ſexto,* de * communi poſt plures *ibi* allegatos *Farinac. de
Oppoſit.contra dicta teſtium, quæſt.64. Opponitur, nume.50.
* Verſ.Amplia 4.Idem ibid.numer.* 113. *Verſ. Sublimita,* de *
communi etiam *Roland.à Valle conſ.33. Viſis, ac diligenter
num.22.Verſ.Vlterius non obſtat, Volum.2.* Niſi forte, & eſt
13 mirabilis re vera declaratio, † dignior eſſet teſtis alter al-
tero, vel reſpectu ſexus, vel reſpectu ætatis, vel etiam alio
reſpectu

reſpectu, quia poterit prouocari iudex ad deferendum illi iuramentum, qui habuerit pro ſe depoſitionem dignioris teſtis, *Ioan. Andr. in cap. in noſtra, de teſtibus*, *Idem in add. ſit. ad Specul. in titu. de Teſte §. Item de interrogatorys, Alex. a. in l. quod ſæpe §. ſi in fin. ff. de contrahen. empt. Idem in l. inter ſtipulantem §. 1. ff. de Verb. obligat.* qui cumulantur ab *addente ad Franc. Aretin. conſ. 71. Diligenter, & mature, numer. 3. in Verbo Eneruat fidem*, poſt *Aretin. ibid.* Reſpectu ſexus, quia ſi ex teſtibus ſint alii † mares, alii vero fœminæ, licet ſint ſingulares ſingularitate obſtatiua, attamen habenti teſtimonium maſculorum pro ſe, deferri poterit iuramentum ſuppletorium *Alex. conſ. 236. Perſpectis atteſtationibus, num. 3. Verſi. Quia in dubio, lib. 6.* Quod optima confirmare poſſumus ratione, quia ſcilicet, cæteris paribus, magis ſtandum eſt teſtis maſculi dicto, quam † fœminæ, *Felin. in cap. in noſtra, & in cap. quoniam, in fin. de teſtibus. Anto. Gabriel, in ſuis communibus, in titu. de Teſtibus conclu ſ. 4. Alber. in l. qui teſtamento. §. mulier, numer. 9. ff. de teſtam. Gerard. ſingu. 11. His caſib. in princ. Abb. in cap. Forus in penultim. notab. de Verb. ſignif. Specul. in tit. de Teſte, § poſtquam numer. 4. Verſ. Porro, Tiraquell. in ll. connubial. in 9 lege, num. 53. Decia. in l. 2. in princ. numer. 35. Verſ. Et generaliter ff. de regu. Iur.* ſi tamen binos caſus excipiamus, quorum prior eſt, quoties mulier † nobilis eſſet, ignobilis autem maſculus, quia mulieris nobilis teſtimonium præcelleret, atque ea de re dixi ego, cæteris paribus, *Bald. in l. Teſtium colum. fin. C. de teſtibus, Gerard. d. ſingu. 11. nu. 7. Verſ. Poſſet tamen dici,* poſterior vero caſus ille eſt, quando mares pro † actore deponerent, mulieres autem pro reo, maior enim fides dicto fœminarum adhiberetur, *Gerard. dicto ſingu. 11. numer. 3. Verſ. Quod puto Verum, Abb. in cap. ſernus de Verb. ſig. Marſil. conſil. 2. à numer. 19. D. meus Praeſ. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 90. Pro reo præſumptionem, numer. 9. Verſ. Hoc tamen locum non habet.* Quod autem dicit *Alexa. d. conſ. 236. num.* 2. de dignitate maioris ætatis, id † non admitto ſimpliciter, niſi forte adoleſcentior eſſet teſtis alter, alter ſenior. Cæterum nunquam fere daretur hæc obſtatiua ſingularitas iuramenti

14

15

16

17

18

ſuppletorii maximum impediens beneficium, ſiquidem alter altero maior natu eſt, vt plurimum, & vix eos date eſt, qui eodem anno, menſe, die, hora, & puncto in lucem editi fuerint.

Si præterea teſtes dicant aliqui delictum factum eſſe
rantia, niſi forte vel eſſemus in antiquis, vel in actibus morientium, vel aliis de † cauſſis, quæ recenſentur copio- 11
ſo ſtylo à Maſcard. de probat. concluſ. 879. num. 4. Verſic. Decimoſexto fallit, D. meo Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 6.

præſumpt. 32. quoties tamen, quod geſtum eſt, nocturno
12 † geſtum eſt tempore, præſumitur ignorantia, etiam in facto proprio, ſic *gloſſ.* quam *ibi Angel.* dixit ſingularem, *in l. ſi cum exceptione, in meo incipit, l. item ſi cum exceptione, §. in hac actione, in verbo, ignorantiam, ff. quod met. cauſ.* vo-
13 luit, quod iuſte poteſt † is ignorari, qui vim intulerit, vbi vis de nocte fuit illata, vel ſaltem probabiliter ignorantia deduci poteſt, tum *loc. cit.* tum idem voluit *Franciſc. Marc. deciſ. 764. Quæritur, quia, num. 1. part. 2.*

Faciunt ad hanc deciſionem, quæ ſcripſit *Bart. in l. non fatetur, num. 7. & 10. in fin. ff. de nouat. Iaſ. in l. error, num. 21. verſic. Salua gloſſ. C. de iur. & fact. ignoran. Idem in l. ſi res obligata, num. 37. verſic. Tertio principaliter fallit, ff. de leg. 1.* & alii plures de quibus *Maſcard. de probat. concluſ.* 879. *verſic. Secundo loco, D. meus Præſ. Menoch. lib. 6. præſump. 23. num. 41.* quod ſcilicet vbi geſtum implicitum eſt admo-
14 dum, atque † intricatum, ignorantia in facto proprio excuſat. Quæ vera intelligo ratione conditionum, & diſtin-
15 ctæ explicationis, ſecus ratione quomodolibet † facti, vt vt etiam innuit *gloſſ. in dicta l. ſi cum exceptione, §. in hac actione, in verbo, Ignorantiam, ff. quod metus cauſ.* Nec enim dicit, quod iuſte vis ignoretur, quæ nocturno tempore fuit illata, ſed quod iuſte poſſum ignorare, quis mihi nocturno tempore vim fecerit. Ideoque ignorantia non refertur ad eſſentiam facti atq; ad illius conditiones, & plenas circumſtantias. Vide ad hoc *Speculat. in tit. de accuſat. num. 37.* ſeu potius *Bald. ibid. col. penult. verſic. Sed nunquid procedit,* eundem *Bald. in l. ſi ea quæſtio, num. 3. verſic. Tu dic, quod debet, C. de his, quibus vt indign.*

CAPVT LXV.

De Præſentia.

ARGVMENTVM.

Præſentem dicens Seium, illius non conuincit ſcientiam; ſecus ſi ſeipſum. A

qui-

quibus ea de re cauere debeat teſtis dum de nocturno deponit actu, ex Baldo, & Felino.

SVMMARIA

1 *Præſentia in ſignificatione naturali, de neceſſitate non arguit ſcientiam.*

2 *Præſentia in ſignificatione ciuili arguit ſcientiam.*

3 *Præſentiam alterius deponens, non concludit illius intelligentiam.*

4 *Teſtis verba ſunt naturaliter accipienda, & prout ſonant in facto.*

5 *Præſentia ex verbis notarij in inſtrumento arguit intelligentiam.*

6 *Iudicis, &*
Notarij verba ſunt cum effectu intelligenda.

7 *Notarij verba in inſtrumento ſunt ciuiliter intelligenda.*

8 *Notarij dicuntur teſtes iuris, & facti.*

9 *Notarius. Pro verbis notarij præſumitur.*

10 *Renunciatio facta per mulierem non certioratam, illi non nocet.*

11 *Renunciatio iuris, quod quis ignorat, non valet.*

12 *Notarius, ſi dicat in inſtrumento mulierem certificatam, non concludit illam certificatam, ex Feder. de Sen.*
Dat cautelam Author, vt concludat, nu. 17.

13 *Inſtrumentum non facit fidem de ijs, quæ dicit Notarius ſe feciſſe.*

14 *Libellum oblatum, &*
Litem conteſtatam fuiſſe, ſi dicat Notarius in inſtrumento, non probat, ex Fed. de Sen.

15 *Teſtis non probatur iuratus ex eo, quod dicatur iuratus à notario, ex eod.*
Sed de his omnibus dictis Federici dubitat Author, numer. 16.

18 *Præſentia arguit præſumptam intelligentiam.*
Non tamen arguit conſenſum, vbi conſenſus requiritur, num.19.
20 *Scientia qualis non facit, vt quis amittat iuris priuilegium.*
21 *Ratificatio vt noceat, debet continere ſpecialem tenorem ratificandorum.*
22 *Sententia lata contra ſcientem, quando illi præiudicet.*
23 *Præſens in iudicio præſumitur intelligere.*
Diſſentit Bartolus, num.24.
Conciliat Decius, num.25.
26 *Citari non debet præſens, & quare.*
Etiamſi citatio expreſſe ex ſtatuto requireretur, numer.27.
Niſi in citatione certa requireretur ſolemnitas, numer.28.
29 *Præſens licet non ſit citandus, eſt tamen prius à iudice certiorandus.*
30 *Præſentiam propriam allegans, concludit etiam intelligentiam.*
31 *Teſtes deponentes de actu nocturno cauere debent, ne dixerint ſe præſentes, & quare.*

PRæſentia de ſe an complectatur ſcientiam & intelligentiam, eamque includat, eſt ſatis elegans diſtinctio apud *Ceph.conſ.185 num.22.vol.2.* de qua etiam *Maſcard. de probat.concluſ.9. Abſentiam in ſtipulationibus, numer. 8. verſic. Quid quod idem.* Aut enim conſideramus præſenti-
1 am in ſignificatione † naturali, & de neceſſitate præſentia non complectitur ſcientiam, & intelligentiam, *argu. l pen.§ fin. vbi Bartol.ff.de auth.tut.* Aut conſideramus ef-
2 fectum iuris † ciuilis, & præſentia complectitur intelligentiam, *argum leg. Coram, ff. de verb ſignif. l. diem ff. de arbitr. & Imol.in l hæredes palam, num.2.ff. de teſtam.* quo ſic ſtante.

An qui dicit quem præſentem, dicat illum intelligentem concludatque illum ſcientem. Et equidem, qui deponit

ponit de † alterius præſentia non concludit illius tertii 3
intelligentiam, quia poſſunt eſſe actus ſeparati, *Bar.to in l. 16. verſ. ſi præſente nomen t. ff. de auth. tut. Bald. Imol & alij, in l. hæredes palam in prin. ff. de teſtam. per tex. in l. diem proferre §. ſi coram Titio ff. de recept. arbit. & l. coram ff. de verb. ſignif. Idem Bart. in tract. teſtimoniorum, num. 17. verſ. Teſtis debet aliquid ſcire, idem tenet Bald. in l. 1. C. de bono. poſſ. ſecund. tab. num. 9. verſ. Adde hic vnum verbum. Alexa. in l. ſoluto matrimonio §. voluntatem, num. 12. verſ. Prædicta tamen opinio ff. ſolut. matrim. Idem Alexan. conſ. 180. in cauſſa Angeli cum Hebræorum, num. 2. verſ. Et licet ipſe teſtis, lib. 2. Idem conſ. 20. In cauſſa appellationis, nu. 2. verſ. Pro hac etiã facit lib. 4. Idem conſ. 73. Non puto hunc notarium in princ. verſ. Nam licet teſtis, libro 5. Idem conſ. 43. Viſis, & ponderatis, num. 34. verſ. Præterea ſi vnus teſtis lib. 4. Ceph. conſ. 184. num. 31. Volum. 2.* Vbi Cephalus reddit aliam rationem, quia ſcilicet, cum verba teſtis ſint † naturaliter accipienda, & prout ſonant in facto *l. ſtipulatio iſta. §. hæc qui ff. de verbo. obligat.* præſentia naturaliter intelligentiam non 4
arguit, vt *ſuperius* dictum eſt, idem cum eadem ratione voluit *Maſcard. conclus. 9. Abſentiam in ſtipulationibus, num. 1. & 6. Grammat. conſil. 19. num. 2. in criminalibus. D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 21. Non multum à ſuperiore, numer. 9. verſicu. Declaratur primo*, & hanc eſſe * communem opinionem, & hanc eſſe *
tenendam, & temerarium eſſe, aut conſulendo, aut
* iudicando ab hac ſententia recedere, dixit *Iaſon in l. ſoluto matrimonio §. voluntatem, numer. 21. 22. 23. 24. ff. ſolut. matrim.* *

Fallit primo in Notario, qui, ſi in inſtrumento dicat, præſentibus Titio, & Seio, non ſolum dicit illos præſentes, ſed etiam † intelligentes, *Bartol. in l. coram ff. de verb. ſignif. Idem in l. diem proferre §. ſi coram per illum tex. ff. de arbitr. Idem in tract. teſtimoniorum, num. 19. verſ. Secus ſi notarius, Alciat. in l. Coram, numer. 7. ff. de verb. ſignif. D. meus Præſ. Menoch. lib. 6 præſumpt. 21. Non multum num. 7. verſ. Et hæc doctrina, Dec. conſ. 630. In cauſſa, quæ vertitur, numer. 3. in fin. verſ. Vlterius etiam attentare poteſt.* & ita 5

commu-

* communiter in * praxi ſolere obſeruari per notarios, poſt *Aret ibi allegat.* teſtatus eſt *Maſcard. de probat. concluſ. 9. num 9. Verſ. Reſtringitur tamen*, cuius reddit rationem, tũ
6 Barto. tum Maſcard. *loco cita.* quia ſcilicet verba † Iudicis, & Notarii ſunt cum effectu intelligenda, addit aliam rationem Bartolus, *in l. quod ſi nepotes. ff. de teſtam. tut. & in l. 1. C. de Vſur.* prout eum refert *Maſcard. d. concluſ. 9. num.* 11. quoniam ſcilicet notarius cenſetur in inſtrumento ap-
7 ponere verba, vt † ciuiliter intelligantur, quo fit, vt nec contemnendam exiſtimem rationem illam, quam ego adduco, id ea eſſe ratione, quia notarius dicitur teſtis, &
8 † iuris, & facti, *Bal in cap. cum in iure, nu. 3. de off. deleg. Decian. præterea loco citat* aliam ſubiicit rationem, quia ſcili-
9 cet pro verbis notarii † præſumitur per *l. 1. & ibi Barto. C. de Vſur. tex. in l. ſciendum, ff. de Verb. oblig.*

Quo fit, vt non modicum ſemper de iis dubitarim, quę ſcripſit *Feder. de Senis, quæſt. 199. Quæritur, an D. Margari-*
10 *ta*, dum poſteaquam voluit, quod mulier † non certiorata, ſi renunciet iuribus ſuis, nihil agat, quia iuri, quod quis
11 ignorat, eidem nullus poſſit † renunciare, vt etiam eſt *text. in l. legitima ff. de hæredibus inſtituen. in l. iuris ff de inoffic. teſtament.* & in puncto etiam *Grammat. deciſ. 57. Iacobus Campanarius, numer. 8. Verſ. Et ſic non poterit*, ſcripſit inquam *Fed.* quod adhuc poterit mulier nullam dicere renunciationem, etiam ſi in inſtrumento ſcripſiſſet
12 notarius mulierem † certificatam, quia ſequitur *Feder.* adhuc in dubio non cẽſeretur certificata, ex eo, quod inſtrumentum faciat, quidem fidem de his, quæ inter contrahentes geruntur, non autem de iis, quæ notarius dicat
13 † ſe feciſſe, *argum. l. omnibus C. de Teſtibus*, ad quod facit ſecundum ipſum, quod not. *Hoſtienſ. & Innoc. locis ibi allegat.* quod licet in inſtrumento dicatur oblato libello, & li-
14 te conteſtata, verba eiuſmodi † non probent litem conteſtatam; & aliud notatum dicit *in auth. ſi quis in aliquo C. de edendo*, quo dicto Feder *loco cita. num. 4.* teſtatur de
15 * communi, quod ſi in actis legatur Titius † iuratus ſic dixit, & depoſuit; quod talis ſcriptura non probabit iuramentum, ſed ſolam depoſitionem. De his Federici aſſertionibus

[illegible] † dubitaui inquam, ſæpius per *ſupradicta*. Quan- 16
quam [illegible] id obiter admonuerim, exiſtimaui ego attenta
eodem opinione, optimam eſſe † cautelam, ſi ſcriberet 17
notarius, Certificata, vt dixit, & proteſtata fuit, eo enim
caſu indubitanter conſtaret de certificatione, quia non
amplius de facto proprio, ſed de alieno notarius depo-
neret.

Fallit ſecundo ratione præſumptionis, quia deponens
de alterius præſentia concludit de eiuſdem intelligentia,
quoad qualem † qualem præſumptionem, *D. Menoch.* 18
lib. 6. præſumpt. 21. num. 3. Verſ. Non tamen negant, atq; ego
ita intelligo *gloſſ. in l. ſi tutor C. de excuſat. tut. Socin. ſen. reg.
[illegible] ignorantia circa factum alienum, Verſ. Quinto fallit*,
dum enim hi volunt, quod præſentia arguit ſcientiam, &
intelligentiam, intelligo, quoad qualem qualem ſcien-
tiam, & quoad quandam tantum præſumptionem.

Quæ quidem præſumptio, ne ſpeciale ex ſpeciali ema-
net, aut coniectura ex coniectura dependeat, non fa-
cit, vt ex præſentia ea colligatur ſcientia, & intelligentia,
ex qua oriatur conſenſus, vbi † conſenſus requiritur, ita 19
notabiliter *D. meus Præſ. Menoch. d. libro ſexto, præſumpt.
21. numer. 10. verſ. Declaratur ſecundo*, qui ita intelligit *Fe-
lin. in cap. cum cauſſam, colum. 8. Verſi. Secundo limitatur,
de teſtibus, & Gemmian in cap. pen. de re iudic. in 6.* Ra-
tionem ſubijcio ego manifeſtam, præter eam, quam ego
mox præter hos patres aſſignaui, quia cum qualem qua-
lem tantum arguat ſcientiam ex legis præſumptione,
non inducit ſcientiam facti cum omnibus qualitatibus,
quæ quidem non ſufficit ad amittendum iuris priuilegi-
um ex cauſſa conſenſus; quoniam, vt quis amittat iuris
† priuilegium ex conſenſu, non ſufficit, vt ſciat quoquo 20
pacto factum ſucceſſiſſe, ſed requiritur inſuper, quod ſci-
at factum cum omnibus ſuis qualitatibus, ita, vt perfecte
intelligat, an ex eo actu ſit grauatus, vel ne, *glo. in cap. con-
certationi, in Verbo Sciuerit, de appell. in 6.* quam vti * nota-
bilem ſequitur *Alexand. conſil. 114. Ponderatis his, numer.
4. lib. 1. & Felin. in cap. quoad conſultationem, numer. 32.
de re iudic. Cramet.* qui loquitur in terminis ratificatio-
nis

21 nis, vbi plures adducit, quod ſcilicet † ratificatio etiam iurata non valeat, niſi ſpecialis tenor ratificandorum ratificanti innotuerit, *Crauet.* inquam *conſil. 197. Quanquam, & abunde, numer. 14. Verſ. Praeterea, vt facto ipſo, Pariſ. conſil. 47. Intentio Dominorum, numer. 97. Verſ. Et certiſſimum*, vbi dicit hoc dictum * certiſſimum eſſe; *Volum.* 1. in iiſdem terminis ratificationis, *Natta conſil. 162. Perfecto inſtrumento, numero trigeſimo tertio, Verſ. Ad quod facit*, concluſionem voluit etiam *Oſaſch. deciſ. 176. Verum, quoniam aduerſus liberos, numer. 4. Tiraquell. in tra. l. de retract. lign. ag. § 36. gloſſ. 2 numc. 30. Verſ. Porro, ſi teneas, & num. 31 atque Alexand d. conſil. 11. num 4. lib. 1.* quem ſequitur *Anchar. conſil. 372. Pro declaratione iſtorum, circa finem, & Natta dicto conſ 162 numer. 35.* Exem-
22 plificant inſuper in † ſententia, quæ lata contra ſcientiam non illi præiudicat, niſi condemnato ſpecialis ſententiæ tenor exhibeatur, de quo tamen vide *Alban. conſil. 162. In cauſſa iſta, num. 6. Verſ. Deinde ad ſecundum, & nu. 9. Verſ. Et latius, poſt Decia. conſ. 160. nu, 5. & Abb. in cap. innotauit, col fin. de elect.*

Fallit tertio quoties quis eſſet in iudicio, quia enim
23 eſt præſens in † iudicio etiam intelligere præſumitur, *Angel. & Imol. in l. de vno quoq; ff. de re iud. Iaſ. in l. 1. in fin.*
24 *ff. de in ius vocan. Idem in rubr. C. eo.* a quo dum † diſſentit, Bartol *in l. furioſo ff. de re iud.* & alii, de quib. *D. meus Praeſ. Menoch. de praeſumpt. lib. 6. praeſumpt. 21 numer. 4. Verſ.*
25 *Hoc facit.* Eos † conciliat *Dec. in rubr. C. de in ius vocand.* de quo etiam *D. meus Praeſ. Menoch. loco cit. nu. 5. Verſ. Has opiniones*, vt affirmatiua opinio procedat, dum quis eſt in iudicio vocatus, vt is etiam intelligere dicatur, qui præſens eſt; negatiua vero, vt præſens non conuincatur intelligere, procedat quoties caſu fortuito, non reſpectu illius actus, quis eſt in iudicio præſens.

Ad quod maxime facit, quod licet citari non debeat,
26 qui † præſens eſt, finis enim citationis eſt comparitio citati, *Bald. in l. conſentaneum. numer. 36. C. quom. & quand. iud. per not. in cap. fin. de elect. in 6.* latiſſime diſſerit *Ioan. Baptiſta Aſin. in ſua praxi. §. 7. capit 5. limitat. 90. pri to.*

[illegible] num. [illegible] teſtatur de * communi, *poſt Curt. Iun. in rub. numer. 1. ff. de in ius vocand. & Curt. ſen.* pariter de communi [illegible] *in repetit. dicta rub. numer. 11. ibi alle-gat.* quod etiam procedit vbi citatio expreſſe in aliquo a-ctore † ſtatuto cauetur, ita vt actus ille, ſine citatione 27
omnino non poſſit expediri, poteritque nihilominus parte præſente, ſine citatione, actus ille expediri, vt poſt *Bal. in l. [illegible] C. quomod. & quand. iud. in fin. Ioan. Andr. [illegible], & [illegible] allegat. Aſin. loco citat. numer 5.* niſi forte in citatione † certa requireretur ſolemnitas, quoniam 28
tunc non ſufficit præſentia, *Bald. in authen. ſi omnes C. ſi, [illegible] ab hereditate abſtineat.* de quo *Barbat.* qui dicit hoc *notab. [illegible] addit. ad Bald. in l. cum fratrem C. de his quibus ſit indign.*

Attamen, licet citandus, vt diximus, non ſit præſens, poſtquam aliquid fiat de actu celebrando, certiorandus † erit a iudice, *gloſſ. in cap. conſuluit, in verbo Terminum* 29
peremptorium, de off. deleg. poſt text. in l. 2 C. quomo. & quand. iud. de communi * *Capyc. deciſ. 34. nu. 8. & Aſin. d. [illegible] limitat. 90. nu. nu. 15.*

Qui vero deponit de † propria præſentia, concludit 30
etiam de intelligentia. omnes DD. allegati in *princ. cap.*

Hinc cum pluribus ſubiiciantur pœnis, qui delinquentem profiteantur ſe nocturno tempore vidiſſe, declarando, vt latius diximus *in cap. de Viſu*, non inutiliter monuit Bald, vt caverent † teſtes deponentes de actu no- 31
cturno ne dicerent ſe fuiſſe præſentes, quia ſcilicet præſentia inducit viſum, *Bal.* inquam *in l. ſi non ſpecialis, nu. 1. [illegible] ne dicant C. de Teſtam. & Felin. in ca. ſicut, nu. [illegible] Et dicit Bal. de ſent. & re iud.*

CAPVT LXVI.

De Vicinis.

ARGVMENTVM.

Vicinus an in vicinum peccaſſe preſumatur, ſi delictum ſit nocturnum. Quid præterea

præterea de eiuſdem ſcientia in factis vicini ſanciendum, cum omnium, tum etiam nocturnorum.

SVMMARIA.

1 *Vicinus malus grauis morbus.*

2 *Vicinus bonus longe vendibilius reddit prædium.*

3 *Vicinus malus rem viliorem reddit.*

4 *Vicinum malum tenetur venditor exprimere emptori.*

Si tamen de eo fuerit requiſitus, num. 5.

6 *Heſiodi mendoſus locus apud Tiraquellum, reſtitutus.*

7 *Vicini præſumuntur feciſſe furtum nocturnum*

8 *Occiſus de nocte præſumitur a vicinis occiſus.*

9 *Vicini, reſpectu maleficij vicini, & nocturni, poſſunt torqueri.*

10 *Vicinus non tenetur de vicino maleficio, ſi ſit bonæ vocis, conditionis & famæ.*

11 *Aduerbia formantur iuxta ſignificationem adiectiuorum.*

12 *Vicini illi torquendi ſunt reſpectu vicini maleficij, de quibus magis ſuſpicetur.*

13 *Vicinus, vt dicatur vicinum maleficium commiſiſſe de nocte, tria copulatiue requiruntur.*

14 *Probitas conſideratur attento præſenti tempore.*

15 *Infamia delebilis poteſt deleri per bonam conuerſationem.*

16 *Infamia reſultans ex re iudicata non tollitur, niſi per reſtitutionem.*

17 *Malus ſemel quando in poſterum malus præſumatur.*

18 *Vicinus præſumitur ſcire facta vicini.*

Fallit pluribus modis ex nouis, longeq; Authoris diſtinctione, nu. 19.

Rationeq; temporis, ſi actus ſit nocturnus, nu. 20.

21 *Vicini*

21 *Vicini non tenentur de maleficio nocturno.*
Declarat Author, nu. 23.
22 *Vicinia, & communitas confunduntur.*

CAto *in libris de Agricultura* malum † vicinum æque 1
ac morbum nocere ſcripſit. Quam ob rem Themi-
ſtocles, vt in illius vita memoriæ prodidit *Plutarchus*, &
mihi teſtis eſt *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præ-*
ſumpt. 83. Cum minoribus læſi, nu. 11. Verſ. Quare Themiſto-
cles, Themiſtocles inquam, dum prædium venderet, pro-
clamari iuſſit bonum vicinum etiam habere, quaſi vicini
commendatione futurus eſſet longe † vendibilior, ſicut 2
et aduerſo *Bald. conſi. 482. Magnifici Viri domini, colum. 1.*
lib. 4. ſcripſit, quod propter † malos vicinos res minoris 3
valet, minoriſque emitur, & venditur, quod & voluit *Ti-*
raquel. de pœn. cauſſ. 23. nu. 6. Verſ. Et legibus Romanis, Viui-
us commun. opin. 1047. Vltra dimidiam, nu. 23. Ver. Nec non
Valor rei. Iaſ. in l. 1. §. ſi hæres, in 3. notab. ff. ad Trebell. & in l.
2. à nu. 18. ff. ſol. matrim. D. meus Alex. Raud. conſ. 17. Pro re-
ſolutione par. in num. 36. Verſ. Eſt etiam ad propoſitum, lib. 1.
Idem D. meus Raud. conſ. 7. In primo iudicio, nume. 12. Verſ.
Hanc diminutionem, eodem lib. 1. ita etiam D. meus Præſ. Me-
noch. dicto lib. 3. præſumpt. 83. num. 9. Verſ. Extat & aliud, D.
meus Odd. de reſtit. in integr. q. 4. art. 10. num. 86. Verſ. Aliud
exemplum etiam. gl. in l. nam quod §. 1. in Verbo pupillorum in
fin. ff. ad Treb. Mant. ſing. 7. num. 3. faciunt dicta Tiraquel.
de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 18. num. 40. Verſ. Quid ſi Venditor,
idem voluit poſt *Cyn. conſi. 145. num. 9. Bertaz. de clauſu-*
lis, clauſula 19. gl. 17. Tenetur Venditor, num. 2. Verſ. Propter
rixoſum enim. Quare dixerunt ex iis plerique quibus addo
Ferrar. in for. libell. In cauſſa Venditionis. in glo. cui cohæret,
& eſt tex. *in l. quod ſæpe §. fin. ff. de contrah. empt.* quod tene-
tur † venditor emptori vicinum exprimere, quia alias, ſi
eum celauerit, tenebitur emptori ad intereſſe, quia non 4
emiſſet, ſi ſciuiſſet talem vicinum cohærere rei venditæ.
Quanquam id tandem verum eſt, ſi venditor ab emptore
fuerit † requiſitus, vt exprimat. *gloſſ. in d. l. quod ſæpe, Fer-* 5
rar. & Bertaz. locis citat. Themiſtoclis inſuper & meminit

Tiraquel. de pœn. temperand. cauſſ. 23. nu. 5. Verſ. Quam quidem ſententiam, qui alia inſuper, atque pleraque alia ad id adducit exempla, maiorumque auctoritates, quæ ibi late poſſunt videri. Non poſſum tamen interim, quin reſtituam 6 † Heſiodi locum Typographi incuria aliqua ex parte mendoſum, mendoſum dico apud *Tiraquel.* correctum apud ſuum Authorem, is eſt locus *Heſiodi ad fi. libr.* 1. *De opera, & die*, quam locum hodie vidi etiam apud *Grego. Tholoſanum, in Syntag. Iur. Vniuerſ. par. 1. lib. 4. c. 24. Quia in ſuperioribus, nu. 8. Verſ. Qui de bonis Vicinis.*

Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειαρ.
Ἔμμορέ τοι τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη

Id eſt,

Noxa tam magna eſt malus Vicinus, quantum bonus commodum.
Sortitus eſt præmium, quicumq; ſortitus eſt Vicinum bonum.
Neque ſane bos interierit, niſi Vicinus malus ſit.

Seu, vt doctiſſimus Valla hexametro vertit carmine.

Improba damnoſa eſt Vicinia: ſed, probat ſi ſit,
Vtilis. Hæc igitur cupienda eſt pectore toto,
Tanquam laudis opus: neq; enim lamenta refundes,
Amiſiſſe bouem proba ſi Vicinia tecum eſt.

Sed nec poſſum, quin Plautum referam *in Mercatore*.

Nunc ego verum illud Verbum eſſe experior Vetus.
Aliquid mali eſſe propter Vicinum malum.

Quod & ex noſtris ſcripſerunt *Lucas de Penna in l. quicunq; col. 8 in Verbo Vicinos C. de omni agro deſerto lib. 11.* & facit *textus in cap 1. de coniug. lepr. & cap primo, de eccleſ. ad.* Idem voluit *Feder. de Senis quæſtio 146. Venerabilis pater, num 3. Verſi. Nam ſæpè ex Vicinitate, text. iterum in cap. ſuper ſpecula, de priuil. & in cap. clerici de exceſſ. prælat.* atque iterum *Feder. de Senis quæſtio. 185. Super eo, quod quæritur, numer. 3. Verſ. Et quia ex Vicinitate, Viuius communi opin. 1047. Vltra dimidium num 23 Verſ. Et ratio eſt, Afflictus de iure Protomiſeos § 3 nu. 2. in fi* & alii ſuperius allegati, *Ber-*

[illegible] clauſula 10. gloſſ. 17. Tenetur venditor, per totum. Alb. in l. ſi quis ita, nu. 1. C. de pact. inter empt. & vendit. Idem in rub. num. 3. ff. de ter. mor. Idem in l. ſi cui fundus, nu. 1. ff. de leg. 2. Cagnol. in l. 2. ff. de orig. iur. in verſ. Poſt deinde, nu. 233. verſ. [illegible] Heſiodus, Salyc. in l. ſi quis, nu. 1. C. de pact. int. empt. & vend.

Hinc eſt, quod licet regulariter velint omnes inferius allegandi, quod † furtum factum de nocte præſumatur 7 factum a vicinis, damnum quodlibet nocturno illatum tempore, illud intuliſſe dicantur viciniores, & ſi reperiatur aliquis † occiſus de nocte, illum vicini occidiſſe dicãtur, atque præcipue in cuius oſtio cadauer repoſitum fuerit, *[illegible] in l. ſi quando, nu. 19. verſ. Vbi dicit Barto. C. vnde vi, Innoc. in c. cum oporteat, col. ſi. in glo. in verbo inimicos, de accuſationibus, Caſtr. in tit. de indicijs, nu. 6. D. meus Præſ. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 222. Summa eſt vtilitas, num. 5. verſ. Ita etiam dicimus, Plot. in l. ſi quando, nu. 887. Farin. q. 52. a num. 127. vbi late, Bertaz. conſ. crim. 320. Viſo proceſſu, nu. 3. verſ. Conſtat per 2. Ang. Aret. de Maleſ. in verbo. Quod fama publica, num. 47. verſ. Quæro in quo caſu teſtes, D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. 31. Conuenit hoc loco, nu. 18. verſ. Decima tertia eſt coniectura, Bar. in l. fi. nu. 5. verſ. Quod ipſe erat vicinus ff. de quæſt. Idem in l. dominus horreorum in prin. nu. 4. verſ. Et ideo officiales, ibid. Bald. & alij ff. locati, Boſſ. de indic. & conſider. ant. tort. num. 52. verſ. Aliud indicium probabile,* ita, vt vicini poſſint † torqueri, 9 *[illegible] & Paris de Put. in tract. Synd. de Tortura ca. 1. ſol. [illegible] per totum. Bal. in l. eum probatio, num. 4. de probationibus, Bart. in l. vn. ad ſi. ff. ſi ex aduerſ. naut.* Id tamen verum eſt, ſi vicini ſint improbatæ famæ, ſecus ſi eorum fama, & conuerſatio ſit † bona, & laudabilis, quia hanc 10 malam præſumptionem ex vicinitate exorientem excludent, pro bono enim bene præſumitur, & prudens prudenter viuit, nam † aduerbia formantur iuxta ſignifica- 11 tionem adiectiuorum, ſeu appellatiuorum nominum, & ſunt eiuſdem ſignificationis, laudis ſcilicet, & vituperii, *l. quod ſi nolit §. qui mancipia ff. de ædilit. edict. ibi, præſumptū enim & c. ita Bald. in l. 1. n. 7. verſ. Et in ſimili dico C.*

locati, Boſſ. de Indic. & conſid. ant. tortur. num. 52. Verſ. Sed intellige quando, Iaſ. in l. in actionibus num. 42. Verſ. Eſt verum, quando illi vicini ff. de in lit. iurand. Alexan. ad Barto. in l. 2. ff. de via publica, Auguſt. de Arim. ad Ang. de Maleſ. in verbo Quod fama publica, num. 49. Verſ. Tu in hac materia, in quantum. in fin. ibi, Item in quantum, Tiraquel. de Pœn. temp. cauſſ. 1, 23. num. 12. Verſ. Hæc tamen intelligenda, ſed & idem voluit *Iaſ. in l. ſi quando, num. 39. Verſ. Vbi dicit C. vnde vi, in illis verbis illi vicini debent torqueri, de quibus* †

12 *magis ſuſpicetur*, adducit ad hoc Bal. *in l. 1. C. locat. & in l. pignus C. de pignor. action.* Idem voluit *Corn. conſil. 134. In cauſſa Gaſparis, Verſ. Et innuunt verba, lib. 4. Gratus conſil. 94. Viſis facti ſpecie, num. 25. Verſ. Ad quartum reſpondetur, lib. 2.*

13 Sed & amplius † tria requiri copulatiue ad hoc, vt vicinus dicatur nocturnum maleficium commiſiſſe, quod ſcilicet ſit vicinus famæ improbatæ, & ex frequenti vſu, & conuerſatione, quam aiunt, notam habeat domum, voluit *Bar. in l. fin. ff. de quæſt. num. 5. Verſ. Doctores communiter, & num. 6. Verſ. Iſtud puto non ſufficere, Roman. conſi. 8. Viſo facto propoſito, num. 2 Ver. Quartum quidem*, vbi plures adducit *Mandoſ. in verbo Dominus horreorum, ſub litera E. Boſſ. de indic. & conſiderat. ant. tort. nu. 52. Verſ. Aliud indicium probabile, Corn. dicto conſ. 134. In cauſſa Gaſparis, Verſ. Et innuũt. verba, lib. 4 Marc. Ant. Blanc. in tit. de indicijs, nu. 412. Verſ. Vicinus domui.*

Eſt tamen verum, quod pertinet ad probos, vel improbos vicini mores, quod non ſufficit vicinum fuiſſe alias

14 improbum, ſi hodie ſit † probus. Quare in puncto *Baldus* dicit, quod ſi aliquando quis fuit malæ famæ, nunc eſt bonæ, macula præterita nunc non exiſtens, non denominat quem maculatum, *l. 1 §. fin. ff. de ædil. ed.* loquor

15 de infamia † delebili per bonam conuerſationem, inquit Baldus, non de inflicta per ſententiam, quia indelebilis eſt, niſi per reſtitutionem in integrum *l. 1. §. de qua ff. de poſtuland.* hoc enim facit vigor præteritus, & auctoritas

16 rei iudicatæ, vt † nihil proſint bona, poſtquam quis extractus eſt de ſtatu bonæ famæ, etiam per iniuriam iudicis,

cōiiex late Bal. in l. 1. numero nono, Verſ. Et ſi aliquando C. locati.

Sed quod hanc poſtremam reſpicit declarationem, ne à nobis ipſis longius diſcedere velle videamur, videri † poterunt *DD. poſt gloſſ. in cap. ſemel malus de reg. iur. in 6.* 17
& poſt plurimos ibi allegatos *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. libr. 5. præſumpt. 32. Maſcard. de probat. concluſ. 222. concluſ. 831. & latius concluſ.* 1003. *Farinac. in titu. de Delictis, & Pœnis, quæſtio. 33. numer.* 21. *Verſic. Et ſemel malus.*

Supereſſet tandem, vt aliam inſpectionem non ſubiiceremus ſolum, ſed etiam illam examinaremus, quod faceremus libenter, niſi nobis perſuaderemus ſtomacham forcaſſis aliquibus facturos, qui idem ſæpius repetitum exiſtimarent, diximus enim aliquid de *Actis in Mortem articulo in cap. de ſcientia*, & quod pertinebat ad nocturnum tempus, obſeruauimus *in cap.* de Ignorantia, paulo ſuperius explicato, in illudque apud ſuperſtitioſos incideremus certe, quod in lautioribus menſis, aut exprobrari, aut certe negligi conſueuit, CRAMBE BIS COCTA. Non eſt tamen, quod non poſſim ego ad perpetuam diſtinctionem rem ipſam reuocare, doctorum ad id auctoritates locis citatis videri poterunt plures forte, quam ſatis. Dum ergo quærimus, An vicinus cenſeatur ſcire facta vicini, poſita regula † affirmatiua, de qua 18
etiam *late Gabriel. libro primo, de præſumpt. concluſ. 6.* fallit pluribus modis, ratione ſcilicet † naturæ actus, naturæ 19
loci, naturæ temporis, accidentis perpetui perſonæ, & accidentis temporalis. Ratione naturæ actus, quia ſi ſit actus momentaneus, poteſt de facili à vicino ignorari, quo in caſu licet plures olim allegauerim, non poſſum tamen, quin etiam allegem *D. meum Alexand. Raud. conſil. 50. Requiſitum, &c ſpecifice, num. 651. Verſ. Et propterea eſſe poteſt*, cæteros omitto, quia, & plures allegaui, & res eſt ſatis nota. Non eſt tamen notum forte temperamentum, quod adhibeo. Momentaneus enim dico ego poteſt eſſe actus, vel in fieri tantum, vel in fieri, & facto eſſe; ſi res ſit momentanea, nec habet tractum ſucceſſiuum, nec in

fieri, nec in facto eſſe, tunc dico procedere limitationem, quale inquiunt DD. eſſe ſtuprum, adulterium, & eiuſmodi, momento enim finiuntur, & ad inſtar cytharæ, vbi amota manu relangueſcit, ac prorſus ceſſat ſonitus. Quod, ſi ſit actus momentaneus quidem in fieri, ſucceſſiuus autem, & perpetuus in facto eſſe, quale eſt homicidium, eo caſu dico vicinum præſumi ſcire facta vicini, ſaltem in ſignificatione ex paſſiua ex parte delicti, ſi non ex parte delinquentis, vt declarauimus *in cap. de Syndico.*

Sed & ſi res ſit ſucceſſiua quo ad ſe, momentanea vero, quoad noſtram cognitionem, & ſcientiam, idem adhuc in ordine ad ſcientiam vicini de ea iudicandum eſſet, prout de re prorſus momentanea, eam ob rem dicunt noſtri Iureconſulti, quod vicinus non præſumitur ſcire inſtrumentum à vicino conditum, & tamen eſt quid perpetuum, illud ideo eſt, dico ego, quia licet ſit perpetuũ quo ad ſe, eſt tamen momentaneum quo ad noſtram ſcientiam, & cognitionem.

Ratione naturæ loci, non præſumitur vicinus ſcire facta vicini, ſi ea in abditis reconditis, atque occultis fiant. Ratione naturæ temporis, quia non præſumitur ſcire vi-
20 cinus geſta à vicino † nocturno tempore. Ratione accidentis perpetui perſonæ, ſi vicinus ſit ſurdus, vel cæcus, ex qualitate actuum, de quibus facienda eſt depoſitio. Ratione accidentis temporalis, ſiue id ſit intrinſecum, qualis eſt mortis articulus, aliaue grauis valetudo, ſiue extrinſecum, qualis eſt abſentia, vel etiam recens vicinia *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſin. 103. Et ſi operarij, numer. 6. & 7. par. 2.*

Aliud de vicinis ſcripſit *Alber. in l. ſi quis in graui. §. ſi maritus, num. 1. Verſ. Quod ſi maleficium ff. ad Syllan.* quod
21 ſi maleficium fiat de nocte, vicini † non teneantur, dixi
22 aliud, quia confundit Alb. viciniam † cum communitate, ideo lectorem reiicio ad ea, quæ diximus *in ca. de damno*
23 *dato*, alias vel male diceret Albericus, vel ea † ſubuerterentur prorſus, quæ ſuperius ſtabiliuimus.

CAPVT

CAPVT LXVII.

De Fama.

ARGVMENTVM.

Fama, quæ ab honeſtioribus, & dignioribus exoriatur, quam faciat probationem. Quid, ſi de nocturno decertetur æſtu, Authoris diſtinctio.

SVMMARIA.

1 *Fama regulariter non facit plenam probationem.*
Nec etiam attento iure Canonico num.2.
3 *Fama plus defert ius canonicum, quam ciuile.*
4 *Fama quando faciat plenam probationem.*
5 *Fama facit plenam probationem in iis quæ ſunt difficilis probationis.*
6 *Furtum nocturnum eſt difficilis probationis.*
7 *Nocturna ſunt difficilis probationis.*
8 *Fama in nocturnis plenam facit probationem.*
9 *Fama nullam facit probationem, ſi a minus fide dignis emanauerit.*
10 *Baratariorum fama non facit fidem.*
11 *Maledicus non creditur.*
12 *Fama in dubio præſumitur ortum habuiſſe à minus fide dignis.*
13 *Fama commentis alitur potius, quam vero.*
14 *Fama in nocturnis magnum tantum facit adminiculum.*
15 *Probationes diuerſi generis concurrentes cum fama cumulentur in nocturnis ad plenam probationem.*
16 *Fama in nocturnis, quando, quidue probet, diſtinctio Authoris.*
17 *Crimen ubi ciuiliter examinatur, ad id non requiruntur ſtricta adeo probationes.*

18 *Fama in ciuilibus, quando faciat plenam probationem.*

19 *Fama in nocturnis plenius probat, etiam in criminalibus ſi exorta fuerit à bonis aduerſus malos.*

20 *Fama, & mala opinio differunt.*

21 *Opinio mala coadiuuat tantum.*

22 *Opinio mala dicitur potius infamia, quam fama.*

23 *Fama priuata eſt potius opinio.*

24 *Fama publica qualis eſſe debeat, quæ requirantur ad illius probationem.*

1 FAmam regulariter non facere† plenam probationem voluit *gloſſ. in l.3. §. eiuſdem quoq; in verbo confirmat, & ibi Bart. ff. de teſtibus, Bald. in l. proprietatis C. de probat.* de * communi *Decia in cap.1 num.36. de appellat. & Areti. in cap venìens, num.21. de teſtibus,* quibus, ſi * ſexcentos velis addere, ii cumulantur *à Maſcardo, concluſ. 753. Fama regulariter, in princ. & concluſ 754. per totam,* latiſſime, & doctiſſime *Proſper Farinac. in titu. de Indicijs, & Tortura, quæſt.47. Indicium, an, & quale per totum,* nec etiam at-
2 tento iure † Canonico, quamuis etiam in criminalibus,
3 famæ magis deferat ius † canonicum, quam ciuile, vt poſt plures ibi allegatos tradit *Tiber. Decia. tracta. crimin. lib.2. cap.21. Accuſatus de crimine, nume.24. verſ. Item de iure ciuili, Paulus Merenda inter conſil. crim. Ziletti conſ.88. Spiritus Sanctus in viam veritatis, à numer.28. verſ. Ex qua ſolum poterat procedi, volum.2.* De quo tamen vide aliquid per *Bertaz. conſ. crim.439. Videtur ex pluribus, nu.14. verſ. Quarto confirmatur, vol.2.*

4 Quæ concluſio, cumpluribus limitatur † modis, nimirum in factis antiquis, vbi agatur, de communi vſu loquendi hominum; quando fama eſt coniuncta cum vno teſte deponente de veritate; quando ageretur de publico fauore; quando ageretur de probanda mala fide noui poſſeſſoris ad interrumpendam præſcriptionem; vbi ageretur de re modici præiudicii, & de breuioribus cauſſis; quando cum fama concurrerent alia adminicula; quando eſſet intentatum remediũ canonis reintegranda 3. *q. p.* quando

quando agereтur de materia peccati: quando ageretur
de probanda morte, quando ageretur de probanda ſæui-
tia iudicis ad excuſandum non appellantem: atque aliis
plerisque modis, quos etiam piget perfunctorie, & ſum-
matim, vt vides, recenſere, qui cumulantur copioſiſſime à
*Maſcardo dicta concluſ. 753. per totam, & Farinac. dicta
quæſt. 47.* quibus omnibus regulariter fama facit plenam
probationem.

Tum in iis, quod ad rem noſtram attinet, plenam facit
probationem fama, quæ ſunt † difficilis probationis *Bar-* 5
*tol. in l. ſiquidem, C. ſol. matrim. Bald. conſil. 37. Caſus talis
eſt, ad fin. Vol. 1. late Farinac. dicta quæſt. 47. num. 11. & ſe-
quentib. Alexand. conſil. 24. Animaduerſis, in princip. Vol. 2.
Roman. conſil. 76. In cauſſa nobilis Viri, Ancharan. Butr.
Boſſ. & alii, quo à Maſcard* ſuis recenſiti locis cumulantur
dicta concl. 753. nu. 22. Verſi. Nono limitabis. Interea autem
quæ plerunq; difficilis recenſentur probationis à *D. meo
Præſ. Menoc. lib. 2. de arb. iud. caſu 116. Eueniunt aliquando,*
non contemnendum eſt furtum † nocturnum, quod à *D.* 6
*Menoch. loco cit. num. 14. Verſic. Decimus, poſt Crauet. conſil.
conſil. 178. num. 2.* appellatur difficilis probationis, ſeu
quodlibet aliud † delictum nocturno tempore commiſ- 7
ſum, quod & ipſum dicitur difficilis probationis, *D. Me-
noch. loco cit. num. 14. Verſic. Vel aliud delictum, poſt Gram-
mat. ab eo allegatum conſil. 1. num. 1. & conſil. 17. num. 15.*
Quo fit, vt regulam poſſimus conſtituere, quod fama,
quæ tamen bonum habeat ortum, in iis, quæ geſta fue-
rint nocturno tempore † plenam faciat probationem, 8
ita poſt *ibi* allegatos *Grat. conſil. 94. Viſis facti ſpecie, num.
17. Verſic. Quarta probatio, Vol. 2.*

Dixi autem requiri omnino, quod fama ortum ha-
buerit bonum, à perſonis ſcilicet honeſtis, alias nebulo-
num quorundam rumor, ac ſtrepitus, qui domi ſemper
commentantur aliquid, quod oblatrãtes publice in con-
greſſibus depromant, famam non facit bonam, ex qua
aliqua deſumi poſſit probatio, nec † plena, nec ſemiple- 9
na, *Boſſ. in tit. de indiciis, & conſiderat. ant. tort. num. 95.
Verſic. Vbi tamen habeat originem, Franciſc. Caſon. in ſuo*

tract.crimin tract.8.cap 2.num 12.Maſcar.concluſ.754.Fa-
mam quando, num.7.Verſic. Secundo limita, ita etiam poſt
Blanc.& Carer.ibi allegat. Bertaz. conſil.crimin.548.Quiſ-
quis vidiſſe,num.5.Verſic.Tertio,cum per teſtes,Vol.2. & Fa-
rinac.quæſt.47.Horatius Luc.inter conſil.crimin.Zilet.con-
ſil.161. Ad oſtendendam, num. 46.Verſic.Hoc tamen opera-
tur,lib.1.text.in l.decurionum filii,C.de pœnis: in caſu famæ
10 prouenientis a † barueriis, vt nihil operetur, *Franciſcus*
Maria Plot.inter conſil.crimin. Ziletti conſil. 65. Iudices ſe-
ueri, num.31. Verſic.Sed quia ipſi ſunt breuiarii, Vol.1. Iuſti-
nianus Bondenarius inter conſil.crimin.Ziletti conſil.54. In
cauſſa treuga,num.45.Verſic. Nec obſtat, quod fama, Vol.2.
Sed ipſi, dum aliquid videri volunt, exiſtimantque ea de
re pluris pendi, longe minoris cum dictis ſuis veneunt
ſcurræ,mimi, moriones. Eoque tandem perueniunt ma-
ledici, nec propriæ exiſtimationi parcentes, nec alio-
11 rum famæ, vt iis amplius † credendum non ſit, *l.is, cui, §.*
iiſdem, ff.de accuſat. Ruin. conſil.146. Magnifice, ac clariſſi-
me,num.3.Verſic.Quia,ex quo conſueuerunt, Vol.5. cap qua-
liter, & quando,el 2.de accuſat. Salycet.in l.ea quidem, C.de
accuſat. Ioan. Turrius inter conſil. crimin. Ziletti conſil. 81.
Altiſſimi,num.47.Verſic.Nam opus eſt,Vol.2.

12 In dubioque exiſtimarim ego ortum habuiſſe à † mi-
nus fide dignis,id enim eſt famæ proprium,malum,vtque
13 commentis alatur potius, quam alio quopiam † vero, en
Virgilium *lib.4.Æneid.*

Fama malum,quo non aliud velocius vllum,
Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo.
Parua motu primo,mox ſeſe attollit ad auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.

Ouidius etiam:

Atria turba tenet,veniunt leue vulgus, euntque
Mixtaque cum veris paſſim commenta vagantur
Millia rumorum,confuſaq; verba volutant,
E quibus hi vacuas implent ſermonibus aures,
Hi narrata ferunt alio,menſuraq; ficti
Creſcit, & auditis aliquid nouus adiicit author.

Sed quid ego tranſcribere pergo *Proſperum Farinac.* in

iis;

ſit, de indiciis, & tortura, quæſt. 47. Indicium an, & quale, à
nu. 7. Verſic. Secunda eſt ratio. Sed nec inutilis labor, mul-
ta enim teſtimonia veræ lectioni, quicquid mendoſi Ty-
pographi incuria irrepſiſſet.

Non ideo tamen omitterem Diuum Hieronymum *ad*
Ruffinum ex eodem loco. Multum, *inquit Diuus Hierony-*
mus, in vtramque partem crebro fama mentitur, & tam
de bonis mala, quam de malis bona falſo rumore conce-
lebrat. Multi profecto ſunt falſi rumores a maleuolis, &
negligentibus confícti, quiuis enim poteſt turpem de quoli-
bet rumorem proferre, & confictam fabulam diſſipare;
temere etiam conflari ſolent ea, quæ ex rumoribus ſpar-
guntur ſine certo authore, ſine radice veritatis. Vide et-
iam *D. meum Praſ. Menoch. de præſumpt. lib. 1. quæſtione* 89.
numero 30.

Verum *Bald. conſil. 174. Caſus eſt talis, nu. 3. Verſic. Porro*
in iſtis talibus, Vol. 2. vt ad id redeamus, quod de nocturno
tempore dicebamus, voluit, quod in iis, quæ fiunt de no-
cte, fama magnum † tantum faciat adminiculum, idem 14
voluit *Crauet. dicto conſil. 177. Viſo proceſſu nobilis Lauren-*
tii, num. 2. Verſic. Alibi ſcribit, dum voluit, quod faciat ma-
gnum tantum indicium, licet non vtatur dictione taxati-
ua tantum, & *Roman. conſil. 7. Viſis neceſſariis in facto, nu.*
3. Verſic. Ex pluralitate enim, voluit in iis, quæ fiunt de no-
cte, famam non facere plenam probationem, ſed bene
ratione nocturni temporis probationes † diuerſi gene- 15
ris, quæ alias non cumularentur ad plenam probatio-
nem, eo caſu coniungi, & ex iis plenam reſultare proba-
tionem.

Ego vero ſic † diſtinguerẽ. Aut de crimine agitur ciuili- 16
ter, aut criminaliter, ſi ciuiliter procedat opinio eorũ, qui
voluerunt famã de nocturno tempore geſtis plenam fa-
cere probationem, ſi vero criminaliter, procedat ſecunda
opinio, vt ſcilicet, fama faciat tantum magnum admini-
culum, vbi enim agitur de crimine † ciuiliter, non requi- 17
runtur ſtrictæ adeo, & rigoroſæ probationes, quemad-
modum, quando agitur criminaliter, vt in terminis fa-
ctæ, *Dec. in cap. Veniens, num. 28. de teſtibus, ibid. Imol. nu. 8.*

& Maſcard. concluſ. 754. Famam quando agitur, num. 14. verſic. Contrarium tamen.

18 Quanquam etiam in ciuilibus voluit non facere † plenam probationem ſine aliis adminiculis, ſed nec ſemper cum adminiculis facere plenam probationem, ſed interdum facere ſemiplenam tantum, interdum tamen etiam plenam, & diſtinguendo conciliat varias opiniones *Farinac. in tit. de indiciis, & tortura, quæſt. 47. à num. 86. verſic. Limita ſexto, vbi num. 88. in fin. verſic. Poteris hac*, dicit eam

* diſtinctionem eſſe * veriſſimam.

19 Rurſum etiam in criminalibus † potentius probaret fama, ſi ea non ſolum ex fide dignis exorietur, vt ſuperius diximus, ſed etiam aduerſus homines malæ conditionis, & famæ procederetur, vt poſt plures ibi allegatos ſcripſit *Paulus Merenda inter conſil. crimin. Zilet. conſil. 88. Spiritus ſanctus in viam, num. 51. verſic Facit etiam indicium, volum. 2.*

20 Atque dum de † fama loquimur, de ea loquimur, quæ fama eſt, non autem de mala opinione, quam de aliquo

21 homines habent, quia illa ſolum † coadiuuat, non au-

22 tem de ſe ſufficiens eſt, & potius mala opinio dicitur † infamia, ita poſt plures *ibi* allegatos *Boſſ. in tit. de indiciis, & conſiderat. ante tort. num. 65. verſic. Loquor de fama in ſpecie.*

23 Amplius loquor de fama publica, non de † priuata, quæ potius opinio quædam eſt, quam fama, *Bart. conſil. 19. Viſo libello, ad fin. part. 2. in puncto Grat. conſil. 94. Viſis facti ſpecie, num. 17. verſic. Quarta probatio, vol. 2.* faciunt dicta *Capol. conſil. crimin. In cauſſa matrimoniali, num. 8. verſic. Decima, & vltima præſumptio.*

24 Quæ, qualis eſſe † debeat, omnia illius requiſita, & in ordine ad famam in ſe, & in ordine ad depoſitionem teſtis, vide late *Claud. Bertaz. ad conſilia patris ſui conſil. crimin. 162. Ventura Albinus, ſub litera B, volum. 1.* & latiſſime *Farinac. dicta quæſt. 47. per totum.*

CAPVT LXVIII.

De Notorio.

ARGVMENTVM.

Notorium dum eſt triplex, iuris, præſumptionis, & facti illius ſingulæ ſpecies diligenter examinantur. An ſit probanda illius exiſtentia, negatiue aduerſus Moderniores determinatur. Reſpectu tandem nocturni temporis, nimis contractæ ab aliis habenæ, eædem ab Authore notorio relaxantur.

SVMMARIA.

1 *Opinio communis eſt de præteritis, quæ non poſſunt probari per teſtes de viſu.*
Et facit ius, ibid.
2 *Fama non facit ius.*
3 *Opinio communis viliſſimorum non probat.*
4 *Manifeſtum eſt quod de ſui natura, & qualitate probari poteſt.*
5 *Notorium quid ſit.*
6 *Notorium eſt, quod omnibus publice patet ex Ludouic. Angel. & aliis.*
7 *Sententia manifeſte iniuſta eſt executioni demandanda, ſi ab ea non appelletur.*
Secus ſi notorie iniuſta, ibid.
8 *Rumor quid ſit.*
9 *Fama eſt communis viciniæ proclamatio ex Gandino.*
10 *Occultum omnino quid ſit.*

11 Oc-

11 Occultum omnino dicitur ſecretum.

12 Occultum pene eſt, quod per paucos probari poteſt.

13 Secretum largo modo eſt, quod occultum probabile eſt.
Notorium manifeſtum, &c. interdum confunduntur, ibid.

14 Notorium eſt allegandum, ſed non probandum.

15 Notorio ex crimine ſuſpenduntur ſtatim attenta conſuetudine.

16 Notorium reſultans ex actis, nec probandum eſt, nec allegandum.

17 Viſibile eſt allegandum, ſed non probandum.

18 Notorium illud eſt, quod nulla tergiuerſatione celari poteſt.

19 Notorium quod eſſet ex ſui natura, ex accidenti efficitur non notorium, ideoq; etiam probandum eſt.

20 Notorium non eſt, quod non innotuit decem.
Siue ii fuerint mares, ſiue fœminæ, num. 26.

21 Villula, an admittat notorium.

22 Manifeſtũ eſt potius, quod paucioribus quã decẽ, innotuit.

23 Notorium debet eſſe notum plurimis per modum multitudinis.

24 Manifeſtum eſt, quod de ſui natura probari poteſt.

25. Notorium eſt, quod realiter coram plurimis factum eſt.

27 Notorium non inducitur per decem teſtes, niſi ii faciant maiorem partem.

28 Notorium deſinit eſſe interdum ratione loci.

29 Sylua non admittit notorium.
Declarat author, num. 30.

31 Notorium non dicitur, quod in domo factum eſt.

32 Notorium Mediolani, non erit notorium Romæ.

33 Notorium interdum dicitur eſſe ratione temporis.

34 Nocturna non dicuntur notoria.

35 Campanæ ſonus, etiam nocturno tempore tranſit in notorium.

36 Notorium triplex.

37 Notorium iuris eſt, quod reſultat ex re iudicata.
Vel etiam ex propria confeſſione, num. 38.

Si tamen in confeſſione perſeuerauerit, num.39.

40 *Notorium reſultat ex confeſſione, ſi ſequatur condemnatio.*

41 *Notorium iuris duplici modo oritur ex Boniſacio de Vitellino.*

42 *Notorium reſultans ex ſententia vel confeſſione, quando, & quomodo probandum.*

43 *Priuilegiatum non gaudet priuilegio, donec de illius eſſentia legitime conſtet.*

44 *Notorium probatur duobus teſtibus.*

45 *Teſtes duo probant maleficium commiſſum coram mille perſonis.*

46 *Notorietate facti probata, non eſt probanda facti exiſtentia.*

47 *Notorium. In notorio duo ſunt probanda ex Farin. exiſtentia & apparentia.*

Contrarium ſentit Author, num.50.

48 *Notorium eſt quædam adiectio qualitatis principali enti.*

49 *Qualitas non poteſt eſſe ſine ſubiecto.*

51 *Argumentum a facto ad notorium, & è contra, quomodò procedat affirmatiue, & negatiue.*

52 *Notorietate probata non eſt probandum factum, ſaltem quoad procedendum, etiam attenta Farin. opinione.*

53 *Notorium præſumptionis, quod ſit.*

54 *Filius eſt notoriæ præſumptionis is, qui vt filius eſt educatus.*

55 *Text. in l.1.§.ſi ea, ff. de ventre in poſſeſſionem mittendo, declaratur.*

56 *Legitimatio perſonæ requiritur in quolibet iudicio, etiam ſummario.*

Et quidem plenaria, num.67.

Contrarium ſuſtinet Iaſon, num.58.

59 *Incidentia quoad modum procedendi, veſtigiis inhærent principalis cauſſæ.*

60 *Legitimatio perſonæ non fit, vbi pars non apponit.*

61 *Legitimatio perſonæ fit ſummarie ſi habeat præſumptionem iuris pro ſe.*

Idem

Idem ſi non habeat præſumptionem iuris pro ſe, modo cauſſa ſit leuis, num. 62.
Secus ſi grauis, num. 63.
64 *Notorium iuris, & præſumptionis, non differt à ſeipſo, reſpectu nocturni temporis.*
65 *Notorium facti triplex.*
66 *Notorium facti, quodnam locum habere poſſit nocturno tempore.*
67 *Præſumptio iuris & de iure regulariter non admittit probationem in contrarium.*
Fallit primo per confeſſionem partis, num. 68.
Secundo ex honeſtate perſonæ, num. 69.
Tertio ſi quis velit probare, quod non ſit caſus, numero 70.
Quarto ratione probationis indirectæ, num. 71.
Quinto per notorium, num. 72.
73 *Præſumptio iuris, & de iure, non habet locum in notorio facti tranſeuntis.*
74 *Res iudicata admittit contra ſe notorium facti permanentis, non autem tranſeuntis.*
75 *Tranſiens, & momentaneum, poteſt tranſire in notorium.*
Modo ſit factum affirmatiuum, num. 76.
Sitq; diurnum, non autem nocturnum, num. 77.
78 *Tranſiens, & momentaneum etiam diurnum, ſi negetur, eſt plene probandum.*
79 *Notorium facti tranſeuntis indiget probatione ex Capicio.*
Declarat Author, num. 80.
81 *Notorium facti illud eſt etiam, quod diſpoſitum eſt ſecundum naturam ſuam.*
82 *Partus viuit, ergo non eſt natus octauo menſe, eſt notoria conſequentia notorietate facti.*

POSTEAQVAM de fama viſum eſt, de notorio aliquid in medium eſt afferendum. Eſt autem priore loco videndum, qd differant Notoriũ, Communis opinio, Rumor, Fama, Manifeſtum, & ipſum etiam Occultum.

Com-

Communis autem † opinio eſt tantum de præteritis, 1
rumorum vero de præſentibus, vel proxime præteritis,
quod poteſt facile probari per teſtes de viſu. Sed commu-
nis opinio non poteſt probari per teſtes de viſu. Item dif-
fert communis opinio a fama, quia communis opinio
facit ius *l. 1. C. de teſtament. l. Barbarius, ff. de offic. prætor. l. ſi*
arbiter, C. de ſentent. & interlo. l. ſi quis, C. de municip. l. 1. §. 1.
§. fin. ff. de ſupellect. leg. l. ſi quis, §. plane, ff. de acquir. hæred.
ſed † fama non facit ius, ſtatur tamen ei donec contra- 2
rium probetur. Communis item opinio probat, modo ſit
probatorum, vulgatiſſimorum † autem non probat. Hæc 3
Gandin. in tit. quomodo de maleficio cognoſcatur, num. 14.
Verſic. ſed fama non facit ius.

Manifeſtum autem, & notorium differunt, ex *Bald. in*
l. cum fratrem, num. 1. C. de his quibus vt indignis, & num. 2.
Verſic. Manifeſtum autem, quod manifeſtum, vt etiam *in-*
ferius commonebimus, eſt quod de ſui † natura, & quali- 4
tate probari poteſt, puta, quia factum ſit in foro, noto-
rium vero, quod in † plurimorum conſpectu re vera, & 5
realiter factum eſt, vt in publico parlamento. Angelus
autem *in l. cum, num. 2. Verſic. Speculator, C. de appellat. poſt*
Speculat. in tit. de notorio crimine, §. ſequitur de manifeſto,
circa princ. dixit, quod † notorium eſt, quod omnibus pu- 6
blice patet, vt etiam voluit *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 62.*
Tutor. num. 13. part. 2. D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbit.
caſu 166. Manifeſtum, quod pluribus, ſed non omnibus,
& notabilem differentiam in ordine ad ſententiam, poſt
Angel. loco cit. obſeruauit *Aſin. in ſua praxi, §. 31. cap. 2. Dum*
igitur voluerunt, ampliat. 1. nu. 1. dicit enim, quod a † ſen- 7
tentia manifeſte iniuſta, ſi non fuerit appellatum, ea eſt
executioni demandanda, ſecus ſi ſit iniuſta notorie.

Gandinus autem *de malefic. in rubr. de rumore, occulto,*
& manifeſto, dixit, quod rumor † eſt particularis aſſertio 8
ex incerto autore, & ex ſola ſuſpitione prouenienss minus
probans, quam fama, ſeu cum pauci aliquid notum pu-
blice dicunt. Fama, quod ſit communis † viciniæ procla- 9
matio. Manifeſtum vero eſt publica ſeu famoſa procla-
matio ex certa ſcientia, & ex certis authoritatibus proue-

nicus, potens probari per multos teſtes, non tamen per
tot quod fiat notorium.

Occultum tandem eſt in duplici differentia, occul-
10 tum omnino, & pene occultum. Omnino † occultum
eſt, quod nullo ratione probari poteſt, *cap. Vt noſtrum, in*
11 *fin.* vt Eccleſiaſtica beneficia, & tale occultum † vocatur
ſecretum, *cap. tua nos, in fin. de Simon. cap. ſi peccauerit, 11 quæſt. 1.*

12 Pene † occultum eſt, quod poteſt probari, ſed per pau-
cos, quia pauci illud ſciunt, puta, duo, vel tres.

13 Sed & hoc † ſecretum largo modo dici poteſt, cum ex
eodem Gandino *loco cit. in fin.* ſecretum dicatur, ſi fiat et-
iam in præſentia quinque per iura *ibi* allegata. Sed certe
poterit dici ſecretum eiuſmodi abnegatiue ſecretum, id
eſt, notorium.

[illegible] ſocietati, *[illegible] §. ſi quis ex ſocijs ff. pro ſocio*, quod cauſſa ſit diuidua, ſecus ſi indiuidua, vt [illegible], & ita procedunt etiam dicta *Natta conſil. 303. [illegible] 3. verſ. Tertio [illegible]*

Adducit ſimmo *Bartol. in d. l. ex parte, numer. 3. ff. fam. hercіſ.* cautelam quandam, quæ declarat rationem Baldi paulo ſuperius allegatam, quod ſcilicet caueat ille, qui communem cauſſam agit, vt aduocatis ſalaria † commu- 27
ni nomine promittat, & ratio eſt, quia ita demum expenſæ in re communi factæ per vnum ex ſocijs, per alios reſtituendæ ſunt, ſi omnium contemplatione ſint factæ, non autem, ſi faciens, adhuc alias facturus erat, *Petra de fideicommiſſ. quæſtion. 15. numer. 124. verſic. Conſiderandum tamen eſt,* & in † dubio non præſumitur ſocius feciſſe alio- 28
rum contemplatione, ſi ad expendentem res principaliter pertinebat, & modicum ad alios, ita *Petra loco citat. numer. 125. poſt Alciat.* quem ibi allegat *conſil. 230. numero 4.*

Hanc tamen Bartol. cautelam non exiſtimo † neceſſa- 29
riam per dicta *Alex. conſil. 168. Requiſitus, vt breuibus dicam meum. 8. volum. 2.* dicit etenim vnum notabile Alexa. non ſolum in propoſito huius cautelæ, ſed etiam totius quæſtionis, his verbis, Vltimo in quantum quæritur, quid de expenſis per Comitem factis in recuperando Caſtro occupato per commune Senarum, quod caſtrum erat commune dicti Comitis cum R. ſequitur Alexa. dico illas reficiendas pro rata per hæredes dicti R. attento, quod cum effectu fuit manu armata recuperatum per dictum Comitem. Et hoc ſi expenſam fecit dictus Comes communi nomine ſuo, & ſocij, ſecus, ſi ſuo tantum, *l. ſi is contra quem C. de condict. [illegible] l. ſi quis putauit §. ſiue autē ff. comm. diuid.* & in dubio præſumitur communi nomine feciſſe, cum res pro qua fiebat expenſa ad vtrumque ſpectaret, nec poſſet pro parte Comitis expediri, quin etiam pro parte conſocij expediretur. Idem omnino *Ruin. conſi. 190. Narratur in themate, nu. 3. verſ. Quid ſi vnus ex duobus, volum. 4.* alias dicunt hi patres, alterum ex duobus ſequeretur abſurdum, vel enim recuperans diceretur donare

nare voluiſſe partem expenſarum, quod in dubio non eſt præſumendum, *l. cum de indebito ff. de probat.* cum ſimilibus, vel præſumendum eſſet recuperantem habuiſſe animum vſurpandi partem conſocii contra *text. in l. mutuis ite ff. pro ſoc. in cap. fin. de præſumpt. Idem Cravet. in proximis terminis conſilio 159. Viſis his, quæ in facto, numero ſecundo, libr. 1.*

30 Sed ſaltem in te † diuidua Bartoli cautela negligenda non eſt.

Et hæc vera ſunt, quando dicti nobiles expenſas fecerunt ad cuſtodiendum Caſtrum, & Caſtrum ipſum retinuerunt.

Si vero amiſerunt, videtur, quod nobiles repetere non poſſint *l. ex parte, ff. fam. hercíſ. ibi ſuſcepit, & obtinuit, & l. iam tamen §. in hac el. 2 ff. iudic. ſol.*

31 Contrarium verum eſt, ſufficit enim ſi † vtiliter ſusceperint nobiles caſtri defenſionem, quicquid poſtea euenerit, *l. ſed Vltro §. is qui ff. de negoc. geſt.* ita gloſſ. *in d. l. ex parte, in prin. in Verbo Et obtinuit ff. fam. hercíſ*

Non obſtat *text. in d. l. ex parte in prin.* quia *ibi* recenſetur factum, quod patet ex inſcriptione legis, inſcribitur enim lex, *Scæuola, lib. 1. Reſponſorum.* At quando diſpoſitio, vel deciſio reſpicit aliquid, quod ita de facto erat,

32 non † facit, quin idem eſſe poſſit etiam, ſi factum illud ceſſaret, vel aliter ſe haberet, vt eſt *gloſſ. notabilis in l. Vnica C. quando non petentium partes, ibid. Iaſon late nu-mer. 22.*

33 Non obſtat text. *in d. l.* † *iam tamen §. in hac, el. 2. ff. iudic. ſol.* quia *ibi gloſſ. in Verbo Peteni*, dicit illum text. ideo procedere, quia eo caſu negocium non apparebat vtiliter inchoatum, prout in caſu Caſtri ſcripſit *Bald. conſil. 8. Erant quinque nobiles libro primo, & Petra de fidei-commiſſ. quæſtio. 15. num. 222 Verſi. Quod ſi caſtrum,* vbi ad hoc, vt qui commune, vel alienum aggreditur † negoci-

34 um, expenſas repetat pecunias, tria præ oculis habere debet, quod negocium illud ſit poſſibile, quod ſit vtile, & quod alteri nimis oneroſum non ſit, ita hi duo patres *locis citat.*

Quan-

Quamquam non erit vtile, ſi ſit nimis oneroſum, ſufficiens ergo [illegible] prioris.

Poſſem [illegible] pleniore calamo hanc Angeli diſtinctionem examinare, pluribuſque negocium auctoritatibus, vt mei moris eſt, communire. Sed volui tãtum commemoraſſe, & tetigiſſe. 55

CAPVT LXXVI.

De Saluaguardia.

ARGVMENTVM.

Saluaguardia, an nocturno tempore decerni poſſit, reiecta Franciſci Herculani opinione, diſtinctio Authoris. Et quia Saluaguardia, & bona reſpicit, & perſonam, an habens bona alicuius ſub tutela Saluaguardiæ, teneatur etiam ad damna de nocte data.

SVMMARIA.

1 *Cuſtodiæ appellatione venit etiam Saluaguardia.*
2 *Saluaguardia duo reſpicit perſonam, & bona.*
3 *Saluaguardia quid ſit ex Tholoſano.*
4 *Saluaguardia quid ſit ex D. Menochio.*
5 *Saluaguardiæ appellatione venit cautio de non offendendo.*
6 *Saluaguardia eſt de iure diuino ex Herculano.*
7 *Saluaguardia originem habuit ab initio mundi ex Herculano.*
8 *Saluaguardia [illegible]*
Cautio de non offendendo poteſt peti etiam die feriato in [illegible].

9 C[illegible]io

9 *Cautio de non offendendo poteſt peti etiam nocturno tempore.*

Contrarium ſuſtinet Author, & quomodo, num. 10.

11 *Cautionibus non neceſſarijs non debent homines prægrauari.*

12 *Saluaguardia, vbi iure ordinario petitur, iuſtificanda eſt*

13 *Cauſſæ cognitio non fit parte non citata.*

14 *Citatio non poteſt fieri de nocte.*

15 *Saluaguardia ſi petatur iure extraordinario, negligi poteſt citatio.*

16 *Saluaguardia, an nocturno tempore decerni poſſit, noua Authoris diſtinctio.*

17 *Saluaguardia in genere, poteſt fieri ſine cauſſæ cognitione.*

18 *Saluaguardia cum clauſula iuſtificatiua, Niſi quis ſentiat ſe grauatum non requirit citationem.*

19 *Comparens in termino clauſulæ iuſtificatiuæ, reducit præceptum ad ſimplicem citationem.*

20 *Saluaguardiæ generales non ligant, niſi proclamatæ fuerint.*

21 *Proclamationes non poſſunt fieri nocturno tempore.*

22 *Saluaguardia. Qui habet bona in Saluaguardia, tenetur etiam ad damna de nocte data.*

MAteriam Saluaguardiæ hic opportunum ſibi locum vēdicare, dum de cuſtodia agimus, certiſſimum eſt, poſteaquam, ſub nomine † cuſtodiæ venire & ſaluaguardiam, poſt *Ioan. de Plat. in l. fin. C. de erog. milit. an. libr. 12.* ſcripſit *Oſaſch. deciſ. 88. Viſis quibuſdam, numer. 34. verſ. Præterea, cum in caſu noſtro.* Hæc autem ſaluaguardia
2 † duo reſpicit, perſonas aliquando, aliquando etiam bona, *Oſaſch. loco citat. Bertaz. conſil. crimin. 511. Proponitur in facto, numer. 38. verſic. Et quod ſaluaguardia, Volum. 2.*

Quære, & *Gregor. Tholoſan. ſyntagm. Iur. vniuerſ. par. 3. libr. 48. capit. 4. De ſatiſdatione Iudiciali, numero decimo ſexto, verſ. Cautiones & ſatiſdationes,* definientis ſaluaguardiam

ſcens † dixit, quod Saluaguardia eſt cautio quædam, per 3
quam aduerſarius dat fideiuſſores petenti coram iudice, & authoritate iudicis, de non offendendo ipſum, nec in perſona, nec in rebus, per ſe, vel interpoſitam perſonam. *Et D. noſter Franc. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſu. 338. Saluaguardia num. 1.* dixit, quod † Saluaguardia dicitur eſſe 4
illa defenſio, & protectio, quam potentior minus potenti præſtare promittit, atque ita amicis hæc, & charis ad ſuorum bonorum tutela præſtari ſolet.

Quod igitur pertinet ad perſonas:

Franciſcus Herculanus, qui integrum conſcripſit volumen de cautione de non offendendo, cui omnino æqualem facit † Saluaguardiam, *cap. 3 numer. 20 verſ. Quod* 5
uero diximus, plura recenſet priuilegia, & de cautione de non offendendo, & de ſaluaguardia. Tum ratione iuris, & antiquitatis, voluit enim is ſaluaguardiam eſſe de iure † diuino, & habuiſſe originem ab initio mundi, quo tem- 6
pore Cain occidit † Abel, dixit enim Cain ſe vereri, ne ab 7
aliis occideretur, cui Deus ſignum dedit, ne offenderetur. Herculan. *d. cap. 3. à numer. 22 verſ. Et videtur, quod hæc ſaluaguardia.* Tum etiam ratione temporis. Primo namque voluit, quod hæc † cautio peti poſſet tempore fe- 8
riato, etiam ad Dei honorem. *ibid num. 12 verſ. A quibus, poſt Ripam in rubr. colum. 2. ff. de damn. inf. Alex. conſ. 130. colum. 2. lib. 4. conſ. 139 colum. fin. lib. 2. Bartol. in l. ait ff. de his, quæ in fraudem creditorum, Ripam iterum, in cap. 1. numero vigeſimo octauo, de iud. & in cap. cum M. numer. [illegible] de conſtitution. ibi allegatos.* Secundo, quod peti poſſit etiam † nocturno tempore, *d. cap. 3 numero decimo quin-* 9
to verſic. Ex quibus decidendum eſt, tum quia etiam contractus poſſunt nocturno tempore celebrari, vt nos quoque dicemus ſuo loco, tum quia nox venit appellatione diei ciuilis, vt *diximus cap. 3.*

Sed certe, ni † fallor ego, longius hic aberrat Vel enim 10
in Saluaguardia petenda iure vtimur ordinario, & tunc cum † cautionibus non neceſſariis non debeant homi- 11
nes prægrauari *l. ſtipulatio iſta § diuus ff. vt legat. nom. caueat. Caſtrenſ. conſ. 287 lib. 1. Socin. iun. conſ. 68. num. 73. lib.*

3. & aliȷ, de quibus *Herculan loco citat. cap 3. num. 8.* ideoque
12 que iuſtificandum ſit an † recte, vel non, petatur, *Iaſ in l. ſi ſuper poſſeſſione, colum. fi. C. de tranſact. Bal. in l 1. ad fin. C. de Epiſcop. & cleric. Bart. & aliȷ,* de quibus *Herculan. ibid. numer. 6. verſ. Plane in videndo, & numer 6. verſ. Vnde merito*, cauſſæ † cognitio regulariter non fit parte incitata
13 *Deci & Cagnol. in l. vbicunq; ff. de reg. iur text in l. in cauſſa §. cauſſa ff de minor. Herculan. loco citat num. 8. verſ. Cauſſa*
14 *autem cognitio*, citatio autem non poteſt fieri de † nocte, vt ſuo loco dicemus, ſaltem, vt quis comparere teneatur. Vel etiam ſumus in Saluaguardia, ſeu cautione de non offendendo irregulari, & extraordinario iure concedenda, vt quia ſi pars citetur, de facili latitabit, atque calu-
15 mniis locus erit, quo caſu † negligi poſſe citationem hoc in caſu voluit *Herculan. loco citat. numer. 11. verſ. Quam ob rem*, & eo caſu quicquid ſit de condemnatione nocturno tempore facta ad dandam cautionem, & ſaluaguardiam, non tenetur quis comparere ad dandam cautionem tempore nocturno, ne dum ad alios ſaluos faciendos vocatur, ipſe in itinere pereat, & ſuo loco dictum eſt *in cap. de Comparitione.*

16 Concludo igitur † Cautionem de non offendendo, & Saluaguardiam attento iure ordinario, non poſſe decerni nocturno tempore, attento vero iure extraordinario ex cauſſa, poſſe quidem cautionem nocturno tempore à iudice decerni, non tamen reali executioni poſſe demandari.

Nec etiam hinc excipio ſaluaguardias in genere, quæ cum non reſpiciant certam, & determinatam perſonam,
17 poſſunt & ea fieri, ſine aliqua cauſſæ † cognitione, *Rebuff. in l. ab his. circa medium C. de naucul. lib. 11. Neuizan. conſil. 83. Materiam ſaluaguardiæ, num 12. verſ. Septimo non obſtat.* Nec etiam excipio Saluaguardiam cum clauſula
18 † iuſtificatiua, Niſi quis ſentiat ſe grauatum, quo caſu non eſt aliquis citandus in ſpecie, ſed debet comparere in
19 termino clauſulæ, & eam reducere in ſimplicem † citationem, *Iaſ. in l. ne quicquam §. vbi decretum ff. de offi. procônſ. & legat. Neuizanus loco citat. num. 12. verſ. Secundo*

ex quo

[illegible] Menoch. lib. de arbitr. iud. caſu 338. [illegible], num. 8. 9. & 10. quoniam eiuſmodi ſaluaguardiæ [illegible] generales, licet conceſſæ, non ligant, niſi poſtquam per publicas † proclamationes fuerint publi- 20
catæ, vt poſt *Cund. Papæ conſ. 45. numer. 8.* ſcribit *Neuiz.a. [illegible] num. 15. Verſ. Octauo non obſtat,* & † proclama- 21
tiones non poſſunt fieri nocturno tempore, vt dicemus *[illegible] in tit. de Edicto publico.*

Quod tandem reſpicit bona, ſcripſit *Oſaſch.* eum, qui bona alicuius habuerit in † ſaluaguardia, teneri etiam ad 22
damna de nocte data, *Oſaſch.* inquam *deciſio. 88. Viſis [illegible], numer. 55. Verſic. Dicendum eſt,* poſt *Bar- [illegible] conſil. Caluan. conſil. 66. colum. fin.* & alios *ibi* allegatos.

Sed, quod teneantur etiam reſpectu damnorum nocturno tempore illatorum, hoc videtur aduerſus ea, quæ firmauimus *in cap. de damn. dato*, & ea quæ dicemus *inferius, in cap. de Campario.* Non tamen eſt contra, quia illic ceſſabat odium Camparii, qui præterea ampliori regioni præerat, & facilius eo inſcio damna dari poterant. Hic vero, qui ſaluaguardiam ſuſcepit, ratione [illegible] eſt ſuſpectus valde, & quædam tantum bona cuſtodit, facilius igitur explorare poteſt, ſi dentur damna.

CAPVT LXXVII.

De Campario.

ARGVMENTVM.

Camparii, & ſaltuarii, cum propriæ viſionis teſtimonio denunciantes, dum faciunt indicium ad torturam, quid ſi nocturnum damnum denuncient. An minus probent eo caſu, quam alii te-

ſtes, negatiue aduerſus Plotum. Tandem, an ipſi nocturna damna emendare teneantur.

SVMMARIA.

1 *Camparius indicium facit aduerſus denunciatum.*

2 *Camparius deponens de auditu, vel de fama, facit indicium ad inquirendum tantum.*

3 *Syndicus deponens de auditu, vel fama facit indicium ad inquirendum tantum.*

4 *Camparius, ſeu*

Saltuarius deponens, illius dictum valet in vim teſtimonij.

5 *Denunciatio priuati valet in vim accuſationis.*

6 *Camparius falſus non habet priuilegium campariorum in probationibus.*

7 *Camparius non iuratus, nihil probat dum denunciat.*

8 *Camparius deponens de viſu, facit indicium ad torturam.*

Fallit, ſi malefactorem nocturnum denunciaret, numer. 9.

10 *Camparius de nocturno malefactore deponens minus probat, quam alius teſtis.*

Quia eſt teſtis in propria cauſſa, ex Ploto, nu. 11.

Contrarium late ſuſtinet Author, nu. 12.

13 *Teſtis deponens pro ſua vniuerſitate non eſt omni exceptione maior.*

Multo minus ſi de ijs deponat, quæ pertinent ad illos de vniuerſitate vt ſingulos. nu. 14.

15 *Communitas, vbi tenetur de damno dato, tenetur pro modo facultatum vniuscuiuſq;.*

16 *Vniuerſitatis negocium quando dicatur ad illam ſpectare, vt ad vniuerſitatem, & ad eam, vt ad ſingulos de vniuerſitate.*

17 *Damna nocturna non imputantur.*

18 Campa-

18 *Camparius ſi ſit negligens tenetur de proprio ratione damni dati.*

19 *Diligens præſumitur qui non probatur negligens.*

20 *Negligentia non probatur, niſi duobus copulatiuè concurrentibus.*

21 *Camparius dicitur idoneus teſtis.*

22 *Campario præſumitur ipſe damnum dediſſe, niſi probet à quo ſit datum.*

Niſi probetur diligentia, num. 23.

Vel damnum ſit occultum, quale eſt nocturnum, numer. 24.

25 *Camparius indiſtinctè tenetur notificare damnum datum.*

26 *Campario etiam falſum aſſerentibus creditur, donec contrarium probetur.*

Niſi falſitas ſit euidens ex impoſſibilitate modi, ex Anchorano, num. 27.

CVſtodes agrorum, vinearum, nemorum, & aliorum euiuſmodi, quem alii ſaltuarium, alii vero camparium appellant, iudicium facere aduerſus † denunciatum, ne- 1
mo eſt, qui id in dubium reuocet, difficultas eſt quatenus ſit illorum iudicium, an potens ad ſolam inquiſitionem, an vero etiam efficax ad torturam. Et *Farinac. de indicijs, & tortura, quæſtio 52. numer. 167. Verſ. Decimum octauum.* diſtinguit inter ſaltuarium deponentem de † Auditu, vel 2
de Relatu, vel de Fama, & ſaltuarium deponentem immediate de Viſu. Vt primo caſu camparius, illiuſque denunciatio, pro ut etiam denunciatio † ſyndici, vel Antia- 3
ni, faciat indicium ad inquirendum ſolum, in quibus terminis intelligi patet *Bartol. in leg. diuus, numer. 8. in fin. Verſ. Si vero officialis ff. de cuſtod. & exhib. reorum, Salyc. in Leg. [illegible], num. 25. [illegible] num. 26. Cod. de accuſat. Angel. de Malef. in verbo Nec non ad denunciationem, numer. 14. Verſ. Si vero non mittitur, Marſil. in pract. Criminal. § prim. numer. 22. [illegible] in pract. In forma inquiſitionis contra [illegible] numer. 32. Verſic. Sed bene [illegible] præſumptionem ad inquirendum, Capal. conſ. criminal. 72. numer. 58. Verſ. Sed ego*

 tamen,

teneo, D. meus Præſ. Menoch. lib. 1. quæſtio. 88. numer. 21. in
fin. & ne omnes recenſeam, de quibus *Proſper Farinac. lo-*
co citat. numer. 169. Verſic. Regula prima de * communi
Boſſ in titu. de denunciationibus, numer. 2. Verſi Cæterum ſi
tantum, & Clar. in pract. §. fin. quæſt. 7. Verſ. Habes igitur, in
princip. quibus adde in terminis teſtes loquentes eos o-
mnes quam plurimos certe, quos citauimus *in cap de Au-*
ditu, num. 7 Verſi. Verum non facere, poſteaquam & hunc
publicum officialem teſti æqualem reddit *Farinac. dicta*
quæſt. 52. num. 172 Verſic. Limita ſecundo, diſtinguens inter
4 † ſaltuarium, ſeu ſyndicum, & priuatam perſonam, vt il-
5 lius dictum in teſtimonium recipiatur, huius vero in †
accuſationem, *per iura ibi allegata.* Modo ſit verus cam-
6 parius legitime electus, alias non haberet priuilegia † cã-
pariorum in probationibus *Carpan. ad ſtat. Mediol c. 368.*
Quilibet Camparius, num. 1. *Verſi. Statutum loquens Volum.*
2. & Borgnin. deciſ. 13. In hac noſtra curia, num 41. Verſ. Sic
7 *etiam loquens, par. p.* & præterea deponat, ac † denunciet
iuratus, *Carpan. cap. 374. Quodlibet commune, num. 4. in*
Verbo Homines iuratos, Borgnin. loco citat. num. 56 Verſi. Et
talis accuſa. par. 1. Poſteriore autem caſu, vbi ſcilicet de-
8 nunciationem facit camparius cum propriæ † viſionis te-
ſtimonio, facit indicium ad torturam, ſicut & quilibet te-
ſtis, ita poſt *Natt. conſil. 550. num 9. Verſ. Si Vero officialis*
mittitur, lib 3. Farin. dicta quæſt. 52. num. 170. Verſi. Amplia
hanc primam regulam, & num. 175. Verſ. Vnde ſecus. ſi im-
* *mediate,* vbi de * communi, de qua etiam *Boſſ de Denun-*
ciat. nu. 2. Verſ. Et omnino, & Clar. lib 5 recept ſent. § fin. q 7.
Verſ. Habes igitur, vbi amplius teſtatur, quod ita obſeruat
* communis * practica.

Non faciet autem hoc indicium ad torturam perfe-
9 ctũ, ſi malefactorem † nocturnum denunciet ſaltuarius,
vt in terminis Camparii, & Saltuarii ſcripſit *Plot. ad l. ſi*
quando, numer. 840. Verſi. Quadrageſimo limita C Vnde Vi,
concludens, quod quia teſtes deponentes de actu nocturno
no non probant, ſi dicant ſe de nocte cognouiſſe, ideo
10 multo minus probabunt † Camparius, Miniſtralis, Sal-
tuarius & alius officialis, quorum iuramento ex forma

iuris,

[illegible], & [illegible] eſſe ſtandum pro plena probatione, tam reſpectu delicti, puta damni dati, quam eius quantitatis, & perſonarum, quænam fuerint, quæ deliquerint, quia in hoc caſu non eſt ſtandum eorum iuramento, etiam † dicerent ſe de nocte cognouiſſe, quia inquit *Plotus*, ſi in cauſa aliena teſtantes de viſu in nocturnis non ſunt omni exceptione maiores, multo minus in cauſa † pro- 11 pria, [illegible] *in l. qui accuſare. Verſ. Aduertatis C. de edend.*

Sed certe, [illegible] est, quod iuramentum non deferatur reſpectu eorum, quæ nocturno contingerint tempore, declarando tamen, vt declarauimus *in tit. de Iuramento* [illegible], attamen non video, quomodo dicatur Campanarium eſſe teſtis in cauſa † propria, ideoque minus cre- 12 datur, quam deponens de negotio alieno. Vel enim hunc conſtituimus campanarium eſſe de eadem vniuerſitate, & tunc licet quodam pacto videatur in cauſa propria teſtificari, ideoq; teſtis de vniuerſitate pro ipſa deponens vniuerſitate non ſit † omni exceptione maior, vt poſt ad- 13 [illegible] ad *Felin. in c. 4. Inſuper num. 2. ſub litera A de teſtibus*, [illegible] *in cap. cum nunciis num. 3 in fin. de teſtibus*, *Alb. de Malet in tractat. de teſtibus cap. 4.* pluribus in locis [illegible] *Farinac. de oppoſit. contra perſonas teſtium, quæſt. 61. limitatione 17.* [illegible] *num. 416. Verſ.* [illegible], qui idem confirmat, ac ſtabilit [illegible] *Ego tamen ab hac limitatione*, multoque minorem faciat fidem, ſi de iis deponat, quæ non reſpiciant commodum, & vtilitatem vniuerſitatis vniuerſaliter, ſed vtilitatem vniuerſitatis † ſingulariter, vt de 14 communi, & magis ** communi opinione, quam etiam ſequitur Rota Romana, teſtatur doctores adducens per binas columnas integras *Farinac. de oppoſit. contra perſonas teſtium* [illegible] *quæſt. 61. num. 495. Verſ. Limita primo, & nu.* [illegible] *Verſ.* [illegible]. Atq; quoties † communitas tenetur de 15 damno dato, poſt varias opiniones, ea tandem ſit communis opinio, vt ſinguli de communitate teneantur pro mo- [illegible] vt * communem dixit *Alber. in l. ſi unus fuerit* [illegible] *Alber. in quæſt. ſtat. lib. 2. quæſt.* [illegible], qui refert Dynum ita tenentem *in l. ne quid ff. de*

 incend.

incend.ruin. & naufrag. & dicentem *Marſi.de Fano* ita de facto conſuluiſſe, quod etiam voluit *Specul.in titu.de Raptor.& incendiar.num.2.Verſ. Sed pone inter ſtatuta,* & eſt notab. *text. in l.1. C. de muner.patrimoniorum, lib.*10.quo caſu dicitur agi de commodo, & incommodo vniuerſitatis, non per modum vniuerſitatis, ſed per modum ſingulorum; quoniam, vbi agitur de lite, in qua ſi vniuerſitas ſuccumberet, eſſet ſingulis imponenda collecta, nego-
16 cium non dicitur ſpectare ad vniuerſitatem, ſed ad † ſingulos de vniuerſitate, Ang.*in l omnibus, num.2. Verſ. Aut reſpicit ſingulos, C.de teſtibus, Felin.in cap.inſuper, nu.6.Verſ. Vel eſt cauſſa, de teſtibus, ibid. Bal nu.3.Ver. Et in hoc exemplo,* & poſt plures *ibi* allegatos Farin. *de oppoſitionibus contra perſonas teſtium, quæſt.60.nu 505. Verſ. Sexta ſit concluſio, & num.506. Verſ Septima ſit concluſio,* late *D.meus Præſ. Menoch lib 2.de arbitr.iud caſu 106. Agitur ſæpiſſime, a nu. 13.Verſi Tertius eſt caſus, Maſcard.de probat concluſ. 1414. num.5.& Ruin.conſi.13.Viſo, & diſcuſſo num.9.Verſi. Et ſic*
* *teſtes, lib.5.Roland.a Valle,* vbi etiam de * communi, *conſil.72 In cauſſa, & lite, num.3.Verſi.Nec obſtare videtur, Volum.2. poſt Iaſon in leg. Sed ſi hoc §. patronum in 3. limitat. leg. ff. de in ius vocand. Bald conſil. 420. colum. penu. libro primo, Afflict. deciſ* 400. & alios *ibi* allegatos, plures etiam adducit *Bertalz. conſil.crimin.* 178. *Abſoluendi ſunt, numero quarto, ad fin.Verſi. Secundus teſtes Volum.1. Hi ſatis.*

Sed hęc omnia adhuc parum tuentur ſententiam Ploti, quia extrinſecus accidit, quod camparius ſit de vniuerſitate, & præterea nos loquimur de Campario, vt camparius eſt, an dicatur in cauſſa propria teſtis eſſe, non autem de campario vt de vniuerſitate eſt.

Vel ergo abſtrahimus ab vniuerſitate, & conſideramus camparium, quatenus camparius eſt, & tunc non dicitur
17 propriam tueri cauſſam, quia damna nocturna † non imputantur, vel ob iuſtam ignorantiam, vel ob vim maiorem, quæ vel realis ſit, vel imaginaria, vt ſcripſimus *in cap. de Damno dato,* modo debitam adhibuerit diligentiam cuſtos, *Franc. Marcus deciſ. 765. Quæritur, ſi iſti ſyndici,*

num.5.

num. 3. part. 2. Cuman. conſil. 121. In cauſſa vertente, per to-tum, & plures, quos citauimus in cap. de damno dato, num. 32. Verſic. Modo debitum. Quia ſi probaretur camparii negligentia, tunc profecto eſſet in cauſſa propria, & ratione cuſtodiæ, certa conuenta mercede, teneretur † damna 18
ipſe camparius emendare, vt ſcripſit *Petrus Calefatus inter conſil. crimin. conſil. 38. Vol. 2. Sebaſtian. Medic. de caſibus fortuitis, part. 2. quæſt. 7. Incendium, vt dictum eſt, num. 8. Verſic. Secus non habet locum, Roman. conſil. 7. Viſis neceſſarium in facto, per totum.* Sed camparius fundatam habet intentionem, quod debitam impenderit diligentiam, ex regula iuris, quod † diligens quilibet præſumitur, donec 19
contrarium probetur, vt in his terminis ſcripſit *Maſcard. de probat. concluſ. 519. Diligentia probatur, num. 2 Verſic. Suponendum eſt illud.* Et qui vult probare quem fuiſſe negligentem, eum † copulatiue debet probare, & quod obliga- 20
tus non fecerit, & inſuper, quod potuerit facere, & non fecerit. *Bart. Rom. Ioan. Andr. Bald. Felin. Craue. de quibus Maſcardus concluſ. 1093. Negligentia, num. 5. Verſic. Probabitur autem negligentia,* impotentia autem ſatis reſultat ex natura temporis nocturni, *gloſſ. in l. ſi cum exceptione, §. in hac actione, ff. quod metus cauſ.* & diximus *de Syndico, num. 12. Verſic. Tertius eſt caſus, Bertaz. conſil. crimin. 45. Magnificæ communitatis, num. 12. Verſic. Vltimo & hoc quidem, part. 1.*

Tandemque quia hunc camparium eſſe † idoneum 21
cuſtodem, & publicam quandam in ſe habere authoritatem, patet manifeſte ex iis, quæ ſcripſit *Farinac. de indiciis, & tortura, quæſt. 52. à num. 170. Verſic. Amplia hanc primam regulam.*

Vt hæc ſcripſeram, cum reperi *Carpan. ad ſtatuta Mediolan. 168. Quilibet camparium, num. 2. 3. & 4. Vol. 2.* dicentem, quod licet camparii alicuius territorii, vbi non probent damnum factum ab aliis, præſumantur † ipſi fures, 22
& damnum dantes ex *Bertaz. conſil. 214. num. 9. Vol. 3.* excuſantur tamen ex duplici capite, quorum primum illud eſt, ſi comprobent ſe omnem impendiſſe † diligentiam, 23
omneque ſtudium adhibuiſſe, vt eum, qui damnum dediſſet,

inuenirent, quem tamen reperire non potuerint, ex *Bart. in l. haredem, §. 1. ff. de his quibus vt indign. Clar in ſua praxe crimin. §. fin. quaſt. 7. verſic. Scias autem.* Poſterius eſt ca-
24 put, quoties damnum † occulte datum fuiſſet, quale eſt damnum datum nocturno tempore ex *Alber. in tract. ſtatutorum, lib. 2. quaſt. 82.* quod tamen procedit quoad noti-
25 ficationem † damni dati, *Carpan. loco cit.* quod & nos voluimus *in cap. de Syndico, num. 14. ex Speculat. in tit. de accuſat. in princ. num. 37. ita Bald. ibid. conſil penult. verſic Sed nunquid procedit, atq; idem Baldus in l. ſi ea quaſtio, num. 3. verſic. Tu dic, quod debet, C. de his, quibus vt indign.* Et certe ridiculum eſſet, vt camparius reſpectu nocturni delicti vix faceret indicium ad malefactorem inquirendum, ipſeque præterea damnum rependere teneretur.

Dum autem diximus, quod campariis non creditur de nocturna viſione deponentibus, ſaltem in ordine ad torturam, videtur obſtare, quod ſcripſit *Bonacoſſ. in quaſt. crimin in verbe, Saltuarius, & Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 374. Si quis dederit, num. 10. verſic. Creditur autem campa-*
26 *rius, vol. 2.* quod ſcilicet † campariis creditur etiam, quod falſum denunciauerint, donec contrarium probetur. Sed certe non obſtat, quia & *Carpan. & Bonacoſſ.* loquuntur ratione falſitatis non euidentis in ordine ad factum de ſui natura poſſibile, an ſit dictum, vel non factum maleficium illud, datumue damnum, quod ipſi denunciant, ſed
27 noſtro caſu loquimur reſpectu † falſitatis euidentis ex impoſſibilitate medii, qualis eſt viſio nocturno tempore, vide quæ diximus *in cap. de Viſu.*

CAPVT LXXVIII.

De Cuſtodia ciuitatis.

ARGVMENTVM.

Cuſtos ciuitatis nocturnus de eo tempore

recommiſſis furtis tenetur. Textus in l. nam ſalutem, §. effracturæ, ff. de offic. præfect. vigil. nouiſſime declaratur. Aliud de nocturno ciuitatis cuſtode obſeruatur.

Svmmaria.

1 *Cuſtodes nocturni ciuitatis tenentur de furtis commiſſis, & quando.*

2 *Cuſtodes caſtri diuiſis vigiliis nocturnis, an omnes teneantur, ſi inuadatur caſtrum, quia omnes dormiuerunt.*

3 *Textus in l. nam ſalutem, §. effracturæ, ff. de offic. præfect. vig. declaratur.*

4 *Dictio Licet implicat caſum magis dubitatum.*

Dictio Licet idem importat, quod dictio Etiamſi, ibidem.

5 *Dictio Etiam implicat caſum dubitatiorem.*

6 *Campanarius non tenetur de nocturno damno.*

[illegible] cur cuſtodes ciuitatis teneantur ipſi, numero 7.

8 *Oſtium de media nocte apertum relinquens dicitur eſſe in lata culpa.*

9 *Claues ciuitatis ſi nocturno tempore ſint apud cuſtodem ciuitatis, excuſantur ciues ſi malefactorem perſecuti non fuerint.*

10 *Cuſtos ciuitatis ex nocte deputatus, ſi neget, deinde pœniteat, non punitur pœna ordinaria ex Gandino.*

Diſtinguit Author, num. 11.

PLacet, & aliquid in medium afferre de cuſtodia ciuitatis; ea vero in ſumma duo ſunt. Alterum, quod *Capo.* dicit diligenter notandum *in l. Seruiani, ſi procurator, num. [illegible] verſ. Etiam alias limitatione, ff. ſi quis iudic. non obtemp.* quod ſcilicet deputati ad † cuſtodiam ciuitatis de 1 nocte,

nocte, tenentur de furtis commiſſis, dummodo ciues teneant oſtia clauſa, & diligentiam debitam rebus ſuis adhibeant. Quod dicit Cagnol. ſe deſumere ex *Iaſone in eod. §. ſi procurator. Sed ibid. num. 5. verſic. Limita ex eo,* dicit *Iaſ.* notandam deciſionem *Alber. in 2 part. ſtatut. quæſt. 159. Si*
2 *ex forma ſtatuti.* Quod, ſi plures deputati ad † cuſtodiam caſtri, vel arcis, diuiſerunt inter ſe cuſtodiam nocturnam, ea lege vt vigiliarum pars ad mediam noctem dormiret, quod ſupererat dimidia nocte requieſceret, ſi interim ab hoſtibus caſtrum occupetur, ea de re non condemnatos iri cuſtodes illos, qui conuentis horis ſomnum cœpiſ-
* ſent, atque ipſe teſtatur de eiuſmodi * deciſione Bononiæ facta. Sed non hic locus, eam nos examinauimus, & reiecimus *ſuperius in cap. de Caſtro.*

Sed quod pertinet ad dictum Cagnoli, non video ego quo iure dictum illud probetur. Forte poſſet adduci *text.*
3 de quo tamen Cagnol. ne quidem *tex.* inquam † *in l. nam ſalutem, in §. effracturæ, ff. de offic præfect. vigil.* Effracturæ, inquit text. fiunt plerunque in inſulis, in horreiſque vbi homines præcioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt: dum, vel cella effringitur, vel armarium, vel arca; & cuſtodes plerunque puniuntur, & Diuus Antoninus, Erycio Claro reſcripſit. *Hæc text.* Sed non video, quid probet text. ille in propoſito, nec enim ibi agitur de cuſtodibus publicis ciuitatibus, ſed de cuſtodibus priuatis, & domeſticis. Sequitur enim *text.* Ait enim poſſe eum horreis effractis quæſtionem habere de ſerui cuſtodibus.

Non ideo tamen recedamus à dicto Cagnoli, nullo prohibente iure, nullaue ſuadente ratione. Quid ſi experiar ego Cagnoli dictum iure probari? Atq, iterum pondero *text. in dicta l. nam ſalutem, §. ait enim, ff. de offic. præfect. vig.* Ait enim Diuus Antoninus poſſe cum horreis effractis quæſtionem habere de ſeruis cuſtodibus, licet in ipſis Imperatoris portio eſſet. Pondero virtutem dictio-
4 nis, † Licet, quæ cum idem importet, quod Etiamſi, im-
5 plicat profecto caſum † dubitatiorem, vt tradit *Nauarr. in comment. de vſur. gloſſ. 11. num. 97. Vulpellus in tract. de præpoſit.*

[illegible] & [illegible] in Verbo. Etiã, paulo ante nu. 2. Verſ. Et quod [illegible]. Quamuis dubium videatur ad quid [illegible] referantur verba illa, licet in illis ipſius Imp. portio [illegible], an ad horrea effracta, an vero ad ſeruos cuſtodes, de quibus quæſtio habẽda eſt, quia tamẽ debet referri ad caſum magis dubitabilẽ, vt diximus, non referetur profectò ad horrea effracta, quia ſi horea effracta fuiſſent Imper. minus dubitabile erat, pro iis effractis torqueri poſſe cuſtodes, ſi pro priuatis effractis horreis quæſtionibus ſubiici poterant. Referuntur ergo ad ſeruos, ita vt hic ſit ſenſus, pro horreis effractis quæſtionem habendam a Præfecto vigilum de ſeruis cuſtodibus, licet in ipſis ſeruis Imperatoris portio eſſet. Niſi inſtares adhuc portionem illam in cuſtodibus adeſſe iure potius priuati, quam ex Imperatoris maieſtate, & publico munere.

Retenta igitur deciſione Cagnoli, de qua etiam *Farinac. de indic. in d. quæſt. 37. num. 157. Verſic. Et idem video quempiam mirari*, quod *in cap. de Campario*, dixerimus nos † campariũ non teneri de nocturno damno, hic 6
vero contrarium audemus dicentes cum Cagnolo, quod cuſtos ciuitatis teneatur de nocturnis furtis, ſed † deſinet, 7
ſi oculis ſubiiciat in agris ampliorem pro damno dando campum, laxiores ad aufugiendum habenas; in vrbe vero intra certi terminatur cancellis, ſtrictioribus concluditur terminis.

Bene præterea ſubiungit Cagnolus, dummodo ciues [illegible] oſtia clauſa, & diligentiam debitam rebus ſuis adhibeant, quod & voluit *Capoll conſil. crimin. 18. Statutum eſt [illegible], num. 22. Verſic. Quod ſi illi*, quia ſi † oſtium 8
quis de media nocte apertum dimiſerit, is in lata culpa eſſe [illegible], *Bald. in l. ſolam, num 13 Verſic. Item ſi Volo, C de [illegible], [illegible] in § ſed [illegible] num. 11. Verſic. Quarto, ſi diligentiam, [illegible] num. 47. Verſic. Et tunc culpa dicitur, Inſtitut. de [illegible] Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt. [illegible] diſputatio, num. 38. Verſic. Idem eſt, quando, & num. 39 Verſic. Ita quoque, Curt. iun conſil. 256. num. 12. [illegible] in l. cum [illegible], § damna, in fin. pro ſocio, Grat. conſil. 94. [illegible] ſpecie, num. 40. Verſ. Tertio facit, lib. 2.*

Aliud

SVMMARIA.

1 *Custos animalium non tenetur de incurſu latronum, ſi non adſit culpa custodis.*

2 *Custos animalium ſi deficiat grex præſumitur in culpa ratione priuati officii.*

Et culpa præſumitur, donec contrarium probetur, numero 3.

Sed gloſſ. & alii, volunt culpam non præſumi, donec contrarium probetur, num. 4.

Quod peius eſt, ſi etiam alias dicantur ſubtracta animalia, num. 5.

6 *Custos animalium relinquens bouem alienum in paſcuo nocturno tempore eſt in culpa.*

Niſi tamen ſi habeat communis conſuetudo nu. 7.

8 *Custos animalium, alienum bouem nocturno tempore in paſcuo dimittens, eſt in culpa etiamſi eiuſmodi adeſſet conſuetudo, vbi tamen noua ſuperuenit cauſſa.*

9 *Custos animalium, an teneatur de animalibus nocturno tempore combuſtis.*

CVSTODEM non teneri ad reſtitutionem anima-
lium, nec ad eorundem pretium domino perſoluen-
dum, ſi animalia † latronibus ſubrepta ſint ſine culpa 1
custodis, tradit *Bald. in l. ſi quis fundum, §. ſi colonus, num. 1.*
verſic. Nunc veniamus, ff. locati, text. in eadem l. ſi quis do-
mum, §. Imperator Antoninus, ff. eod. faciunt dicta *Bart. in*
l. quod ad præſumptionem, in princ. C. de mun. regulis, lib. 11. text. in l.
ſi gratuitam. §. ſi cum mihi veſtimenta, ff. de præſcript. verbor.
Et omnia iura *inferius* allegranda.

Tota eſt difficultas, an præſumatur in dubio custodis
culpa, an vis maior hoſtium, latronum incurſus, luporum
rabies, aliuſue quiſquam fortuitus caſus: & *Bald. in dicta*
l. ſi quis fundum, §. ſi colonus, num. 1. ff. locati, dixit, & bene,
quod culpa præſumitur ratione † priuati officii, donec 2
caſus probetur, quod & voluit *Maſcard. de probat. concluſ.*
470. Custos, qui ratione, in princ. Bald. in l. cum ita legatur.
§. ſtacus nominatim ff. de leg. 2. Iaſ. in l. ſi paciſcendo, num. 3.
C. de

C.de pact.Purpurat.in l.quod te,num.5.ff.ſi cert.pet. Alexand. conſil.157.In cauſſa, & lite,num.2. Verſic.Ex alio capite,Vol. 2. Alber. 2.part.ſtatut. quæſt.158.in fin. Felin.in cap.accepimus,in fin.de fide inſtrumentorum,Iaſ.in l.ſi ſocius,in princ. ff.ſi cert.pet.Corn.conſil.28.In hac conſultatione,num.3.Verſic.Prædictis tamen,Vol.3. late iterum *Maſcardus de probat. concluſ.264.Caprarium debere,per tot.vitat Bald.ad hoc tex. in l.ſi quis ex argentariis, §.fin.ff.de eden.* vbi argentario non fit editio rationum ſuarum, niſi probet, quod rationes,quæ apud ipſum remanſerunt,caſu fortuito perdiderit. Sed certe *ille text.* non probat, maxime enim intereſt inter animalia,quæ etiam coram cuſtode vagantur, hinc illud tranſineant, tollutim inde rurſus effugiunt alio; rationes vero,& alia,quæ non mouentur,cuſtodiuntur domi, nec ſine hominis facto amouentur, atque ita euitari poteſt etiam difficultas *text. in l. cum ita legatur*, in meo eſt *l.omnia, §.ſpecies nominatim, ff.de leg.2. gloſſ. in §.fin. in Verbo,Dictum eſt,ibi,Item per interitum ſpeciei,ff.quib.mod. tollen.obligat.text.in l.ſi ex legatis, ff.de Verborum obligat.in l.ſi creditor, C.de pignor.act.gloſſ.in l.publicati, C.de teſtament.in Verbo,Qui probatur.*

Eſt ergo *text.* clarus *in l.ſi quis domum, §.Imperator Antoninus, ff.locati.* Imperator Antoninus cum patre ſuo, cum grex eſſet abactus,quem quis conduxerat, ita reſcri-
3 pſit: Si capras latrones † citra tuam fraudem abegiſſe probari poteſt, iudicio locati caſum præſtare non cogeris. Nec poſſum ſuſtinere *gloſſ. ibi in Verbo, Probari poteſt, & gloſſ.in l.ſi creditor, in Verbo, Se perdidiſſe, C. de pignor.*
4 *actione*, dum dicunt ſatis probari † abeſſe culpam,ſi non probetur adfuiſſe culpa, illud eſt enim profecto omni violentia literam violare, atque album pro nigro dicere & interpretari.

Sed quæſo demus bene dicere gloſſas has, quæ adhuc
5 melius loquerētur,ſi ſua † pluribus animalia à latronibus ſubtracta fuiſſent, quia ſatis alterius caſum fortuitum comprobarent, vt tradit *Bartolus in l. quod ad præſens, in princip. Verſic. Iuxta hanc legem quæro, C. de muriſlegulis.*

[illegible] tamen reſpectu nocturni temporis omnis cu-
[illegible] qui enim † nocturno tempore 6
[illegible] in paſcuis reliquit, ſi illum, aut fures eri-
[illegible] aut dilacerent lupi, ipſe tenetur cuſtos, niſi forte
[illegible] † quoque communiter, boniſque dominus potiſ- 7
[illegible] propter animalia in paſcuis nocturno etiam tem-
pore [illegible] conſueuerint, *gloſſ. in l. ſi negotia, in Verbo,*
[illegible] *ff. de neg. geſt. ubi Bart. num. 1. Verſic. Vltimo gloſſ.*
[illegible] *num. 12. Verſic. Quid ſi*
[illegible] *Bald. in l. nemo deinceps. num. 7. Ver-*
[illegible] *C. de epiſcop. audient.* quos ita intelli-
[illegible] *in Verbo, Famulus, num. 2. Corn.* & ipſe lo-
[illegible] de nocturno tempore *in conſil. 28. num. 2. Verſic. Et*
[illegible] *num. 8. Verſic. Iſta autem culpa,*
[illegible] *Verſic. Praeterea hanc quaeſtionem, Vol. 3.*
[illegible] tamen ex noua ſuperueniente cauſa, noua etiam
[illegible] adhibenda cuſtodia, quid ſi † praeter morem, aut in- 8
[illegible] latrones, inſaeuientéſque lupi naſce-
[illegible] teneretur enim de mala cuſtodia, qui aliorum a-
[illegible] eo tempore in paſcuis dimitteret, etiam ſi al ter
[illegible] conſuetudo habuiſſet, *Bald. in l. nemo deinceps, in*
[illegible] *Verum, C. de epiſc. aud.*
[illegible] de cuſtode animalium in ordine ad nocturnum
[illegible] obſeruare eſt ex *Corneo conſil. 242. Conſulens Do-*
[illegible] *per totum. vol. 1.* vbi conſuluit cuſtodem animalium
[illegible] erga Dominum de animalibus nocturno
[illegible] † combuſtis; Sed, quia illud eſt potius ex acci- 9
[illegible] campanarum, quam ex natura actus, ideo
[illegible], ſed *Corneum* vide.

CAPVT LXXX.

De Cuſtodia quantitatis, vel ſpeciei.

ARGVMENTVM.

[illegible] quantitatis, dum ob iuris praeſum-

ptionem pro furto nocturno quæſtio-
nibus ſubiici poteſt, atque in ea re ali-
quid obſeruauit Caſonius, & alii, can-
dem obſeruationem temperat Au-
thor.

SVMMARIA.

1 *Cuſtos torqueri poteſt, ſi furtum ſit commiſſum.*
Etiam ſi nulla præcedant indicia, num. 2.
3 *Cuſtos rei pro furto ſubtractæ poteſt torqueri ex ſola iuris præſumptione.*
4 *Cuſtos probatæ famæ, vxor, & cæteri, an poſſit torqueri.*
5 *Cuſtos reſpectu furti torquetur, ſi veriſimiliter nouit furem, ex Caſonio, & aliis.*
Diſtinguit Author, num. 6.

CVSTOS etiam pecuniæ vel alterius cuiuſpiam rei,
1 ſi res, vel pecunia nocturno tempore † ſubtrahatur,
poterit ipſe cuſtos torqueri ad furem indicandum, *Bart.*
in l. 1 in princ. num. 2. verſic. Item not. i, quando de nocte, ff. de
offic. præfect. vig. Maſcard. de probat. concluſ. 829. Agentem ad
rem, nu. 11. verſic. Sique contingerit, Grat. conſil. 94. Viſis facti
ſpecie, num. 29. verſic. Circa ſecundum, & conſil. 95. nu. 1. vol.
2. Caſtrenſ. in l. eum, qui rem, §. ſi ter, nu. 5. ff. commod. Fran-
ciſcus Marcus deciſ. 764. Quæritur, quia, num. 4. verſic. Et
per hoc facit, part. 2. Idem deciſ. 765. Quæritur, ſi iſti ſyndici,
num. 3. eadem part. 2. Paris de Put. in tract. de ſyndic. in ver-
bo, Tortura, el 2 cap. 3. Licet alias, num 1 Franciſc. Viuius de-
ciſ. 247. Confeſſio ac aſſertio, num. 5 verſic. In tantum, lib. 2.
Cæpol. conſil. crimin. 18. Statutum eſt Vincentiæ, nu. 24. ver-
2 *ſic. Quod quando nocte,* etiamſi † nulla præcedant indicia,
quia eſt præſumptio contra cuſtodem, *Cæpol. loco cit.* poſt
Ang. Aretin. ibi allegat, *in tract. de maleſic. in gloſſ. in verbo,*
3 *Veſtem cæleſt. in 7. col. in prin.* ſufficit enim † iuris præſum-
ptio ad cuſtodem torquendum reſpectu commiſſi furti,
ita

[illegible] plures, quos [illegible] piget, & pudet referre, *Farinac. de indiciis & tortura, quaeſt. 57. num. 150. Verſic. Limita tertio,* [illegible] *conſil. 29.* [illegible]*, num. 4 Verſic.* [illegible] *ad Matthaeſ. ſing. 55. Nota quod quotieſcunque, Verſic. Limitantur etiam praedicta.* Quod [illegible] etiam in iis cuſtodibus, qui † ſunt pro- 4
[illegible], in uxore, in concubina, vide quae ſcripſimus [illegible] *in fine.*

Haec autem vera intelligit *Farinac. in tit. de indiciis, & tortura, quaeſt. 57. num. 156. Verſic. Limita tertio, ad fin.* poſt [illegible] *ad Matthaeſ. ſing. 55. Nota quod quotieſcunque, Verſic. Limitantur etiam praedicta.* *Caſtr.* [illegible] *tract. de indiciis,* [illegible] *num. 2. 829. num. 11.* [illegible] *num. 12.* [illegible] *praefectus, ff. de offic. praef.* [illegible] dummodo cuſtos † veriſimiliter potuerit habe- 5
re [illegible] de fure, aliter ſecus. Quod verum † ego intel- 6
ligo, ſi ſit furtum cum fractura, ſecus ſi ſine oſtii fractura, quia [illegible] cuſtos torqueri poteſt tanquam ipſe ſuſpectus de furto, per ea, quae in his terminis ſcribit *Bart.* [illegible] *num. 160. Duplex oritur, num. 11 Verſic. Secundo dubium* [illegible]*, lib. 1. Angel. in l. 1. C. de cuſt.* [illegible] *Caſtr. in l.* [illegible] *in fin. princ. ff. eod.*

CAPVT LXXXI.

De Nauta, Caupone, Stabulario.

ARGVMENTVM.

Nautas, Caupones, Stabularios, eorumque familiares, de nocturno furto quaeſtionibus ſubiiciendos indiſtincte, adverſus plures. An iidem omnes excipere teneantur, etiam occiſores, Ripae dictum declaratum. Quid, ſi noctu

perueniant peregrini. Quid, ſi eodem nocturno tempore ceciderit aliquid, deiectumue fuerit de naui. Nautis tandem pernoctantibus indictæ leges à Rhodiis.

SVMMARIA.

1 *Valiſia nauta, cauponi vel ſtabulario conſignatu, ſi deperdatur, nautam, &c. obligat.*
Etiam ſi res ſingulæ non fuerint conſignatæ, ibid.
Seruatu ſeruandus, num. 2.
3 *Caupo, &*
Nautæ, vbi conuenitur ex proprio delicto, datur iuramentum hoſpiti reſpectu amiſſorum.
Si vero ex delicto familiæ probandum erit valeſia, numero 4.
5 *Familiares torqueri poſſunt pro furto facto in caupona.*
Maxime ſi furtum ſit factum peregrino nocturno tempore, num. 6.
7 *Familiares potius, quam alii præſumuntur furtum commiſiſſe.*
Præcipue nocturno tempore, & quare, num. 8.
Illudq; ſine aliis indiciis, num. 9.
Siue ſint familiares probi ſiue improbi, ſaltem, vbi agitur de furto nocturno, num. 10.
11 *Familiares probi non torquentur reſpectu furti.*
Etiam ſi ſint familiares hoſpitis, num. 12.
Contrarium ſentit Author, ſaltem nocturnò tempore, num. 13.
14 *Familiares indiſtincte torqueri poſſunt, vbi nulla reperitur oſtii fractura.*
15 *Familiares hoſpitis, quando pro furto nocturno torqueantur, diſtinctio Farinacii.*
16 *Familiares cauponis ſunt iuris præſumptione improbi, & rapaces.*

17 *Cau-*

23 *[illegible] olim [illegible], & per diuerſum locus.*

24 *Mulier in caupona manifeſtans præſumebatur olim meretrix.*

25 *Cauponam frequentare erat olim turpe, & infame.*
Viatores excipit Author, num. 22.

26 *Nauta [illegible] nauigatione contempta, ſentit ipſe omne naufragii damnum.*
Niſi iuſta ſubſit cauſſa, ſcilicet reficienda nauis, &c. numero 22.
Vel nocturno tempore aliqui cum lumine expiſcentur, num. 23.

27 *Caupo etiam inuitus hoſpitem recipere tenetur.*
Mercede tamen interueniente, num. 21.

28 *Nauta etiam inuitus tenetur nauigaturos recipere.*

29 *Caupo, &*
Nauta tenentur ex natura officii etiam occiſores excipere in Repa.
Declarat Author, num. 28.

30 *Caupo non tenetur hoſpites excipere nocturno tempore.*
Niſi ſit nox tempeſtiua, num. 30.

31 *Statutum Papiæ, ne oſtium cauponæ nocturno tempore ad certum tempus claudatur.*

32 *Caupo tenetur hoſpites excipere tota nocte, ſi ad cauponas cum officialibus accedunt.*

33 *Statutum Papiæ, ut nocturno tempore tabernarii oſtium officialibus adaperiant.*

34 *Nauta non tenetur de iis, quæ vel ceciderint, vel de naui nocturno tempore fuerint detecta.*

35 *Nautis nocturnæ leges a Rhodiis indictæ.*

NAVTAE, cauponi, ſtabulario, fardellum, valiſia, [illegible], faſciculi quæpiam conſignata, ſi ea deperdantur, an teneantur nauta, caupo, ſtabularius reſpectiue, res non habet difficultatem, quod liceat non † ſi- 1
gillatim res in valiſia poſitæ, fuerint hoſpiti conſignatæ, ſi tamen ipſa valiſia obſignata depoſita fuerit apud hoſpitem, ut † obſeruatur, quæ recenſentur apud [illegible] 2
[illegible]

inferius allegandos, tenebitur omnino hoſpes caupo, erga hoſpitem peregrinum, ita *Bart. in l. Vnica, §. ſerui, num. 5. Verſic. Secundo quæro, ff. furti aduerſ. naut. Port. in §. præterea, num. 14. Verſic. Nobilis intrat hoſpitium, Inſtitut. quibus mod. re contrah. oblig. D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſu 208. Diximus ſuperiore caſu, per totum,* & de * communi, *nu. 38. Verſic. Declaratur ſecundo,* de quo vide etiam late *Bertaz. conſil. crim. 78. In cauſſa Chriſtophori, & conſil. 160. Duplex oritur, Vol. 1. eundem conſil. 377. Satis probata, part. 2.* & ita * iudicatum fuiſſe teſtatur *Claud. Bertaz. ad conſil. 160. in Verbo, Omittendo multa,* adde *Ancharan. Iun. quæſt. 61. per totum, lib. 1. Riminal. Iun. conſil. 391. Clar. in §. furtum, Verſ. Pro complemento, D. Præſ. Ludouic. Morot. conſil. 73. In ſtabulo Iacobini, per totum, Bonifac. de Vitell. ſub rubr. de furt. aduerſ. naut. per totam, Angel. in l. in eos, qui, §. serui vero, num. 2 ff. furti aduerſ. naut. Petr. Greg. Tholoſſ. in ſyntag. iur. Vniuerſ. lib. 29. cap. 9. Iuſtinianus, num. 9 Verſic. In forma exercitoriæ, Ioan. de Anan. conſil. 2. Circa primum, an hoſpes, num. 1. & conſil. 71. Viſis, & diligenter, num. 3. Verſic. Sunt enim certæ perſonæ, D. Præſ. Menoch. de præſump. 27. Magna adeo, num. 20. Verſic. Et ex prædictis, Roman. conſil. 7. Viſis, num. 7. Verſic. Quarto argumento.*

Difficultas eſt, an ſtetur iuramento damnum paſſi reſpectu quantitatis, & equidem, ſi conſtaret ipſum cauponem, nautam, &c. id feciſſe, quia conuenirentur ex proprio
3 delicto, eſſet locus † iuramento in litem, prout ita intelligo *Bertaz. conſil. crim. 377. Satis probata, num. 4. Verſic. Poſtremo, tanto magis, eundem conſil. 160. Duplex oritur, nu. 11. Verſic. Et ſtante dolo, part. 1.* maxime ſi hoſpes hoſpitatus fuiſſet bonæ famæ, & hoſpes hoſpitans malæ conditionis, *Farinac. in tit. de indiciis, & tort. quæſt 37. num. 160. Verſic. Sublimita hanc tertiam.* Secus ſi ſimus in dubio, quis damnum intulerit, furtumue fecerit, an caupo, an illius
4 familia, quoniam vbi conuenitur ex facto † familiæ, atque ideo ex facto alieno, & non ex proprio maleficio, ſed ex quaſi maleficio, probari recte debet, quid ſit in valiſia, non autem per iuramentum peregrini, *l. 1. §. ſi ciſta ff. depoſiti, & ibi not.* vt etiam animaduertit in propoſito *Bart. in l.*

[illegible] *ſoras,num.* [illegible] *Verſic. Nam dicta lex.ff. de furt. ad-* [illegible] *&c.* Et alii doctores *ſuperius* allegati, ita et-iam [illegible] *Verſic. Non omit-* [illegible] *l.1. ff. de incend.* [illegible] [illegible] *in l.* [illegible] *furtim* [illegible] & hoc eſſe * re- *
gulare [illegible] *conſil.* [illegible] *num. 3. Verſic.* [illegible] *vol.1. Hippol. Marſil. ſingul.338.* [illegible] *Dec. conſil.* [illegible] *in cauſa accuſationis, num. 3. Verſic.* [illegible], de * communi idem *Dec. conſil.410.* [illegible] *num. 13. Verſic. Quarto principaliter,* [illegible] *num. 5. Verſic. Non obſtat* [illegible] plures alios allegat [illegible] *in l.* [illegible]

Quo caſu animaduertit, & *Bart. & Paris de Put. loco* [illegible] datum eſſe conſilium a lege, iudicem nempe ha-bere poteſtatem quæſtionibus ſubiiciendi † familiares 5
domus, & id quidem ſummarium per *text. in l. quæſtio & in* [illegible] *C. de* [illegible] & ita dicit ſe de facto * obſer- *
uaſſe, cum illi [illegible] occurriſſet de facto, quod voluit [illegible] *Quod fama publica, num. 12. Verſic.* [illegible] *in cap.* [illegible]

Quæ omnia maxime procedunt, vbi furtum noctur-num fit tempore, tunc enim potiſſimum poſſunt torqueri [illegible] * familiares, [illegible] *in l.1.* [illegible] *num. 2. Verſic. Item* 6
[illegible] *ff. de offic. præfect. vigil.* dum ſe remittit ad tradita per ſeipſum *in* [illegible] *ff. furti aduerſus nautas &c.* Duplex enim inſurgit aduerſus familiares in-[illegible] præſumptio, illa priori loco, quod furtum præſumitur potius commiſſum a † familiaribus quam ab extraneis, 7
[illegible] *de qua Paris de Put. de ſyn-dic.* [illegible] *cap. 3. Licet alias num. 3.* Am-plius, quia † nocturno tempore non patent adeo ædes 8
egredientibus, & ingredientibus, ideo facilius cuſtodes [illegible] ſubiiciantur, illiſque ſine † aliis indiciis, [illegible] 9
[illegible] *furti aduerſus nautas, num. 3.* [illegible] *num. 3.* [illegible] non ſolum * communem [illegible] *
[illegible] *Verſic. Et idem* [illegible] ſed etiam * veriſſimam profeſſus eſt opinionem. *

Neque ego hoc caſu, nocturno ſaltem tempore illud
10 admitterem † temperamentum, vt id intelligatur, ſi familiares cauponis ſint malæ famæ, de quo in terminis
11 † generalibus familiaritatis *Put. loco cit. nu. 2. Verſic. Quod eſt verum, per Bald. in l. 1. in princ. & fin. C. locati, & Bart.*
12 *in l. fin. ff. de quæſt.* & in his terminis familiarium † hoſpitis ſcribit *Auguſtin. Arimin. ad Angel. de malefic. in verbo, Quod fama publica, num. 107. Verſic. Ego autem, Maſcard. de probat. concluſ. 1230. Præſumptio vna, num. 3. Verſic. Quod licet.*

13 Quoniam noſtro caſu ſumus in † vilibus cauponum familiaribus, qui facilius torturæ ſubiiciuntur, *Puteus loco cit. in fin. principii,* maxime, vbi nulla reperitur oſtii fra-
14 ctura, † tunc enim aliqua domeſticorũ arte factum fuiſſe furtum, dominumque domus in dolo præſumi voluit *Angel. in l. 1. C. locati, Caſtrenſ. in l. dominus horreorum, in fin. princ. ff. eod. Bart. Bertaz. conſil. 160. Duplex oritur, num. 11. Verſic. Secundo dubium etiam, lib. 1.* vbi plura ad materiam, & dicuntur, & addicuntur, prout etiam *in conſil. 68. in cauſſa Chriſtophori, eod. lib. 1.*

Atque hoc vltimo caſu, quando ſcilicet nulla reperitur oſtii fractura, nec etiam acciperem ego diſtinctionem *Farinac. de indiciis, & tortura, quæſt. 37. num.* 160. *Verſic.*
15 *Sublimita hanc tertiam*, dum † diſtinguit, quod, aut certum eſt hoſpitem, & familiares eſſe probos, nec ſine aliis indiciis poteſt ad torturam ob rem ſublatam deueniri aut ſumus in dubio, & tunc procedit opinio illa, quod tanquam viles perſonæ tabernarii, eorumque familiares,
16 homineſque ex iuris præſumptione † rapaces, improbatæ vitæ, conditionis & famæ, abſque aliis indiciis poſſint torqueri, dico enim quod etiamſi ſint probatæ vitæ, ſi tamẽ nulla reperitur oſtii fractura nocturno tempore, torqueri poſſunt indiſtincte familiares per ſupradicta. Sed quod dixit *Farin.* quod in dubio viles, & praui præſumuntur tabernarii, atq; eorum familiares, id optimo iure dixit, poſt-
17 eaquam fuit olim † caupona aleatorum locus & perditorũ, *Tholoſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. par. 3. lib. 39. c. 7. Otti, n. 5. Verſ. Cauponæ quoq; pro proſtibulis habitæ, ibid. n. 8. Verſ. Vt non*

[illegible] mulier † meretrix præſumeretur, *Idem* 18
[illegible] *Verſ. Quarto,ea*, &
[illegible] qua de re antiquis in
[illegible] bibere erat † infame, non ſolum tur- 19
[illegible] probibitus fuit in
[illegible] teſtatur *Tholo. ſyntag.*
[illegible] quod verum non ar-
[illegible] 20

[illegible] *Viſis proceſſu,&*
[illegible] *decif.* 178 *in primo, num.*32.
[illegible] *num.* 5. & *alij*, de qui-
[illegible] *de Nautis par.* 3 *num.*6.*Verſ.*
[illegible] ſcilicet, ſi † recta nauigatione con- 21
[illegible] nauta, quicquid inde ſibi
[illegible] id totum propriæ adſcribetur
[illegible] iuſta ſubſit † cauſa, neceſſitas ſcilicet refici- 22
[illegible] ventorum, ac tempeſtatum vis, & impetus,
[illegible] vectigal illicitum, vel etiam, quod ad
rem noſtram attinet, ſi nocturno tempore † expiſcentur 23
[illegible] nautæ ſe
[illegible] in ſco-
[illegible] nautis in culpam im-
[illegible] *Verſ. Niſi iuſta.* & *nu.*34.
[illegible]

[illegible] quoque obſeruandum eſt, 24
[illegible] hoſpitem aduenientem excipere
[illegible] intercedentic. *D. Præſ. Menoc.* 25
[illegible] *num.* 5. *Verſ. Sed tamen iſtic,*
[illegible] *num.* 3. *Verſ. Non enim*
[illegible]
[illegible] *num.*124. *Verſ.* [illegible]
[illegible] *Decis.*
[illegible] *de reg.*
[illegible] *Pro*
[illegible] *Et Bartolus* [illegible]
[illegible] *Idem*
[illegible]
[illegible] † nautæ, qui cogitur recipere viatores, ſcripſit 26

Tholoſ. in ſyntag. par. 3. lib. 19. cap. 9. Iuſtinianus, nu. 13 Verſ.
Vbi etiam nauta, etiam ſi occiſores ſint, tenetur eos ex na-
27 tura † officii hoſpitari caupo, aut nauta, *Ripa. in titu. de*
requir. reis, reſponſ. 2. eſt in longo ordine reſponſ. 162. Quin-
am ſententia nu. 9. Verſ. Quia ex natura officij, quod tamen
28 intellige, cum † grano ſalis, quod aiunt, vt non id ſit, quia
teneatur recipere occiſores caupo, ſed quia, ſi recipiat oc-
ciſores, non tenebitur ex aliqua mandati aut participa-
tionis coniectura in dubio, quia potius illos cenſebitur
hoſpes hoſpitatus ex officio cauponæ, quam ex ſceleris
participatione.

29 Non tamen tenebitur caupo nocturno † tempore per-
egrinos excipere, vt obſeruabimus *in cap. de Allegationi-*
30 *bus*, niſi forte ſit Nox † tempeſtiua, quę ex ciuitatum mo-
re ad ſonum ſquillæ perſeuerat, eo enim caſu, quia tardi-
us perueniant hoſpites, non ideo reiiciendi erunt, quini-
31 mo omnino excipiendi, & eſt laudabile † *ſtatutum* Papiæ
in *criminalibus*, *ſub Rubr. 41. ne Vſq; ad campanæ ſignum*
tabernarum oſtia claudantur.

Erit tamen, meo iudicio, non negligenda cautela, ſi
cum officiali ad tabernam hoſpes accedat, tūc enim quia
32 ceſſat ſuſpicio futuræ iniuriæ, erit † hoſpiti aperiendum
quacunq; noctis hora. Et Papiæ eſt ſtatutum *in crim. ſub*
rubr. 42. vt ad tertiam vocē officialis, tabernarum oſtium
33 adaperiant, ſua *ibi* certa indicta pœna.

Iterum *Boniſ. de Vitell in rub. Si quid ſit deiectum de do-*
mo alterius, nu. 88. Verſ. Et idem dico ſcripſit, quod, ſi diur-
no tempore, quid de naui, vel ceciderit, vel deiectum fue-
34 rit, quod prępoſitus nauis teneatur, ſecus ſi de † nocte hęc
contingerint, per *iura ibi allegat.*

35 Tandem de † Nauta in ordine ad nocturnum tempus,
ex legibus Rhodiis fragmentum eiuſmodi obſeruat *Tho-*
loſ. ſyntag. iuris Vniuerſi, par. 3 lib. 29. cap. 11. Tria ſunt gene-
ra, num. 3. Verſ. Alia. Si quo nautorum, aut nauclero extra
nauim dormiente nauigii iactura noctu, aut interdiu ac-
ciderit, omne damnū nautæ, atq; nauclerus extra nauim
dormientes præſtanto. Qui vero in nauigio manſerint,
indemnes ſunto. Qui autem negligentes, aut oſcitantes
inuenti

nautæ fuerint, omne, quod per negligentiam illorum damnum illatum eſt, magiſtro nauis pendunto. Et *paulo ſuperius num. 4.* Si nauicularius in locum furtis obnoxium, quod ſæpe nocturno tempore contingit, aut latronibus infeſtum applicuerit, niſi loci vitium denunciauerit, furto facto, tenebitur ſubſtringitur.

CAPVT LXXXII.

De Carceribus, & eorum fractura.

ARGVMENTVM.

Carcerum effractoris, nocturnarum ſæpius præſidio tenebrarum, ſupplicia remiſſiue.

SVMMARIA.

1 *Carceres effringentes, qua puniantur pœna.*
2 *Franciſci Franq. cum Proſpero Farinacio pugna.*

VErum iſtis excitanimus, perque varias vagati ſumus cuſtodias. Reuocamur aliquando vel inuiti ad carceres denuo, in quibus, dum, vel mortis, alteriusue ſupplicij formidine, vitæ timentes, vel certe ex loci ipſius tædio, dum ex ipſis carceribus egredi conantur, ipſos, aliter ſeruantes, ſæpius ſub nocturni temporis tutela oſtendimus carcerum muros effringimus, ſternimus. Huius rei licet magnum ſit negocium apud omnes interpretes, nullus eſt tamen, qui rem ipſam, aut profundius, aut prolixius, aut elegantius declaret *Proſpero Farin.* Videſ eum 1 *in tra. de Carceribus, & Carceratis,* per plures quæſtiones, præſertim *in quæſt. 27. Carcerem eſſe malum ... num. 12. verſ. Amplia 2. quæſtio. 30. Carcerum effractoris, per totam.* Decreueram ego, honoris gratia, nullum præterea alium recenſere, ſed mihi perſuadeo illum,

illium exiſtimationem non imminutam, ſed potius au-ctam iri, ſi adiecero Farinacii ipſius memorem Franciſ-cum Viuium, *deciſ.519. Prætendit in præſentiarum, num 17. Verſi. Et licet idem Proſper Farinacius, lib 3.* Quanquam eo
2 loco Viuius re vera nimium † ſeuere cum Farinacio agit. Nos vero alacriores ad materiam Relaxationis tandem accedamus.

CAPVT LXXXIII.

De Relaxatione.

ARGVMENTVM.

Vbi de ſola agitur mulcta, an carceri mancipatus ſit fideiuſſori relaxandus. Quid nocturnis horis. Nouatio inibi quando præſumatur ad fideiuſſoris abſolutionem.

SVMMARIA

1 *Relaxandus eſt ſub fideiuſſore, cui ſola imminet pœna pecuniaria.*

Etiam ſi adſit ſola verisimilitudo imponendæ pœnæ pecuniaria, num 2.

3 *Relaxandus non eſt ſub fideiuſſore, qui confeſſus eſt crimen, etiam ſi veniat pro ea ſola pœna pecuniaria imponenda.*

Vel alias de carcere aufugerit &c. num. 4.

Quanquam hodie hæc omnia ſunt ad libitum iudicantium, nu. 5.

6 *Relaxandus non eſt ſub fideiuſſore, cui imminet pœna corporalis.*

7 *Fideiuſſor non poteſt ſe obligare ad pœnam corporalem.*

8 *Relaxandus is non eſt ſub fideiuſſore, cui pœna corporalis in defectum pecuniaria impendeat.*

9 *Rela-*

9 Relaxandus vbi quis eſt ſub fideiuſſore, poteſt fideiuſſio præſtari nocturno tempore, & relaxandus erit reus.

Secus tamen ſi periculum ſit in mora, nu. 10.

11 Fideiuſſor quando cenſeatur liberatus per nouationem.

12 Relaxandus ſi quis eſt ſub fideiuſſoribus, duplex eſt ad id formula.

13 Nouatio illud tantum innouando tollit, quod incompatibile eſt.

14 Nouatio ea non tollit, quæ compatibilia ſunt.

15 Fideiuſſor non cenſetur liberatus, vbi per mutationem aliquam in reo principali non deterioratur fideiuſſoris conditio.

16 Prorogatio temporis non liberat fideiuſſorem.

17 Licentia ſimplex de recedẽdo quomodo differat à licẽtia de recedendo ad tempus.

18 Relaxatus ſub fideiuſſione de non recedendo, ſi illius conditio authore iudice mutetur, quando ea re cenſeatur fideiuſſor liberatus.

Noua Authoris conſideratio, nu. 19.

20 Nouatio non oritur ex actu nullo.

21 Captus cum armis de nocte, ſi fideiubeat, eſt ſtatim relaxandus.

Contrarium ſuadetur, num. 22.

Diſtinguit Author, num. 23.

CArceratum, cui immineat pœna pecuniaria ſimpliciter, licet † relaxandum dixerit *Ioan. de Anania in* 1
cap. Prælatorum, de accuſat. quem refert, & ſequitur *Felin.*
ibid. num. 10. Verſ. Item tangit hic, etiamſi ſola adſit † veri- 2
ſimilitudo imponendæ pœnæ pecuniariæ, *Bernaz. conſil.*
crim. 17. [illegible]
[illegible]
[illegible] *de Carcerat. fideiuſſ. committenda, nu.* [illegible]
[illegible] *Menoch. de arbitr. iud. lib. 2.* [illegible]
de * communi poſt ſexcentos ab allegat. *Farin. de carcera-* 4
tis, & carceratis, quæſt. 33. Regula prima, in princip. modo

iam

3 iam † non fuerit confeſſus crimen, pro quo venit pœna
pecuniaria imponenda, quoniam tunc non eſt fideiuſſo-
ribus dimittendus, ſed confeſtim condemnandus, & reti-
nendus, *Bald. in l 2. num 3. Verſ. Aut venit imponenda pœ-
na pecuniaria C. de exhiben. reis*, per *textum in l ſi confeſſum
ff. de cuſtod. reorum*, & *text. in l. ſi quis in eo. ff. de cuſtod. &*
4 *exhibit. reorum*, vel alias de † carcere aufugerit, vel a prin-
cipio recuſauerit fideiubere, vel in fraganti cum armis
fuerit repertus, *Baſon. in titu. de Captura, & Carcere cap.
9. Regulariter, numer. 11. Verſi. Primo, quando.* Quanquam
idem Caſon. ibidem in fin. dicit hodie prædicta omnia eſſe
5 ad † libitum iudicantium. Vbi tamen carcerato immi-
6 neat pœna † corporalis, accuſatus, vel inquiſitus oblatis
fideiuſſoribus relaxandus non eſt, *Felin. loco citat. gloſſ. in
7 cap. cum homo 23. quæſtio. 5.* quoniam † fideiuſſor non po-
teſt ſe obligare ad pœnam corporalem, idem voluit *Bar-
tol. in l 1. num. 3. Verſi. Sed quid ſi vult dare ff. de cuſto. & ex-
hibit. reorum, Bald. in l. 2. num. 3. Verſi. Aut eſt pœna corpo-
ralis C. de exhib. reis*, & de * communi teſtatur *D. mem.
Praſ. Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. caſu 393. Quod ſuperiori-
bus, num. 15. Verſi. Secundus eſt caſus, licet ipſe num. 21. poſt
Suarez. Hiſpanum* imo iudicis arbitrio fideiuſſori rela-
xandum hunc carceratum ſuſtineat. Sed nec fideiuſſori
8 relaxari poteſt carceratus, cui pœna corporalis in † defe-
ctum pecuniariæ impendeat, *Bar. in dicta l. 1. num. 3. ff. de
cuſtod. & exhib. reorum, Angel. in l. nullus num 5. Verſi. Vlti-
mo eſt videndum C. de exhib. reis*, & vtrobique datur for-
ma egrediendi carceris hoc caſu, Bart. iterum *in l. 2. nu-
mer. 3. ff. de public. iud. Ioan. de Anania colum. 1. Aretin. in
tractat. Malef. in verbo Quid fama publica, Oſaſch. deciſ. 18.
num. 3. Hartman pract. obſeruat. lib. 2. titu. 50. de accuſat. ob-
ſerua. 2. col. 2.* qui poſteriores referuntur à *Claud. Bertaz.
ad conſ. patris ſui conſ. 12. Scripſi præteritis, in litera I. Verſic.
Niſi corporis [illegible], vol. 1.*

Quidquid ſit, quando carceratus eſt fideiuſſoribus re-
laxandus, poſſe etiam fideiuſſores, ſeu idoneam aliam
9 cautionem † nocturno tempore præſtari, & relaxandum
ideo carceratum à iudice, etiam nocturno tempore, vo-

Iiii

[illegible] num. [illegible] Verſ. Nota diligenter ff. de ſeruis, [illegible] Bald. num. 3. Verſ. Secundum eſt actus ſatiſdationis, Alex. [illegible] Quod intelligunt Verum Bald. & Alexan. loco citat. [illegible] periculoſum ſit in † mora, alias non tenetur iudex no- 10
cturno tempore ſui copiam facere, nec etiam ad carcera- [illegible].

Quo loco vidi ego aliquando dubitari in foro, an ſi quis † fideiuſſoribus relaxetur quidem, ſed illi propriæ æ- 11
des pro carcere aſſignentur, & ſi poſteà iudice non voca- [illegible] fideiuſſoribus veniam impetrarit fideiuſſori- bus relaxatis, de recedendo aliquo tempore ex propriis ædibus ad ſua negotia, an ea de re cenſeatur facta noua- tio, vt fideiuſſores amplius non teneantur.

[illegible] obſeruaui priore loco † duplicem formulam in hiſ- 12
[illegible] fideiuſſionibus, quarum prima erat, de non receden- do ſimpliciter, altera vero de non recedendo, & de conſi- gnando ad omnem officii requiſitionem. Dixique vtroq; [illegible] nullam cenſeri factam nouationem, de poſteriore nulla erat apud me dubitatio, quia nouatio cum ſit ſtri- ctiſſimi iuris, illud tantum nouando tollit, quod † in- 13
compatibile eſt, *Bald. in l. [illegible] Verſ. Vt quando forte C. de nouat. Idem conſ. 318. [illegible] col. 2. Verſ. Reſpõdeo, lib. 2. Dec. in l. [illegible] colum. 1. C. de pact. Idem conſil. [illegible] col. pen. Verſ. Quarto reſpõdetur, conſ. 464. nu. 4. & 564. num. [illegible] Rincheyal. & Cranet.* de quibus *D. meus [illegible] Menoch. de praeſumpt. lib. 3. praeſumpt. 134. Poſtquam [illegible] num. 36. Verſ. Secunda eſt coniectura.* compatibi- lia autem, nec per † nouationem ſe inuicem tollunt, *D.* 14
Menoch. loco citat. Alex. conſ. [illegible] Perſpecto inſtrumento nu. 9. Verſ. Quæ quando duo, per tex. in l. ſi quis ante, Verſ. Idem [illegible] ff. de acqu. poſſeſſ. l. fi. C. de Nouat. l. ſancimus C. de ſentent. [illegible] deciſ. 16. Iudicatum fuit, Alex. iterum conſ. [illegible] num. 2. Verſ. Per quem text. [illegible] 4. Cranet. conſ. 422. D. [illegible], num. 4. ubi legunt D. Bar- tholomeus. Non erat autem incompatibile, quod quis recederet per diem, vel plures dies, & deinde ſe conſi- gnaret, tanto magis, quia aſſignando domum propri- am, à qua non recederet, deinde licentiam dando de

recedendo

Digitized by Google

[illegible] culpa [illegible], cum etiam à principio fidem de-
[illegible] fideiuſſores in eum ſtatum, in quo ſi nolebat, præ-
ſentari non poterat, cum facillimè & à proprijs ædibus, &
[illegible] patentibus ciuitatis & muris, & portis
[illegible], vel ad ſacras ædes confugere. Cogita tamen de
hoc poſtremo, quia in prorogatione termini de ſoluen- 19
[illegible] eſt dicere, non ſoluit, quod etiam erat
tempore datæ fideiuſſionis, ideo propriè nulla facta muta-
tio, nec per conſequens nouatio, ſed in licentia de rece-
dendo, licet ad tempus, non eſt verum dicere, non receſſit,
& ſic fuit immutatus ſtatus, quo tempore data fuit fide-
iuſſio, atque ideo videtur facta nouatio, quod pertinet
ad hoc.

Atque hæc, ſi actus ſit aliquis; cæterum ex actu nullo
nulla † oritur nouatio, nec per poſteriorem primo dero- 20
gatur. *Alexand. conſil. 193. Viſo inſtrumento, num. 4.
verſ. Confirmatur quia, lib. 6.* per textum *in l. ſi quis ante § ſi
quis [illegible] ff. de acqui. poſſeſſ. l. ſi [illegible] ff. de leg. 3. Pur-
purat. l. pactum nouiſſimè, num. 1[illegible]. C. de pact. [illegible]
Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 134. Poſtquam habi-
tum, num. 47. Verſ. Declaratur ſecundo.* Suppoſito enim,
quod conſtet legitimè de licentia, quid ſi ſit nulla, vel de-
fectu poteſtatis iudicis, vel voluntatis, vel alijs ex cauſis?
Quid ſi non ſit qualificata opportunis circumſtantijs?
Sed non eſt hic locus.

Aliud de Relaxatione nocturna ſcripſimus *in cap. de
Captura, num. 4.* Quod ſcilicet captus de nocte cum † ar- 21
mis, volens dare fideiuſſores de ſe repræſentando, eſt ſta-
tim ab officiali relaxandus, non autem carceri mancipan-
dus, ſub pœna actionis paſſiuè iniuriarum, *Firman. in
verbo Officialis non poteſt reportum de nocte,* & *in verbo Ca-
ptiuo ſatiſdare volens, & alij ibi allegati.*

Sed hoc videtur ijs aduerſari, quæ diximus ſuperius
num. 3. dum diximus, quòd in fragranti cum armis reper-
tus, etiamſi de ſola agatur pœna † pecuniaria, non eſt re- 22
laxandus fideiuſſori ex *Caſon. in tract. de Captura, & Car-
cer. cap. 9. Regulariter, num. 11. Verſ. Primo, quando.* Non
eſt tamen contra, ſi † dicamus Caſonium loqui, vbi quis 23

non ſolum captus eſt cum armis, ſed etiam carceratus, & ſicius carceri quodam pacto acquiſitum eſt, nec ſuadet æquitas, vt euadat cum fideiuſſore, poſteaquam eſt in carcere. *Nos vero, & hic in cap. de Captura* illud dicimus, quoties quis captus eſt, non autem realiter carcere concluſus. Eo enim caſu, quia res adhuc videtur integra, aliqua videtur capto iniuria inferri, quem nondum carceres affecerunt, niſi eundem fideiuſſoribus remittatur officialis.

CAPVT LXXXIV.

De Bannito.

ARGVMENTVM.

Bannitum, qui certo tempore Iudicantis mandato præſto præſens eſſe debeat, an ad mediam noctem Iudex pro tribunali excipere teneatur; aduerſus Angelum, & Caſtrenſem, negatiue determinatur.

SVMMARIA.

1 *Bannitus habens certum terminum ad comparendum, poteſt comparere vſq; ad mediam noctem.*
2 *Præſentare ſe poteſt quilibet vſq; ad mediam noctem, certa illi data dilatione.*
3 *Bannitus poteſt comparere ad mediam noctem, ſi laberetur terminus banni.*
4 *Officialis, vbi periculum non eſt in mora, non tenetur ſui copiam facere de nocte.*
5 *Bannitus, vbi vult ſe ad mediam noctem præſentare, tenetur iudex media nocte ad tribunal ſedere, ex Angelo, & Caſt.*
Contrarium ſentit Author, num. 6.

Banni-

Bannitus, an poſſit ſe de nocte iudici præſentare, ſim-
pliciter, & abſolute *gloſſ. 2. in l. Mere Romano ff. de ſe-*
ruis ibid. ...num. 5. Verſ. Nota, quod bannitus, voluerunt,
quod bannitus certum habens terminum ad comparen-
dum poſſit comparere † vſq; ad mediam noctem, *ibid. Ca-* 1
ſtrenſ. num. 5. Verſ. In glo. ſequenti, & in terminis generalibus
præſentationis, quod poſſit, cui data eſt dilatio ſimpliciter
ad comparendum, ſe præſentare † ad mediam noctem, 2
voluit *Alex. in ead. l. mere Romano nu. 7. Verſ. in glo. 2 Bart.*
ibid. in prin. Verſ. Gloſſ. ſol. Roman. in l. orationes, nu. 5. Verſi.
Collige vnum notabile ff. de ſeruis, quod tamen ego verum
intelligo cum *Baldo in d. l. mere num. 3* ſi laberetur † ter- 3
minus banni, alias vbi periculum non eſt in mora non te-
netur officialis ſui copiam facere † de nocte, *Bal. loco cita.* 4
& eſt *text. in l. 1 § quid ergo ff. quando appell. ſit.* Idem voluit
Roman. in d. l. orationes ff. de ſeruis, num. 5. Verſ. Hoc tamen
tempore.

Atque *Angel. loco citat. num. 5. Verſi. Vnde tenetur*, voluit
media nocte teneri iudicem ad † tribunal ſedere, vt ban- 5
niti præſentationem recipiat, cum quo pertranſit etiam
Caſtrenſ. ibid. num. 5 Verſi. In gloſſ. ſequenti & Roman. in d. l.
orationes, num. 5. Verſi. Secundus caſus ff. de ſeruis, quod ego
† ſimpliciter non admitterem, hac enim ratione facilli- 6
me paterent vndique inſidiæ ad maximum iudicis præiu-
dicium: dicerem itaque iudicem non teneri eo tempore
ad tribunal ſedere, nec ideo labi tempus banni, ſed iudi-
cem ea hora teneri banniti præſentationem oretenus
recipere, &, vt vulgo dici conſueuit, eandem pro bona ha-
bere.

CAPVT LXXXV.

De Perſeuerentia.

ARGVMENTVM.

Perſeuerantia confeſſionis in quæſtioni-
bus extortæ quatenus requiratur, an

per diem vnum, an per noctem vnam, an vero per noctem, & diem.

Svmmaria.

1 *Perſeuerantia confeſsionis poſt torturam requiritur, vt quis condemnetur.*

2 *Perſeuerãtia in confeſſione poſt torturam requiritur, vel per vnum diem, vel per vnam noctem.*

3 *Perſeuerantia in confeſſione poſt torturam maior dicitur ſi ſit diurna, ex Authore.*

Contrarium tuetur idem Author, nu 4.

5 *Tormenta quamdiu quis videt, nunquam ſibi præiudicat, licet in confeſſione perſeueret.*

6 *Perſeuerantia in confeſſione poſt torturam, illa vere afficit, quæ eſt per diem vnum, & noctem vnam.*

1 PRiuſquam ad pœnas deſcendamus, quia tortura neminem cõdemnat, niſi reus in ea † perſeueret per aliquod temporis ſpacium, vt late ſcribit *Boſſ. in titu. de Confeſſis per torturam, ac effectu torturæ, in prin & Ange. in l. ſi quis, nu. 1. verſi. Iſtam legem, C de Cuſtod. reorum, text. & ibi DD. in l. 1. § diuus ff. de quæſt. in l. 2. C. de cuſtod. & exhib. reorum. in l. ſi. circa fin. C. de quæſt Roland. de Curte inter conſi. crim. Zilett. conſ. 75. Relatis duabus, nu. 24. verſ. Item nunquam par pen. Paris de Put. in tract. de Syndic. in titu. de Tortura, cap. 9. An ex ſola confeſſione, Bonif. de Vitel. in titu. de Perſeuerat. poſt Tormentum, in rubr. per totam. Angel. in l. de tormentis, num. 1. C. de quæſt.* Videndum eſt quatenus perſeuerare debeat eiuſmodi confeſſio. Et *Angel. in d. l. ſi quis, numer 1. verſic. Vnde debet requieſcere, C. de cuſtod. reo-*
2 *rum*, dixit, quod, vel per † vnum diem, vel per vnam noctem, deinde iterum duci debet reus, vt expreſſe ratificans perſeueret, *Angel. loco citat. Franc. Brun de indicijs, & tor-*
* *tura, numer. 46. verſic. Et ſic per factum*, qui dicit ita * tenendum. Arbitror autem magis dicendum perſeuerare
3 reum, qui per † diem perſeuerauerit, quam qui per noctem, quia licet nox ſit ad conſilium, & præparationem,

vt: *ſue*

vt *ſuo loco* diximus, eſt tamen etiam ad quietem, & ſomnum ex vitio naturæ *l. ſi ſeruus ſeruum § ſi fornicarius ff. de damn. infect. Alber. in l. nam ſalutem §. effractura, num. 2. Verſ. Sed quid ſi cuſtodes ff. de offic. præfect. vigil.* quibus ſi ex tortura defatigatum, ac ſemimortuum hominem addamus, ſeu interdum potius ſemiuiuum cadauer, quis locus deliberationi relinquitur? Niſi † iterum dicamus ex obliuioſa nocte, vbi quis obdormierit, ſatis dici ſublatum præſentium tormentorum metum, quia, quamdiu quis 4
tormenta † videt, atque in iis perſeuerat, nihil agit, *locus* 5
citat. & Bald. in cap. 1. §. iniuria, ad fin. Verſic. Quæro vtrum ſemel, Ang. & Imol. in l. qui aliena § fi. ff. de acq. hæred. Alex. ad Bar. in l. Diuus ff. de quæſt. Bart. in l. 1 § Diuus Seuerus, n. 3. ff. eo. Videt autem profecto tormenta adhuc, qui eadē perpetua memoria, eademq; recenti, recolit.

Quare optime arbitror ſenſiſſe *Maſcard. de proba. concluſ. 353. Confeſſionem factam, nu. 13. Verſ. Sed ad hoc*, quod inter priorem confeſſionem in tormentis, & ratificationem, dies vnus, nox vna debeat † intercedere, vbi dicit aſ- 6
ſeſſores aliud obſeruantes,* perperam facere. *

CAPVT LXXXVI.

De Pœnis temperandis aut remittendis.

ARGVMENTVM.

Pœnas in delictis nocturnis augeri, temperari, remitti.

SVMMARIA.

1 *Pœnæ ratione nocturni temporis ſæpius duplicantur.*
2 *Statutum duplicans pœnas ratione nocturni temporis intelligitur de pœnis pecuniarijs.*
3 *Manus vbi amputanda eſt ex delicto, non amputantur ambæ, etiam ſtatuto nocturnum ſcelus duplici pœna perſequente.*

4 *Statutum duplicans pœnas ratione nocturni temporis, intelligitur, reſpectu quantitatis, vel generis, non autem ſpeciei.*

5 *Statutum duplicans pœnam in varijs delictis, ſi plura concurrant delicta, non ideo multiplicantur pœna.*

Quicquid ſenſerit Boniſ. Vitellinus, nu. 6.

7 *Arma prohibita inuenta de nocte ſub pœna dupli, an is teneatur, qui à familia perſequente aufugerit.*

8 *Crepuſculum ad euitandam pœnam adſcribitur diei.*

9 *Statuto duplicãte pœnas in maleficijs nocturnis, non habet locum in verbis iniurioſis.*

Quid, ſi quis conſilium malum nocturno tempore dederit, nu. 10.

11 *Statuto duplicante pœnam poſt ſonum campanæ finitum inquiſitus, vel accuſatus, quod poſt ſonum deliquit, non concludit niſi etiam addat finitum.*

Suſpicatur de hac opinione Author, nu. 12.

13 *Dictio Circa ad excludendum delictum in mitiorem partem interpretatur.*

Dictio a quomodo interpretetur nocturno tempore in ordine ad campanam, ibid.

14 *Statuto magis puniente delictum vna hora noctis, quam altera, in dubio cenſetur delictum ea noctis hora commiſſum, qua mitius puniatur.*

15 *Delictum, ſi grauius puniatur vno die, quam altero, commiſſum de nocte, in dubio mitiori hora cõmiſſum praſumitur.*

16 *Delictum de nocte grauius eſt, quam commiſſum de die.*

Ideo in dubio de die commiſſum præſumitur, nu. 17.

18 *Adulter nobilis non poteſt occidi.*

Sed ſi occidatur nocturno tempore, mitius punitur homicida, num. 19.

20 *Delinquens de nocte reſpectu ſolius qualitatis, mitius punitur.*

21 Syndi-

23 *Syndicum non teneri denunciare maleficia nocturno tempore commiſſa.*
24 *Seruus excuſatur ſi domino de nocte occiſo auxilium non dedit.*
25 *Nauta tenetur ſi rectam deſtituat nauigationem, ſine cauſſa.*
Idemque non tenebitur, ſi nocturno tempore lumine longiùs viſo, eam ob cauſſam naufragetur, numero 24.
26 *Bos alienus nocturno tempore in paſcuis dimiſſus obligat cuſtodem.*
Et quando num. 26.
27 *Cuſtos nocturno delinquens tempore in cuſtodia, quando mitius puniatur.*

POEnæ, licet ratione nocturni temporis ſæpius † duplicentur, vt diximus *in c. Nox quando dicatur, & in ca. de Circumſtantiis*, dantur tamen caſus, quibus pœnæ nocturno tempore, aut remittuntur, aut certè temperantur. 1

Atque vt hinc exordiamur, quoties ſtatutum loquitur de pœnis duplicandis propter nocturna maleficia, intelligendum eſt ſtatutum quoad pœnas † pecuniarias, non quoad pœnas corporales, *Bar. in l. Sanctio in fi. ff. de pœn. Idem in l. Lucius §. impuberem ff. de leg. 2. Natta conſ. 469. [illegible] decretum nu. 18. verſ. Preterea vbi ſtatutum, Bal. & [illegible] de quæ. Barat. q. 82. nu. 39. verſ. Quæro numquid.* 2

Hinc eſt, quod ſi ſtatutum diſponat, quod pro delictis commiſſis de nocte pœna duplicetur, & quis illud commiſerit interdiu crimen, cuius cauſſa ſit ei † manus amputanda, ſi illud idem noctu patret, non idcirco ambæ illi manus amputabuntur, ſed vnica *Bar. in d. l. Sanctio in fi. ff. de pœn. Idem in ead. l. Lucius §. impuberem ff. de leg. 2. Iaſ. in l. plane, la prima §. ſi eadem, num. 11. verſ. Quinto nota ff. de leg. 1.* 3

Iterum, quod idem continet, ſed tamen latius vagans, ſi ſtatutum pœnas conduplicet ratione nocturni temporis, intelligetur de pœnis conſiſtentibus † quantitatem, vel genus, non autem ſpeciem, *Socin. Sen. in l. Meuius* 4

 §. dio-

§.*duorum, col.pen.ff. de leg.2.* de quo Iaſon *in d.§.ſi eadem num.11.Verſ.Quinto nota.*

Exſtat & aliud ſtatutum, quod in delictis commiſſis in
5 platea pœna † duplicetur, atque aliud, quod pro delictis nocte patratis conduplicetur pœna, idem eodem actu peccauit noctu, & in platea, an debeatur quadruplex pœna, an vero duplex tantum. Et duplicandam tantum voluit *Auguſt.ad Ang.de Malef.in Verbo In Platea communes, poſt numer.20.* vbi de * communi etiam *Clar.librro quinto, recept.ſent.§.fin.q.82.in Verbo Statutum,el.9.nu.3.Verſ.Pone ſtat ſtatutum.*

6 Quo fit, vt relangueſcat † contraria Bonifacii de Vitellinis opinio, in *tit.quid ſit accuſatio,n 97.Verſ.Sed quid, ordinatum eſt,* qui voluit omnium ſtatutorum in propoſito ſumendam de reo pœnam, duplicandaſq; pro qualibet tranſgreſſione pœnas.

Stante præterea ſtatuto, quod qui fugerit ante familiam puniatur perinde, ac ſi inuentus fuiſſet cum armis, & pro armis eſt ſtatutum, quod de nocte pœnæ duplicētur,
7 fugienti † de nocte non eſt duplicanda pœna, *Bar. in l.1.in princ.num.1.Verſi.Dicit ſtatutum ff.de receptat.* quanquam Barto.*ibid.*ſuſtinet contrarium, quoniam diuiſiones ad omnes referantur qualitates, per *text. in l. à filio §. pen. ff. de alim. legat.* ſed de hoc latius, *in cap. de Dictionibus.*

Rurſus ſtante eodem ſtatuto, vt pœnæ nocturno tempore duplicentur, quod pertinet ad delicta facta in crepuſculis, licet eam partem alii aſſignent diei, alii nocti, vt ſatis diſcuſſum eſt in *cap. Nox,* quādo dicatur, in dubio
8 tamen † diei pars illa adſcribenda eſt, ita vt delictum non duplicetur, *Iaſ.in l. Titius §.Lucius,n.17.Verſ. Tu dic quod imo ff.de lib.& poſth.ibid.Ang.num.4.Verſ Item nota quod illud.Iaſ.in l.More,num.18.Verſ. Et ſi in aliqua,ibid.Alexa. nu.6.Verſ Quid autem,ſi in aliqua & num.3.Verſ.Quia dies ff.de ferijs,Natta conſ.469.Exſtat decretum,num.4. Verſ.In contrarium & nu 5.Verſi. Et quia qualitas, Bal.in l.2.ad fi. C.quibus res iud.Ioan.Andreas in cap.Alma mater,de ſent.*
* *excommu.in ſexto,* de * communi *Iaſ.in d.l.Titius §.Lucius,*

nu.18,

[illegible] *Verſic. Item mar. ff. de lib. & poſthum. Feder. de Senis* [illegible] *Statuta* [illegible] *num. 2. Verſic. Nam tunc dies, Lu-* [illegible] *conſil. 57.* [illegible] *in præſenti, num. 13. Ver-* [illegible] *caſu.* & ita fuiſſe * iudicatum dicit *Clarus,* ★
[illegible] *§. fin. quæſt. 82. in Verbo, Statutum, el 9.* [illegible]

[illegible] eodem ſtatuto, vt pœnæ pro maleficio [nocturno] tempore commiſſo duplicentur, non habe- [illegible] ſtatutum in verbis † iniurioſis, *Bart. in l. Aut* [illegible] *num. 2. Verſic. Et per hoc dico, ff. de pœnis,* de quo tamen latius, *in cap. de maledictis.* 9

[illegible], qui conſilium † malum de nocte dedit, ſtante eodem ſtatuto, non punitur duplici pœna principali-[ter], quia de nocte malum dederit conſilium, ſed quia puniri debet eadem pœna, qua principalis delinquens, *Bar.* [illegible] *in fin.* de quo tamen amplius *in cap. de Conſil. malo.* 10

Item ſtante ſtatuto, vt poſt ſonum campanæ finitum, in delictis pœnæ duplicentur, ſi quis accuſetur, vel per iudicem inquiratur, quod deliquerit † poſt ſonum campanæ, non concludit ad pœnam duplicandam, niſi addat dictionem illam, finitam, ita *Angel. in tract. de malef. in Verbo* [illegible] *mandatum, num. 2. in fin. Verſic. Et facit ad ſtatutum,* per *not. in l. 2. §. appellata. ff. ſi cert. pet. & not. in l.* [illegible] *§. fructus, ff. ſol. matrim.* 11

Hoc tamen aliquam habet apud me † difficultatem, quoniam, ſi ſimpliciter deponens aliquid geſtum eſſe à prima hora noctis, intelligitur, quod prima hora noctis finita, *Franciſc. Aretin. conſil. 71. Diligenter, & mature, numero 7. Verſic. Item prædictus,* cur non idem dicamus, & multo magis in dictione Poſt, niſi velimus dicere primam horam eſſe momentaneam, campanam autem habere tractum ſucceſſiuum, ſed valde obſtat peritia iudicis in fundanda intentione, quæ non dicitur fundata, niſi finita campana. Diximus *in cap. de Diction.* 12

Quod autem diximus de Iudice inquirente per dictionē † Poſt, profecto indubitate procederet, ſi inquireret per dictionem Circa ſonum campanæ, quia ad excludendum delictum in mitiorem partem interpretare- 13

 tur,

tur,id eſt,ante finitum ſonum campanæ, *Franciſc. Burſat. conſil.141. Legi ſerioſum, num.28. Verſic. Tum rurſus, quod depoſitio, Vol.2.* Stante etiam ſtatuto in terminis campanæ, quod a pulſu campanæ nemo vadat, &c. intelligendum eſt, id eſt, campana finita, ſcripſit *Ioan. de Ferrar. in for. cap. quando teſtes producuntur ad æterna, rei memoriam,* de quo *Frman. in Verbo, A, Verſic. Hanc theoricam.*

Amplius, ſi ſtatutum puniat magis delictum commiſſum quarta hora noctis, quam alia, in dubio, ſi non appareat, qua hora noctis commiſſum fuerit maleficium, ea
14 hora patratum cenſebitur, ex qua † minor ſequatur condemnatio, *Feder. de Senis, quæſt.44. Statuto cauetur, num.2. Verſic. Nam tunc dies eſt proprie.* Cui affinis eſt deciſio *Crauet.* quod ſi acrius puniatur delictum commiſſum in die
15 † feſto, & probetur delictum commiſſum in die illius feſti, præſumitur commiſſum in hora noctis, quæ attribuitur diei ſequenti, vt fugiatur maior pœna, *Crauet. conſil. 205. Pernoctatio arguit ſtuprum, num.10. Verſic. Vbi ſi acrius,*
* & de * communi *Cotta in ſuis Memorabilibus, in Verbo, Diem, Verſ. Sed ne videamur*, propiuſque his accedit quod ſcripſit *Bald. & Imol. in l. Titius, §. Lucius, in fin. ff. de lib. & poſthum. Cephal. in conſil.206 num.4. Marſil. conſil.83. num. 16.* & poſt hos omnes *Baiardus ad Clar. §.1. num.11. Verſic. item adde, quod maius delictum*, quod quia maius deli-
16 ctum eſt illud, quod de † nocte committitur, quam illud, quod de die, vt etiam *nos* diximus, *in cap. de Circumſtantia*, atque nocturnum delictum magis punitur, quam
17 diurnum, in † dubio præſumitur delictum commiſſum de die.

De iure etiam communi, adulterum vilem licet poſſit
18 maritus occidere, non † vilem tamen non poteſt, ſi tamen nocturno tempore nobilem adulterum quis occi-
19 dat, † mitius punitur, *text. in l. Gracchus, C. ad legem Iul. de adult. ibid. Salycet. & alii, Idem Salycetus in l. non minorem, num.3. Verſic. Opponitur, quod non æquiparantur, C. de transact. ibid. Bald. num.1. Felin. in cap. conſuluit, num.21. Verſic. Contra iſta videtur, de offic. & poteſtate iudic. de-*
20 *legat.* Et idem quoties delinquitur de nocte in † ſola qualitate

quādam [illegible], quia mitius cum delinquen-
te [illegible].

Si autē præterea ſtatuto, vt † Syndicus ſub certa pœna 21
[illegible] maleficia commiſſa denunciare, non obligabi-
tur pœna, ſi non denunciet maleficia nocturno tempo-
re [illegible] *l. 1. § occiſorum, num. 1. ff. ad Syllan. An-
gel.* [illegible] *ff quod metus cauſſa,*
[illegible] *conſil. 24. Animaduertiſſi his, num. 9. Verſic. Et di-
cit Angel. lib. 2. Roland. à Valle conſil. 7. In cauſſa Antonii,
num. 52. Verſic. Ex eadem dicit, Franciſcus Marcus deciſ. 764.
Quæritur quia num. 1. & deciſ. 765. Quæritur ſi iſti ſyndici,
num. 4. part. 2.* declarando vt declarauimus, *in capite de
Syndico.*

Inſuper, licet ſeruus in pœnam incidat, ſi domino oc-
ciſo auxilium non præſtet, attamen † excuſatur ſeruus, ſi 22
dominus de nocte fuerit occiſus, quia domini offenſam
eo tempore illic potuit ignorare, *Roman. conſil. 7. Viſis
neceſſariis, num. 5. Verſic. Primo ex l. per text. in l. 1. §. occiſo-
rum. ff. ad Syllan.*

Præterea, ſi † recta nauigatione neglecta, littora deuia 23
ſectentur nautæ, ideoq; quoquo pacto fiat iactura mer-
cium, nautis imputabitur, *Corn. conſil. 273. Viſis proceſſu,
& ſeruata per totum, vol. 1. Bore. deciſ. 178. Et primo, num. 32.*
[illegible] *conſil.* [illegible] *num. 3. Iaſ. Bart. Angel. & aliis,* de
quibus *Benuenutus Straccha in tract. de nautis, part. 3. num.*
[illegible] *Verſic. Culpa etiam nautæ,* niſi iuſta adſit cauſſa, quemad-
modum neceſſitas nauis reficiendæ, impetus tempeſta-
tum, ventorum ira, piratarum metus, vectigal illicitum,
& alia, de quibus *Straccha loco cit. Verſic. Niſi iuſta cauſſa,*
& quod ad noſtrum ſpectat inſtitutum, ſi fiat † nocturno 24
tempore expiſcatio cum lumine, ideoque nautæ, viſo lu-
mine, ad illud tanquam ad portum properent, facto ea de
re naufragio, illis non imputatur, colligitur ex *l. ne piſca-
tores. ff. de incend. ruin. & naufrag.* & aperte *Straccha loco cit.
num. 34. Verſic. Illud tamen declarationis.*

Tandem, qui nocturno tempore † bouem alienum, ſi- 25
ne cuſtodia in paſcuis reliquit, ſi illum, aut fures eripiant,
aut deuorent lupi, tenetur, niſi † communiter ita in pa- 26
ſcuis

ſcuis relinqui conſueuerint, præſertim à domino boui *gloſſ.in l.ſi negotia,in Verbo,Sit ſolitus,ff.de neg.geſt.ibi Bar num.1.Verſic.Vltima gloſſ. Speculat.in tit.de locato,§.poſtea-quam,num.12.Verſic.Quid ſi locaui tibi boues meos, Bald.in l.nemo deinceps,num.7.Verſic.Doctores inducunt, C.de epiſc. audient.iuncto Bertach.in Verbo,Famulus,num.20.* niſi ratione nouæ cauſſæ noua etiam ſit adhibenda cuſtodia, vt quia præter morem inſæuirent lupi,quia teneretur eo caſu de mala cuſtodia ſic relinquens boues in paſcuis,*Bald. in dicta l.nemo deinceps, in fin. Verſic.Iſtud eſt verum, C. de epiſcop.audient.*

Huic ſimile eſt, quod late ſcripſimus *in cap.de cuſtodia* 27 *reorum*, quod ſi † cuſtos nocturno tempore, vel non geminauerit cuſtodias, vel carceratum extra carcerem degere permiſerit, vel ipſe cuſtos apud carceratos non obdormierit, vel eoſdem in ſtrictiori carcere non concluſerit, fuga adſcribitur cuſtodi, niſi ſuadeant aliud regionis mores, carcerati dignitas, ætas, valetudo, cauſſæ quantitas, & alia, quæ late pro ſubiecta materia deduximus,*in cap.de Cuſtodia reorum*,quæ non pretium operæ hic tranſcribere denuo.

CAPVT LXXXVII.

De Viatoribus.

ARGVMENTVM.

Tria in Viatores collata beneficia, etiam reſpectu nocturni temporis, ab Authore obſeruata.

SVMMARIA.

1 *Viatores ſeu*

1 *Peregrini mortui, in cathedrali Eccleſia ſunt ſepeliendi.*

2 *Peregrini libere hoſpitantur, vbi volunt.*

3 *Viatorum, ſeu Peregrinorum ab inteſtato decedentium bona per manum Epiſcopi diſpenſantur.*

4 *Viator poteſt nocturno tempore arma deferre ſine lumine.*

5 *Salis delatione prohibita, non prohibetur tranſitus.*

6 *Frumenti prohibita extractione, non prohibetur tranſitus.*

7 *Salis delatione prohibita, conſideratur terminus ad quem.*

8 *Frumenti prohibita extractione, conſideratur terminus à quo.*

9 *Armorum prohibita delatione, conſideratur terminus per quem, ſeu potius via.*

MERITO iure non contemnenda beneficia in Viatores, & à ſanctiſſimis Pontificibus, & ab inuictiſſimis Imperatoribus, & etiam à doctiſſimis Iureconſultis collata fuere, quis enim vt *alibi* inquit Imperator, eorum non miſereatur, qui exules facti, de diuitibus pauperes, ſemetipſos exinaniunt, vitam ſuam multis periculis exponunt, & à viliſſimis ſæpe hominibus corporales iniurias, ſine cauſſa perferunt? Quæ, ne præter ſuſceptam prouinciam velim ego ſingula recenſere, notam obſeruaui earum triplicem, priorum Iureconſultorum reſpicientem vitæ tutelam, alteram ſummorum Pontificum, mortui ſepulturam conſtituentem, poſteriorem Auguſtorum defunctorum ſucceſſioni conſulentem.

Voluerunt autem ſummi Pontifices mortuos peregrinos in † cathedrali Eccleſia ſepeliendos, is fuit *Dionyſius* 1
Papa epiſt. 2. ad Seuer. Epiſc. de qua *text. in cap. Eccleſias, 23. quæſt.* 1. ita intellectus à *Firman. in verbo, Peregrinus, & in verbo, Viator.*

Imperator vero Iuſtinianus *in Authent. omnes peregrini, C. communia de ſucceſſion.* Peregrinorum ſucceſſioni conſulit

2 ſuluit in hæc verba. Omnes † peregrini, & aduenæ liberè hoſpitentur, vbi voluerint. Et hoſpitati, ſi teſtari voluerint, de rebus ſuis liberam ordinādi facultatem habeant,
3 quorum ordinatio inconcuſſa habetur. Si vero † inteſtati deceſſerint: ad hoſpitem nihil perueniet. Sed bona ipſorum per manus Epiſcopi loci, ſi fieri poteſt, hæredibus tradantur, vel in pias cauſſas erogentur.

Bertaz. tandem poſt plures *ibi* allegatos *conſil crimin. 45. Aduerſus rusticum, num. 5. verſic. Ego hic itinerando, vol.*
4 *1.* voluit, quod viator poſſit etiam † nocturno tempore arma deferre ſine lumine per vrbem, & oppida, nullum negotium faciente ſtatuto eorum delationem recitato
* tempore prohibente, quod dicit * veriſſimum, *num. 7. verſic. Sed quicquid ſit.* Rationē *ibib.* affert quia abſurdum eſſet, & ridiculum, vt in oppidis ſingulis peruiis, quis, vel ex ſilice ignem excuteret, & exſuſcitaret, vel importune habitatores a ſomno interpellaret. Addit ſimile, quia in
5 prohibita delatione † ſalis non cenſetur illius prohibitus tranſitus *Alexan. conſil. 95. Viſa inquiſitione, per duas priores columnas, vol. 4. Ruin. conſil.* 112. *Circa primum dubium, num. 5. verſic. Vbi dicitur, quod prohibitio, volum. 5. Cephal. conſil. 539.* Qui idem dicunt in prohibita extractione fru-
6 menti † ab aliqua ciuitate, vt per eandem non cenſeatur prohibitus tranſitus.

Placet dictum, & ratio, ſed diſplicet ſimile. Maxima enim eſt differentia inter caſum delationis ſalis, vel extractionis frumenti, quia in delatione ſalis conſideratur
7 † terminus ad quem, in extractione frumenti conſidera-
8 tur † terminus a quo, ſed in delatione armorum conſide-
9 ratur † terminus, per quem, ſeu potius via, alias quilibet vbique poſſet tuto, & impune arma deferre, cum in ædibus, à quibus recedit, & ad quas properat, poſſit quilibet arma deferre, ſi tamen nulla alia ratione prohibita ſint, quam ratione temporis.

CAPVT LXXXVIII.

De Priuilegiatis Perſonis.

ARGVMENTVM.

Priuilegiatas perſonas, indultis ſibi ſæpius deſtitui priuilegiis, ex Subſtantia, Qualitate, Quantitate, Correlatione, Loco, Tempore, quale eſt nocturnum.

SVMMARIA.

1 *Priuilegiatus deſinit eſſe talis, vbi decertat de lucro.*

Niſi ſimus in lucro iam incorporato, num. 2.

3 *Pœna ſunt cauſſa damni vitandi, & lucri iam incorporati amittendi.*

4 *Priuilegiatus deſinit eſſe talis, vbi peccat contra ius naturale gentium, &c.*

5 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio, vbi de minima agitur quantitate.*

Siue vterque agat de lucro captando, ſiue de damno vitando, num. 7.

8 *Minores vbi vtuntur iure maiorum non ſunt priuilegiati.*

9 *Priuilegiatus certans de damno vitando, vtitur priuilegio contra priuilegiatum certantem de lucro captando.*

Niſi lucrum ſit iam incorporatum, num 10.

11 *Priuilegiatus non habet priuilegium in actu clandeſtino.*

Etiam, ſi in eadem perſona concurrant duæ qualitates priuilegiatæ, num. 12.

13 *Priuilegiatus amittit priuilegium, ſi aliquid agat nocturno tempore.*

Declarat Author, num. 14.

MVLIE-

MVLIERVM, militum, ruſticorum, & minorum priuilegia, tot, tantaque in iure reperiuntur paſſimque à noſtris Iureconſultis recenſentur, vt iuſtiſſimum conſtituere poſſint volumen. Ea tamen, vel penitus ceſſant interdum, vel certe maxime relangueſcunt.

Primoque ratione ſubſtantiæ euaneſcunt priuilegia
1 perſonis eiuſmodi indulta, quoties † de alieno, puta de lucro decertant, *text. in l. iuris ignorantia, la 2. ff de iur. & fact. ignorant. text. in l. regula, §. ſed iuris ignorantiam. & in l. error, ff. eod. gloſſ. in l in bonorum, in Verbo, Prudentiore, ff. de bonorum poſſeſſ.* Niſi forte eſſemus in lucro iam † incor-
2 porato, quia par eſt cauſſa, & idem eſt iudicium de dam-
3 no vitando, & lucro † incorporato amittendo, ideo eadem vtroque caſu competunt priuilegia, *Gratus conſil. 67. Et ſi prima fronte, num. 18. lib. 1. per gloſſ. in l. 3. ff. de dam. infect.*

Secundo, ratione Qualitatis. Quid enim ſi perſonæ eiuſmodi peccent contra ius naturale, gentium, ius ciuile notorium, & indubitatum, ſpeciem honeſtatis, for-
4 mam actus, & alia, de † quibus, & latiſſime & elegantiſſime de more poſt innumeros prope *ibi* allegatos, *Tiraquell. de pœ. temper. aut remittend. cauſſa 11. per totum, Bald. Salycet. & alii in l. iuris ignorantia, C. qui admitti, Bald. in l. quicunque, col. penult. Verſic. Et nota, quod C. de ſeru. fugit. Idem Bald. in l. ſi quis in tantam, col. 3. Verſic. Septimo quaeritur, C. Vnde Vi, text. & gloſſ. in l. 2. C. de in ius Vocan.*

5 Tertio ratione Quantitatis. Quare ratione † minimæ quantitatis nullum eſt priuilegium, *l. ſcio, ff. de in integrum reſtitut. Roman. conſil. 90. Viſo themate quæſtionis, num. 4. Verſic. Item, & quod Vbi gloſſ. in l. penult. ff. de minor. gloſſ. in l. 1. in Verbo, Magno detrimento, C. ſi aduerſ. Vendit. pignor. Natta conſil. 631. Super controuerſia, num. 22. Verſic. Et quod minor, Idem, conſil. 481. Non relinquitur, num. 13. Verſic. Alii qui diſtinguunt, D. meus Sfort. Odd. de reſtitut. in integrum, part. 1. quæſt. 4. art. 12. num. 102. Verſic. In contrarium.*

Quarto ratione Correlationis. Nec enim eſt priuilegiatus minor aduerſus minorem, aut miles aduerſus militẽ, aut mulier aduerſus mulierem, aut ruſticus aduerſus

ruſticum,

[illegible], priuilegia[illegible] non vtitur priuilegio † ſuo 7
contra priuilegiatum. *Ioſeph Lud. deciſ. Peruſ. 54. Domi-*
[illegible] part. 1. Cephal. conſil. 7. Reneren.
[illegible] lib. 1. ſiue vterque priuilegiatos agat de † lucro
captando, ſiue etiam de damno vitando, quia vtroque
caſu ceſſant priuilegia, *[illegible] conſil. 15. Quoniam cauſ-*
[illegible] 18. [illegible] lib. 5. per text. in l. [illegible]
[illegible] ff. de minor. & alia
[illegible] Cephal. conſil. 7. num. 12. Verſic. Secus ſi vtra-
que de damno tractaret lib. 1. & hoc eſt quod voluit *Oldra-*
dus conſil. [illegible] num. 5. quod quo-
ties minores [illegible] iure † maiorum, omnibus mino- 8
rum priuilegiis destituuntur. Quod, ſi ex his priuilegiatis
ageret alter de damno vitando, alter decertaret de lucro
captando, eo caſu agens de † damno vitando, vteretur 9
priuilegiis ſuis contra certantem de lucro captando, vt
late *Cephal.* allegat. *conſil. 7. lib. 1. per totum*, niſi ageretur
de lucro iam † incorporato amittendo, quia vterque di- 10
ceretur hoc caſu agere de damno vitando, *Grat. conſil. 67.*
Etſi prima fronte, num. 18. lib. 1. per gloſſ. in l. 3. ff. de damno
infect.

Quinto, ratione Loci. Vbi enim quid in occulto fit, &
clandeſtine, ceſſant omnia priuilegia, ac beneficia mili- 11
tis, ruſtici, mulieris, & minoris, *Roman. conſil. 506. In re*
praeſenti num. 4. Verſic. Is tamen non reſiſtantibus, Cranet.
conſil. [illegible] Ex pluribus concludendum, num. 12. Verſic. Rurſus
ne[illegible] per text. in l. fin. ff. de ritu nupt. & in l. 1. C. de inter-
dict. matrim. Tiber. Decian. conſil. 92. Circa primum, num.
105. Verſic. Nam ipſi. Volum. 2. Idem Cranet. conſil. 115. Nobilis
[illegible] num. 5. Verſic. Imo iſto caſu. Seraphinus in tract.
de priuileg. [illegible] priuileg. 4. a num. 160. Et praeſertim, num.
[illegible] de * communi *Brunor. a Sole [illegible] citando*, etiam ſi *
† concurrant in eodem ſubiecto duae qualitates priuile- 12
giatae, vt quia eadem ſit, & foemina, & minor, quia adhuc
ratione loci, vt ſupra, amittit priuilegia ſua, vt in caſu ſuo
fuiſſe * iudicatum, & foeminam minorem a curia con- *
demnatam fuiſſe propter clandeſtinitatem, ſcribit *Beer.*
deciſ. 264. Et primo praeſuppono nu. 15. Verſic. [illegible] Anna

Andier. Brunor. à Sole in compendio reſolutorio propoſitionum iuris, in Verbo, Clandeſtinitas.

Sexto tandem ratione temporis. Quare ſi mulier, ruſticus, miles, & minor, aliquid agant † nocturno tempore, illud omne nullo vallatur priuilegio, quod tum ſatis comprobatur ex iis, quæ immediate dicemus *in cap. de clandeſtinitate*, tum in terminis nocturni temporis decidit *Crauet conſil.35. Ex pluribus concludendum eſt, à num. 11. Verſic. Quinto præſumitur,* innumeros in terminis adducit *Plot in l ſi quando, num.790. Verſic. Sexto limitantur, C. Vnde Vi*, ita vt hæc ſit * communis opinio, *Tiber Decian. conſil.18. Ex prædicta, num.304. Verſic. Quinimo, Vol. 1.*

14 Quod tamen verum † intelligo, niſi affines adhibeantur, aut vicini cum opportunis luminaribus, quia, cum ceſſet ratio clandeſtinitatis, & occultationis, profecto ceſſabit etiam ſuſpicio nocturni temporis, hoc caſu, quam quidem ſuſpicionem *Crauet. loco cit.* ſuper ſola clandeſtinitate ſtabilit, atque confirmat, quod voluit etiam *Plot. ad l. ſi quando. num.790. Verſic. Sexto limitantur, C. Vnde Vi, in fin. poſt Crauet. conſil.205. Pernoctatio.* Quæ autem dicantur opportuna luminaria, quia Alciat. *in l. non minorem, num.2. in fin. C. de tranſact.* de accenſis quibuſdam lychnis loquitur, rem ipſam magis ex profeſſo examinabimus *in cap. de luminaribus.*

CAPVT LXXXIX.

De Clandeſtinitate.

ARGVMENTVM.

Actus clandeſtinos, & nocturnos, ſæpius confundi apud Iureconſultos: Exemplis illuſtratum.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Clandeſtinitas, & nocturnum tempus pro eodem ſæpius ponuntur ab interpretibus.*

2 *Clam dicuntur bona occupata, quæ nocturno tempore occupata ſunt.*

3 *Clam agit priuilegiatus, qui nocturno agit tempore.*

4 *Tabellio dicitur clam inſtrumenta conficere qui ea nocturno tempore celebrat.*

5 *Damnum dicitur datum clam, quod nocturno tempore datum eſt.*

6 *Maleficium illud dicitur clandeſtinum, quod de nocte committitur.*

7 *Matrimonium de nocte celebratum, an dicatur clandeſtinum.*

8 *Operarii nocturni non excuſantur ex mandato, quia clandeſtine egerunt.*

9 *Clandeſtinitas præſumpta tantum inducitur ex nocturno tempore.*

Ideo poteſt probari actus nocturnus palam factus, numero 10.

11 *Clandeſtinitas non nocet, vbi quid vno reſpectu poteſt dici factum clam, alio palam.*

12 *Clam non dicitur factum, quod in notitiam illius præcipue, de cuius præiudicio agi videbatur, potuit peruenire.*

CLANDESTINITATEM, vt ſtemus iis, quæ in ſuperiore capite poſuimus, clandeſtinitatem inquam, & nocturnum tempus, ſeu actum clam, & nocturno tempore, factum regulariter † confundunt ICti. Quare *Aymo Crauet. conſil. 446. In iudicio hoc, num. 8. verſic. Sed præmiſſis non obſtantibus*, inde voluit clandeſtinitatem † conuinci, quoniam de nocte aſportata, & occupata fuerant bona. Idem *Crauet. conſil. 35. Ex pluribus concludendum, num. 11. & 12.* concludit non parcendum priuilegiatis perſonis, etiam vbi agant de damno vitando, quoniam † clandeſtine egerant, dum illud quod egerant, nocturno

tur, et etiam videri poteſt hos confundens terminos *Ti-
bor. Decian. conſil. 92. Circa primum, num. 14. Verſic. Quarto
principaliter, Vol. 2. Idem Decian. conſil. 18. Ex prædictis, num.
390. Verſic. Quinimo, Vol. 1. Grammat. conſil. crimin. 22. In
cauſa preſenti, num. 1. Verſic. Et quod ob nocturnum tempus
dicatur clandeſtinum, poſt Bald. in l. cum fratrem, C. de his,
quibus vt indign. Alexand. conſil. 1. Vol. 3.*

Licet enim licito nocturnum tempus inducere clandeſti-
nitatem præſumptam, quare † integrum erit aduerſa- 9
rio demonſtrare etiam nocturno tempore, tot intereſ-
ſiſſe, vt actus non clandeſtinus, ſed † palam celebratus di- 10
catur, *Plot. loco cit. num. 790. in fin. Verſic. Item excuſatur,
poſt Crauet. conſil. 205. Pernoctatio, D. meus Præſ. Menoch.
conſil. 38. Hac in propoſita, num. 34. Verſic. Nam non dicitur,
Idem de arbitr. iud. lib. 2. caſu 194. Quoniam, num. 19. Verſic.
Clam.* Nec hoc repugnat ex parte rei, idē enim vno reſpe-
ctu poteſt dici fieri clam, alio palam, quare licet noctur-
ni temporis ratione habita, poſſit quid dici factum clam,
alio tamē reſpectu poteſt dici factū palā, & ſequitur tunc
regula in propoſito, ꝙ quoties aliquid dici poteſt clam fa-
ctū in vno reſpectu, & alio reſpectu palā, non nocet † clan- 11
deſtinitas, quia intelligitur patefacta, *Bart. in l. non intelli-
gitur, § ſi quis palam, ff. de adulter. Ruin. conſil. 149. Quia di-
lexiſti, num. 42. Verſic. præterea, lib. 5.* regulariter enim non
dicitur clandeſtinum, quod quocunque pacto fit, ſed ꝙ
taliter fit, vt ad notitiam alterius venire non poſſit, præ-
cipueq; illius, in cuius fieri videtur † præiudiciū, *Roman.* 12
*ad l. clam poſſidere, in princ. num. 2. Verſic. Nam in poſſeſſio-
nem, ff. de acquir. poſſeſſ. Decian. conſil. 81. Quæritur ergo, nu-
mero 33. Verſic. Item clam, Vol. 4. Crauet. conſil. 105. num. 5.
Idem Decian. conſil. 61. Amplector, num. 14. Verſic. Et clam,
Volum. 5.*

CAPVT XC.

De Arbitrariis.

ARGVMENTVM.

Arbitria quædam de re nocturna obſeruata, de quorum altero nonnihil Author ſubueretur.

SVMMARIA.

1 *Arbitrium iudici eſt, an delicta commiſſa in crepuſculis dicantur commiſſa de nocte.*
2 *Ita tamen, vt in mitiorem partem iudex arbitretur, numero 2.*
3 *Nyctalopas felium oculos habere.*
4 *Nyctalopas vidiſſe id, de quo agitur, Iudici arbitrarium ex Alciato.*
Subueretur Author, num. 5.
6 *Diei appellatione, venit in dubio ſpacium vigintiquatuor horarum.*
Niſi aliqua ſubſit fraus, num. 7.
Ideo eſt iudici arbitrarium, num. 8.
9 *Iudex dicitur vir bonus.*

IVDICES plura arbitrari poſſe, locupletiſſimus erit teſtis *D. meus Praeſ. Menoch. in ſuo tract. de arbitr. iud.* Non erit ergo, quod miremur, & ſi in noſtro opere quippiam poſſit Iudex arbitrari.

Primum ſit arbitrarium in delictis nocturno tempore patratis, quæ ex forma ſtatuti, duplici, vel alia multiplici
1 pœna eo tempore puniantur, difficultas eſt, ſi in † crepuſculis, plus, minus, delictum dicatur commiſſum, an ſtatuto comprehendatur, atque adeo ea de re duplici pœnæ ſubiiciatur. Illudque eſſe arbitrarium Iudici, vt ex ſubluſtri nocte, temporiſque claritate, delictum illud nocturno potius, quam diurno tempore, commiſſum dicatur, ſcripſit *Alciat. in l. non minorem, num. 3. verſic. Ego rem omnem arbitrio iudicis, C. de tranſact. Clar. lib. 5. recept. ſent.*

tom. 5. ſu. quaſt. 32. ſtat. 5. num. 4. Verſic. Quæro quomodo, Non conſil. 400. Eum decretum. num. 8. Verſic. Item videtur ...dum Abb. in cap. ſi perfodiens, num. 2. Verſic Et erit ar- bitrarium, de * communi *Claud. Bertaz. ad conſil. patris* *
...conſil. 121. Non video, ſub litera C, Verſic. Alia eſt opinio,
pars. 2. de * communi etiam *Suarez. in ſuo theſauro, num. 33.* *
Verſic. Noctu commiſſum, ita tamen, vt in † mitiorem iu- 2
dex partem arbitretur, vt plures de * communi teſtantes *
adduximus *in cap. 3. num. 41. Verſic. Alii tandem.*

Secundum arbitrarium, Nyctalopas, † felium ſcilicet 3
oculos habentes, nocte videntes, an ii dicantur ſatis id
...de quo agitur, de quibus etiam eſt *text. in l. 1. idem*
Offilius. ff. de adilit. edict. id enim eſſe iudici † arbitrarium 4
ſcripſit *Alciat. in dicta l. non minorem, num. 3. Verſic. Ego*
tum autem, C. de tranſact.

Sed certe non † video ego quid commune habeat le- 5
galis philoſophia cum cognitione validioris, vel debilio-
ris potentiæ viſiuæ.

Tertium erit arbitrarium. Quia appellatione † dici ve- 6
nire in dubio diem naturalem viginti quatuor horarum
ſcripſit *gloſſ. in cap. 1. de conſecrat. diſtinct. 3. Archidiac. in*
cap. quod a fratribus, 75. diſtinct. Marcus Anton. Lugen.
conſil. 48. Contracta, num. 27. Verſic. Quia reſpondeo, vbi de
* communi, *num. 28. Viuius deciſ. 265. Dies decem, num. 28.* *
Verſic. Et diei appellatione ita communiter teneri in * pra- *
xi teſtatur *Flam. Pariſ. de reſignatione benefic. lib. 12. quæſt.*
8. num. 34. Verſic. Contraria tamen, qui *num. 35.* dicit idem
obſeruari * a ſignatura Cancellariæ Romanæ. Et nos *
aliquid diximus *in cap. 3.* Vbi tamen aliqua † fraus com- 7
mitti poſſet, ſi intelligeremus in die noctem etiam com-
prehendi, certe non comprehenderetur, ideoque hoc
committendum Iudicis † arbitrio poſt Baldum *in cap.* 8
Ego N. colum. 1. de iureiuran. ſcripſit *Tiraquell. de retract.*
lignag. § 1. gloſſ. 11. num. 10. Verſic. Sed hoc tamen; Certe Ti-
raquellus non dicit, quod res committatur arbitrio iudi-
cis, ſed arbitrio boni viri, quod tamen idem eſt, quia iu-
dex eſt † vir bonus *l. Vir bonus, ff iudicatum ſolui. Bart. con-* 9
ſil. 163. Quidam habens, num. 3. Verſic. de primo dico, part. 1.

Bald in l. ſolam, num.26. verſic. Nunquid, quando Iudex. C. de teſtibus. Sed ſatis ſumus procemiati.

CAPVT XCI.

De Executione pænali.

ARGVMENTVM.

Supplicia quæcunque de ſontibus interdiu, non noctu ſumenda; Emendatus ea de re præpoſitus Pariſienſis. Lacedæmoniorum mores aliud innuentes, ab Authore declarati.

SVMMARIA.

1 *Reipublicæ intereſt facinoroſos homines pœnis ſubiici.*
2 *Statutum puniens dicitur fauorabile.*
3 *Inquiſitio ſemper eſt fauorabilis.*
4 *Impunitas maiorem parit peccandi licentiam.*
5 *Pœna debet infligi de die, non autem nocturno tempore, & quare.*
6 *Præpoſitus Pariſienſis reprehenſus, & emendatus, quia de nocte binos patibulo fecerat ſuſpendi.*
7 *Tortura quæ eſt in pœnam, non eſt irroganda nocturno tempore.*
8 *Tortura ad pœnam eſt proprie tortura.*
9 *Tortura ad eruendam veritatem dicitur potius quæſtio.*
10 *Tortura ad eruendam veritatem poteſt nocturno tempore adhiberi.*
11 *Supplicium poteſt ſumi etiam nocturno tempore, ſi periculum ſit in mora.*
12 *Lacedæmonii ſupplicio dignos nocturno tempore plectebant.*

Decla-

Declarat textu Authen. num 13

14 *Areopagitæ noctu controuerſias iudicabant, & quare.*

QVoniam Reipublicæ expedit delicta nocentum pœnis † expiari, vt eſt *text. in l. congruit ff. de offic. præſid.* & *notat. in l. eum qui ff. de iniur.* ſecundum *gloſſ. in capit. ſtudendum 50. diſtinct.* de qua *Ioannes de Platea in l. tribus, C. de agricol. & cenſ. lib.* 11. ideoque ſtatutum † puniens dicitur fauorabile, vt tradit Bartol *in l. quemadmodum, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. idem Bartol. conſil. 188. Statuto caſu ripleto, numero tertio, Verſ. Pro cuius euidentia, par. 1. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, numer. 367. Verſic. Sed ex prima parte*, qui dicit eam doctrinam * ineuitabilem, *ff. de vſucap. Boſſ. in titu. de Pœnis, numero duodecimo, Verſic. Statuta pœnalia*, maximeque ſi concedat ſtatutum † inquiſitionem, quia tunc maxime in vtilitatem publicam cenſetur factum ſtatutum, *Bald. in cap. quoniam apoſtolica numero quinto, Verſic. Oppono ergo ſecundum, de offic. deleg.* non ſolum, vt puniatur delictum, verum etiam, ne in poſterum peccetur, ſiquidem ex † impunitate maior naſcitur peccandi licentia, vt ex Platone ſcripſit *Guliel. Benedict. in repetit. cap. Raynutius in Verbo, Mortuo itaque teſtatore, el primo, numer. 106. Verſ. Præterea ex impunitate*, de teſtium, quæ punitur, vt notior fiat, & in totius populi cedat exemplum, fieri debet executio palam, & publice, ac de die, & non † nocturno tempore, ſic in indiuiduo *Benedict. loco citat. numer. 107. Verſ. Et vt nota fiant* qui, idem *ibid. numer. 108. Verſ. Vnde tempore*, recenſet tempore Caroli VI. Francorum Regis † reprehenſum valde fuiſſe, & * emendatum Præpoſitum Pariſien. qui de nocte duos patibulo ſuſpendi fecerat ſcholares. Idem omnino per ſuperius adducta dicendum erit de tortura, an ea enim poſſit nocturno tempore inferri, ſi ſit in vim † executionis pœnalis, non poterit eadem ſuadente ratione aliquis nocturno tempore torqueri, & hæc eſt † proprie tortura, ſi vero ad eruendam veritatem, ita enim torturam in duplicem * communiter diſtinguunt doctores in *l. Imperium ff. de iuriſdict. omn. iud.* ſi, inquam, ad eruēdam

1 2 * 3 4 5 6 * 7 *

9 veritatem, quo caſu † potius dicuntur quæſtiones, nunc
10 poterit † nocturno tempore adhiberi tortura, vt vidi ſæ-
* pius in foro * obſeruari.

Hæc omnia vera ſunt, niſi ſit periculũ in mora, ii enim
11 eo caſu ſuſpendi poſſunt etiam † nocturno tempore, per ea, quæ habentur *in l. dies feſtos, cum ibi notatis C. de ferijs,* modo exinde diurno tempore ſuſpenſi populo commonſtrentur ad eum docendum, vt a talibus caueat, ex *glo. in l.*
* *adductos C. de epiſ. audient.* & ita vidi ego * obſeruari.

Lacedæmonii autem eos, quos mortis ſupplicio di-
12 gnos putabant, nocturno † tempore, non autem diurno plectere conſueuerunt, vt obſeruat D. Farneſ. *in ſimulachro reipubl. lib. 1. cap. 9. Non eſt ieiune, ad fin. verſ. Lacedæmonij item, in 5. Panegyrico*; inueſtigaui ſæpius rationem, plura venerunt in metem, ſed nihil prorſus, cui mihi eſſet acquieſcendum. Perlegi iterum D. Farneſ. & adhuc dicit, Lacedæmonii item eos, quos mortis ſupplicio dignos putabant, noctu, non diu plectere conſueuerunt. Arbitror
13 autem ibi ſermonem eſſe de † tortura ad eruendam veritatem, vel de ipſa condemnatione, non autem de condemnationis executione; poſteaquã ſuperius dixerat, quod
14 † Areopagitæ ita ſtudioſi erant iuſtitiæ, vt litium controuerſias non interdiu, ſed noctu, & obſcura luce iudicarẽt, non enim ignorabant, hominis aſpectu, cultu, veſtitu, geſtibus, ita moueri interdum iudicem, vt a iuſtitiæ, & æquitatis tramite decedere cogatur.

CAPVT XCII.

De Sepultura.

ARGVMENTVM.

Mortuum in Veſperis, noctu cuſtodiendum in ſequentem diem. Quid ſi nocturnam viuens procurauerit ſepulturam?

SVM-

SVMMARIA.

1 *Mortui in Veſperis, noctu cuſtodiuntur in diem ſequentem.*

Quid ſi contrarium diſpoſuerit defunctus, nu. 2.

3 *Mortui interdum ſepeliendi ex laudabili ritu Eccleſiæ.*

4 *Sepeliri qui vult, ſine lumine, & candelis, ſuſpectus eſt de hæreſi ex Rebuff.*

Sed an cenſendus hæreticus, vel fatuus, vel inſanus remiſſiue. nu. 5.

MVlta de Iuſtis Funebribus diximus *in tract. de Act. in hominum ca. pen. Vbi* etiã latiſſime *de Obſequiys ſepulture.* Quæ omnia, dũ ibi videri poſſunt, non ſunt hic tamen ex ſilentio inuoluenda, quæ noſtro inſeruiunt operi, quæq; ibidem prætermiſſa ſunt, quippe, quæ non accederent propius ad id, de quo agebamus.

Solent ergo mortui in † Veſperis, noctu cuſtodiri, vt 1
altero adueniente die ſepulchro condantur, *Rebuff. in tit. de ſentent. Prouiſionalibus in præfat. nu. 47. Verſ. Sumptum intelligere debemus,* qui *ibid. num. 51.* dicit, quod forte non
eſſet credendum diſponenti ſe † velle noctu ſepeliri, & 2
quia interdiu preces populi conſequuntur, qui ſepeliuntur, & quia laudabilis eccleſiæ † ritus eſt, & interdiu ſepe- 3
liantur homines. Addit, & inſuper, quod crederet illum
de † hæreſi ſuſpectum, qui diſponeret ſeipſum ſine lumi- 4
ne, & candelis ſepeliendum, quia hoc eſſet contra bonos mores, & laudabilem eccleſię ritum. An autem hæreticus
potius, an † fatuus, an inſanus, is ſit exiſtimandus, vide ea, 5
quæ ſcribit *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 45. Quæ ad finem, à nu. 41. Verſ. Nonum eſt ſignum.*

CAPVT XCIII.

De Miſſa.

ARGVMENTVM.

Miſſam regulariter nocturno tempore cele-

celebrari non poſſe, poſſe tamen in quibuſdam caſibus à iure permiſſis.

SVMMARIA.

1 *Miſſæ ſolemnes, & miſſæ priuatæ ad quam horam poſſint celebrari.*

2 *Miſſæ ſolemnes quando celebrandæ diebus profeſtis, & quando diebus feſtis.*

3 *Miſſæ priuatæ ad quam horam poſſint celebrari.*

4 *Miſſæ regulariter non eſt celebranda ante auroram.*

5 *Miſſa olim in nocte Reſurrectionis dominicæ celebrabatur.*

Supereſt eius rei argumentum adhuc, nu. 6.

7 *Miſſa hodie celebrari poteſt de nocte. Primo in ſacratiſſima nocte Natiuitatis.*

Secundo ad inſtantiam Epiſcopi præpediti, nu. 8.

Tertio ſi infirmus laboret in extremis, nu. 9.

Habita tamen licentia Epiſcopi, nu. 10.

Sed & ſine illius licentia, ſi ſit abſens Epiſcopus, numer. 11.

12 *Abſens quando dicatur Epiſcopus in cauſſa infirmi in extremis conſtituti.*

13 *Miſſa nocturno tempore poteſt celebrari ex priuilegio.*

INter ea pleraque, quæ de Sanctiſſimo Miſſæ ſacrificio à doctoribus examinantur, illud etiam quæritur, quod ad noſtrum ſpectat inſtitutum. Quo tempore ſcilicet, quaue hora Miſſa debeat celebrari? Atque duo conſiderantur termini, terminus, ſcilicet à quo, & terminus ad quem.

Terminus ad quẽ, ad quod ſcilicet tempus, & ad quam horam vſque liceat celebrare. Et *Archid. poſt D. Thomam,* de quibus Sylueſter in ſua ſumma, *in verbo Miſſa el primo, num. 6. verſ. Secundum loquendo vero,* & *tex. in cap. nocte, de conſecrat. diſtinct. prima, eadem diſtinct. cap. ſolent* §. *in Ieiuniis, eadem diſtinct. cap. neceſſe*, dant maniſeſtiſſimam occaſionem

[illegible], vt diſtinguamus inter Miſſas † ſolemnes, & 1
[illegible] priuatas, rurſus inter dies feſtos, & dies profeſtos,
vt diebus feſtis Miſſæ ſolemnes ſaltem de conſuetudine
tardius celebrentur, quam in diebus profeſtis, modo no-
nam non excedant horam nonam, quia ſi quid parum
deſit, quaſi nihil deeſſe videtur, licet Sylueſter hoc non
ſimpliciter admittat, ſed tunc demum, ſi ſacerdos credat,
licet falſo, nondum adeſſe horam nonam. De iure au-
tem, diebus † feſtis Miſſæ ſolemnes celebrantur in tertia, 2
diebus profeſtis in ſexta regulariter, in nona diebus ie-
iuniorum, poſt nonam etiam temporibus ordinatio-
num. Priuatæ vero † Miſſæ celebrari poſſunt vſque ad ter- 3
tiam, vel etiam vſq. ad nonam cum ieiunandum eſt, & di-
cit Syluester eſſe * communem doctrinam. Se tamen re- *
mittit tandem conſuetudini non prohibitæ, nec diuinæ
reuerentiæ repugnanti,

Terminus a quo, a quo ſcilicet tempore, & à qua hora
liceat tantum ſacrificium celebrare. Et regulariter non
licet ante † auroram, alias eſt peccatum mortale, Sylue- 4
ſter *in dicto verbo Miſſa el primo, num. 6. in princ. ſexta quæ-
ſtione, & est text. in cap. nocte ſancta, verſic. Reliquis vero
temporibus, de conſecrat. diſtinct. prima, ibidem gloſſ. in ver-
bo Nocte*, iuxta illud D. Pauli *ad Roman. cap. 13.* Nox præ-
ceſſit, dies autem appropinquauit, *gloſſ. in cap. fin. in ver-* *
bo indulgemus, in fin. de priuileg. in 6. & hoc * omnes ſen-
ſere ſcripſit Nauarr. *in titu. de peccatis clericorum quo-
ad ordines, capit. 25. numer. 85. verſic. Et qui noctu ante
lucem.*

Dantur tamen aliqui ſpeciales caſus, quibus Miſſam
nocturno tempore celebrare licet. Et, vt nihil antiquita-
tis ignoretur, olim in nocte † Reſurrectionis miſſam ce- 5
lebrare licebat, *Sylueſter loco citat.* Cuius rei potiſſimum
perſeuerat noſtra etiam tempeſtate † argumentum, quod 6
in præfatione miſſæ Sabbati Sancti dicitur. Te quidem
Domine omni tempore, ſed in hac potiſſimũ nocte glo-
rioſius prædicare, &c. Atque in collecta dicitur Deus, qui
hanc Sacratiſſimam noctem gloria Dominicæ reſurre-
ctionis illuſtras. Et verba illa. Hæc nox, toties in benedi-
ctione

ctione ipſius cærei repetita, *Nauarr. de oratione, & Hor. canonicis, cap.3 nu.42. Verſ. Sequitur quinto.* Hodie vero ſi-cet tantum regulariter tribus caſibus.

7 Primo in ſacratiſſima nocte † Natiuitatis dominicæ, reſpectu primæ miſſæ tantum, *Nauar. conſ.8. Quæſitum eſt primo de celebrat. miſſ conſ lib.3 text. in cap. nocte, in princ. de conſecrat. diſtinct. prima gloſſ. in cap. conſuluiſti, in Verbo Natiuitatis, de celebr. miſſ.* & eſt collecta, Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere, &c.

8 Secundo ad inſtantiam † præpediti Epiſcopi, *Nauarr. de Peccat. cler.* quoad ordines *cap.25. nu.85. Verſ. Et qui nocte, glo. in cap. quoniam Epiſcopi, in Verbo Indulgemus, de priuileg in 6.*

9 Tertio, ſi † infirmus in extremis laboret, ob Euchariſtiæ defectum, miſſam ante lucem dici poſſe D. Antonius ait, de quo Nauar. *in d. titu. de Peccat. clericorum quod ordin. cap.25 nu.85. Verſ. Num, & de Epiſcopi,* quod licet ex D.
10 Antonio poſſit fieri de † licentia tamen, aut Epiſcopi, aut alterius ſuperioris, ex *Nauarr.* tamen poteſt adhuc confi-
11 ci ſine licentia † Epiſcopi abſentis. Abſentem autem hoc
12 caſu dico ego † eum, qui ſine mora præiudiciali infirmi conſuli non poteſt.

13 Ex priuilegio autem † ſummi pontificis res non habet difficultatem, vt etiam hodie Ticini in Ampliſſimo Borromæorum Collegio, & alibi, miſſa de nocte celebratur ex benignitate pontificia, vt ſcholaſtici in ſua ſtudia quiq; accuratius incumbant.

CAPVT XCIV.

De Horis Canonicis.

ARGVMENTVM.

Horas Canonicas ſeptem tantum ex cõmuni, in diurnas, & nocturnas refe-
rantur

rantur. Quæ ad nocturnas referantur, quæue ad diurnas. An noctu horæ diurnæ, an interdiu nocturnæ poſſint recitari.

Svmmaria.

1 *Horæ Canonicæ ſunt octo ex Nauarra.*

2 *Horæ Canonicæ ſunt ſeptem ex communi.*

3 *Horæ Canonicæ diuiduntur in nocturnas, & diurnas.*

4 *Horæ Canonicæ, quæ ſint diurnæ, & quæ nocturnæ, prima opinio.*

Secunda opinio num. 5.

Tertia opinio, num. 6.

Secunda placet Authori, nu. 7.

8 *Horæ Canonicæ diurnæ, an poſſint nocturno tempore recitari, & econtra.*

Licet Nauarr. *in tractat. de Oratione, & Horis Canonicis c. 3. num. 27. Verſ. Quamuis Ioannes, poſt Archid. in cap. Preſbyter 91. diſtinct.* videatur illam magis opinionem probare, vt ſint † octo horæ Canonicæ, Matutinum, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium, quia in *pſalmo 118.* non dicatur ſolum, Septies in die laudem dixi tibi, ſed etiam, Media nocte ſurgebam ad confitendum tibi, vt etiam eſt pálea *in cap. preſbyter §. prophetæ dicente 91. diſtinct.* & tex. *in cap. 1. de celebra. miſſ.* * communiter tamen ſeptem † dicuntur, Matutinum, Prima, &c. *Francel. in tractat. de tempor. hor. canon. cap. 6. & cap. 12. D. Alex. Moneta, de diſtribut. quotid. par. 1. q. 3. num. 13. Verſ. Accedit etiam,* * de Nauarr. *d. c. 3. nu. 27. Verſ. Duodecimo dico,* iuxta illud *glo. fin. in c. 1. de celebr. miſſ.* 1 * 2 *

Hæc ſunt ſeptenis propter quæ pſallimus horis.
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis, Cauſſam dat Tertia mortis.
Sexta cruci nectit, Latus eius Nona aperibit.
Veſpera deponit, tumulo completa reponit.

Hæ

3 Hæ horæ Canonicæ, in † nocturnas diuiduntur, & diurnas, Moneta *d.tracta.de Diſtributionibus quotidianis, par.2.quæſt.1.num.2.Verſ.Secunda concluſio, & par.1 quæſt. 4.nu.13 Verſ.Minus etiam addidimus,* & eſt *text. in extrau. Cum nonnullæ cap.§.Præterea,de præbend.& dignit.*

Quæ autem ſint nocturnæ horæ, & quæ diurnę, varias vidi ego opiniones.

Prima fuit opinio Cardin.*in clem.1.§.1.de relig. & Vener.ſanct.* & not.*in c.1.eo*
4 quod appellatione † diurni officii intelligatur Tertia, Sexta, Nona, & Veſperæ, nocturni vero, Matutinum, Prima, & Completorium.

5 Secunda fuit opinio, quod † ſolum Matutinum referatur inter nocturnas horas, Prima vero, & cæteræ horæ referantur inter diurnas, de hac *Nauarr. de Oratione, & horis canonicis, cap.3.numer.27.Verſ.Tum quod Agathenſe.*

6 Tertia opinio, quod † Matutinum cum laudibus; Veſperæ præterea, & Completorium ad officium nocturnū pertineat. Prima vero Tertia, Sexta, & Nona, ad diurnum.

7 Mihi placet magis ſecunda opinio, quod † ſolum Matutinū cum laudibus pertineat ad officium nocturnum, cæteræ omnes horæ ad diurnum referantur.

De Matutino, quod ſit nocturnum officium, ex eo patet, quod in nocturnos diuiditur, & etiam demonſtratur ex Hymno.

Pulſis procul torporibus
Surgamus omnes ocyus,
Et nocte quæramus pium:
Sicut Prophetam nouimus.

Rurſum ex alio Hymno.

Nocte ſurgentes vigilemus omnes,
Semper in pſalmis meditemur atq;
Viribus totis Domino canamus
Dulciter hymnos.

Cæteras horas eſſe diurnas ſatis probauero, ſi demonſtrauero duo extrema, Primam ſcilicet, & Completorium ad diem referri.

De

De prima eſt Hymnus.

Iam lucis orto ſydere
Deum precemur ſupplices:
Vt in diurnis actibus,
Nos ſeruet a nocentibus.

De Completorio alter Hymnus.

Te lucis ante terminum
Rerum creator poſcimus,
Vt ſolita clementia
Sis præſul ad cuſtodiam.

An autem diurnum officium poſſit † nocturno tempore recitari, & nocturnum diurnis horis, quid publice, quid priuatim, vide omnino *Nauar. & Monet. locis citat. Couarr. Var. reſol. lib. 4. cap. 19. nu. 9.* 8

CAPVT XCV.

De Diſtributionibus quotidianis.

ARGVMENTVM.

Diſtributiones quotidianas, non ſolum pro diurnis horis deberi, ſed etiam pro nocturnis.

SVMMARIA.

1 *Diſtributiones quotidianæ quomodo definiantur.*
2 *Diſtributiones quotidianæ non ſolum debentur pro diurnis horis, ſed etiam pro nocturnis.*
3 *Diſtributiones quotidianæ, dum definiuntur, quod ſint diurnum ſtipendium, quomodo etiam pro nocturnis debeantur horis.*
4 *Horæ Canonicæ plures ſunt diurnæ quam nocturnæ.*

DOminus Alex. Mone. *in ſuo tract. de Diſtribut. quotidian. par. 1. q. 4. num. 13. Verſ. Minus etiam addidimus,* poſtquam definiuit Diſtributiones † quotidianas eſſe di- 1

urnum ſtipendium, quod eccleſiarum collegiatarum cleris diſtribuitur, quatenus vere, vel per iuris fictionem, diuinis officijs pro ſui muneris qualitate inſeruiẽtes inter-
2 ſunt. Quærit, an pro † nocturnis horis debeatur ſtipendium, & concludit, quod debetur, vt etiam eſt *tex in extrau. tum nonnulla in prima §. præterea, de præben ibi.* Declaramus auctoritate prædicta illam bladi quantitatem, & pecuniæ ſummam, quæ pro quolibet menſe, vel hebdomada dictis canonicis miniſtratur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantum, quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis, & nocturnis horis diſtribuuntur, ſine fraude. Si pro nocturnis etiam debetur ſtipendium, quærit rurſum, quomodo dictum ſit in
3 definitione, quod † diſtributiones quotidianæ ſunt diurnum ſtipendium, & ſoluit duobus modis. Primo, quia denominatio fit a maiori parte, plures autem ſunt horæ ca-
4 nonicæ † diurnæ, quam nocturnæ, quod an verum ſit, vide in cap. proximo ſuperiori. Secundo, quo dies ſumitur naturaliter pro ſpatio viginti & quatuor horarum, de quo vide, quæ nos ſcripſerimus *in cap. 3. Nox quando dicatur.*

CAPVT XCVI.

De Vigiliis.

ARGVMENTVM.

Vigiliæ olim ex eo dictæ, quod Chriſtiani pernoctarent, illarumq; ſolum, penes pernoctationem, ſuperſtes nomen ex Couarr. Et quare ſuperſit nomen ſine re, noua Authoris conſideratio.

SVMMARIA

1 *Vigiliæ Eccleſiaſticæ dictæ ſunt, quia olim Chriſtiani ob cultum ſolemnitatis pernoctabant.*

2 Pente-

2 *Pentecostes vigilia ieiunanda.*
3 *Vigiliæ cur hodie penes pernoctationem ſublata.*
4 *Vigiliarum ſolum ſuperſtes nomen, quod pertinet ad etymologiam.*
5 *Nomen quatuor modis ſupereſt, & interdum ſine re.*
6 *Vigiliæ nomen perſeuerat inſpectu antiqua conſuetudine, quia olim pernoctabant.*
7 *Ieiunij bona.*

VIgilias Eccleſiaſticas nemo eſt ex Chriſti fidelibus, qui non intelligit, rite, recteq; ſeruandas iuxta præceptum S. Matris Eccleſiæ. Vnde autem dictæ ſint † Vigi- 1
liæ docet *Petrus Gregor. Tholoſ. par. 1. ſyntagm. iur. Vniuerſ. lib. 2. cap. 17. Quia feriæ feſtiuæ, nu. 2. Verſ. Veſpera præcedens*, vigilias ſcilicet dictas eſſe, quia olim Chriſtiani ob cultũ ſolemnitatis in orationibus pernoctabãt. Idq; Baſilii Magni comprobat auctoritate. Iam inde ex media nocte venientes ad ſacrum martyrum templum, Deum ipſum martyrum per hymnos laudantes, ſuſtinuiſtis vſq; ad hanc diem, noſtrum aduentum exſpectantes. Vobis quidem igitur, & ſomni, & quietis, quæ in honorem martyrum, & Dei adorationem impendiſtis, præſto eſt merces. Et eſt in *text. in cap. Noſſe, 76 diſtinct. Noſſe credo vos fratres*, inquit ex. D. Ambroſio, Non minore lætitia celebramus diem Pentecoſtes, quam Sanctum Paſcha curauimus. Tunc enim ſicut modo fecimus, ieiunauimus † Sabbato, vigili- 2
as celebrauimus orationibus, pernoctantes inſtitimus, vnde neceſſe eſt, ſimilem obſeruãtiam ſimilis lætitia ſubſequatur.

Hodie autem, inquit *Couarr. lib. 3. Variarum reſolut. ca. 19. Feſtis dies olim num. 10. Verſ. Verum pernoctationes*, pernoctationes iſtas, & vigilias apud Eccleſias non † ita fa- 3
cile admittunt Epiſcopi, ea ratione, quod experimento cognouerint, frequentiſſime vigilantes tempore abuti, eaque temere, ac paſſim multis ſceleribus, crapulis, & ingurgitationibus polluere in maximum Chriſtianæ religionis diſpendium, & grauem ignominiam, atque ideo vigiliæ, quæ olim apud Chriſtianos erant in vſu in

ſolemnitate Paſchæ, & ad martyrum ſepulchra, ſublata ſunt Epiſcoporum & Pontificum auctoritate, nomine
4 † duntaxat ſuperſtite. *Hæc Couarr.*

Sed quomodo ſuperſtes eſt nomen ſi ne re, qualitas ſine ſubſtantia?

5 Dico ego reſeruari † nomen penes rem, ex actu, ex potentia, ex officii debito, ex antiqua conſuetudine, ex actu; res eſt manifeſta, ex potentia, qui non imperat, ſed imperare poteſt, qui non regit, ſed regere poteſt, eſt adhuc Imperator, & Rex, ex officii debito, qui datur tutor, pupillũ non tuetur, quia tamen ex officii debito pupillum tenetur tueri, ideo adhuc eſt tutor; ex antiqua conſuetudine, quia olim poſſeſſio habet pedum poſitionem, ideo adhuc dicitur poſſeſſio, licet pedes non ponantur; rurſum; quia taberna claudebatur olim tabulis, ideo adhuc taberna dicitur, licet tabulis non claudatur. Tandem, quia olim
6 euigilabant, dictæ † ſunt vigiliæ, perſeuerat adhuc nomen, licet non pernoctent vigiles, antiqua inſpecta conſuetudine.

7 Sed & hodie, attento ieiunio, magis dicitur Deus † euigilare, qui corporali ieiunio, dicitur in præfatione, quadrageſimali, vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, & præmia.

CAPVT XCVII.

De Ieiunio.

ARGVMENTVM.

Nonnulla de Ieiunio in ordine ad nocturnum tempus obſeruata.

SVMMARIA.

1 *Ieiunij bona.*

2 *Ieiunans poteſt, ſeruatis ſeruandis, Veſpertinũ vel Symbolo.*

3 *Ieiunans non poteſt in ſumendo prandio ordinem inuertere, & ſymbolum veſpertinum ſumens de mane, prandium in veſperum differre.*

Niſi neceſſitas aliqua aliud perſuadeat, nu. 4.

Sed nec hoc poteſt fieri ratione conſuetudinis quæ nullibi eſt ex Nauarr. nu. 5.

6 *Vigilia Natiuitatis D. N. I. C. ex Inſubria conſuetudine de mane nihil ſumitur, & prandium in Veſperum differtur.*

Magis laudat Author, vt eo quoq; die cibus ſumatur in meridie, & quare, nu. 7.

8 *Ieiunio non obligatur, qui ideo tota nocte calens non dormit ex Nauarr.*

9 *Ieiuna debet eſſe deliberatio, & nocturna.*

IEiunii bona, quæ ſint, iam diximus breui compendio concluſa à Sancta Romana Eccleſia. Qui † corporali 1
Ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia. Illius plura cum poſſunt apud antiquos ſummiſtas videri, tum nouiſſime, & apud *Petrum Grego. Tholoſ. in ſyntag. Iur. vniuerſ. part. 1. lib. 2. ca. 18. Poſt vigiliarum, in titu. de obſeruatione ieiuniorum, Nauarr. in 4. part. cap. 21. in titu. de Secundo præcepto Eccleſiæ de Ieiunando, & Comar. lib. 4. Variar. reſolut. capit 20. Quamuis ex ſola.* Sit ſatis ea obſeruare quæ ad nocturnum tempus referuntur, quorum

Alterum illud eſt ex *Nouarr. loco citat, num. 13. & num. 14.* quod licet poſſit ieiunans veſpertino vti † ſymbolo, 2
quam collationem appellant, ſeruatis tamen ſeruandis, non tamen ordinem inuertere licet, vt quis collatione
† veſperi vſitata, de mane vtatur, prãdiumq; in veſperum 3
differat ex *Caiet. ibi allegat.* niſi medicinæ cauſſa, debilitatis, complexionis, vel alterius † neceſſitatis ratio, aliud 4
perſuadeat. Et quod magis eſt dicit *Nauarr. loco citat.* nec
hoc poſſe fieri † ratione vllius conſuetudinis, quia nullibi eſt talis, inqnit *Nauarr.* 5

Rurſum in Inſubria viget conſuetudo illa, vt in † vigi- 6
lia Natiuitatis D. N. I. C. de mane nihil ſumatur, prandiumq; in veſperum differtur.

 Ego,

Ego,& ius commune ea die obſeruaui aliquando, vt meridianis horis prandium ſumerem, & aliquando cum conſuetudine in veſperum prandium diſtuli. Et omnibus
7 perpenſis, placuit magis in † meridie prandere, quam veſperi. Veſperi enim vbi pranſus ſum, ſomno, ciboq; ſepultus totam noctẽ obdormii, vbi vero in meridie prãdium ſumpſi, magis peruigil, atque excitatior, nocturnis precibus, & ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio ea nocte, ſuauè, quam, quod dici poſſit, maxime, intertui.

Alterum eſt, quod, dum à Nauarr. poſt *Felin. in ca cum acceſſiſſent. nu. 22. de conſtit.* plerią; eo loco excuſantur, qui ieiunii leges non obſeruant, ii quoq; *nu. 16. in fin.* eximuntur, qui tam infirma ſunt complexione, vt vacuo ſtoma-
8 cho, capitis dolorem, vel vertiginem patiantur, aut tota † nocte calentes dormire nequeant.

Atque vt vltima primis reſpondeant. Inter bona ieiunii, qui diximus eſſe illud, quod mens eleuatur, ideo, dum alias diximus *in cap. de Conſilio, & præparatione*, In nocte cõſilium, declarauimus intelligendam illam parœmiam de parte illa noctis, qua dicimur ieiuni. Ideo præter ea, quæ *ibi* diximus, ſcripſit *Franc. deciſ. 302. Decretatio, nu. 16. verſ. In tantum*, quod deliberatio debet eſſe † ieiuna, & nocturna, & ſic ſemper, inquit *Viuius*, delibera ieiunio ſtomacho, & digeſto cibo, quia tunc ſenſus melius viget, & intellectus clarior reperitur, *cap. ſane, 5. quæſt. 1. cap. honeſtum, 22. quæſt. 5. cap. 1. vbi Abbas, de teſtibus.*

CAPVT XCIII.

De Electione beneficiarij.

ARGVMENTVM.

Beneficiarii electione dum negant alii poſſe nocturno tempore fieri, eam opinionem temperat Author. Quid ſit reſigna-

ſignatio, & quid Electio, noua de vtraq; Authoris definitio.

SVMMARIA.

1 *Beneficiarij electio fieri non poteſt nocturno tempore.*
Temperat Author, num 3.
2 *Electio beneficiarij clandeſtina non valet.*
4 *Electio beneficiarij, quando non poſſit fieri de nocte.*
5 *Electio quid ſit ex Authore.*
6 *Reſignatio, quid ſit ex Authore.*
7 *Electio conſueuit fieri de mane.*
Infertur ibid.
8 *Electio nocturna, quo ad forum conſcientiæ, valet, ex Nauarr.*

ELectionem in † beneficiis de nocte fieri non poſſe, & factam nullius eſſe momenti, ſcripſit Felin. *in cap. conſuluit, num. 20. verſ. Secus in electione de off. c. deleg. ex Abb. in cap. 1 de clandeſt. deſponſ. Ioan. de Selua in tractat. benef. quæſtio. 17. numer. 3. verſi. Secundo, pro parte negatiua.* 1

Sed certe Abbas *in cap. 1. num. 2. verſ. Secus in electione, de clandeſt. deſponſat.* Idem in cap. *vt noſtrum, num. 18. verſ. Et credo, quod, vt benef. eccleſiaſt. & gl. in d. cap. vt noſtrum, in verbo Occultæ,* & text. tandem *in cap. quia propter §. fi. de elect.* quibus omnibus in locis de electionis materia in propoſito pertractatur, non dicunt, quod electio facta de nocte non valeat, ſed quod † clandeſtina & occulta electio facta non valet, poteſt autem eſſe, quod nocturno fiat tempore, & quod palam; Quid enim, ſi fiat hæc electio toto præſente † capitulo, magnis, pluribuſq; accenſis luminaribus? Et magis eſt, vt exiſtimem illam valere, per ea, quæ dicemus *in cap. de reſignatione beneficiorum ex Petro Greg. Tholoſ. par. 2. ſyntagm lib 17. cap. 7. in tit. de Vacatione beneficiorum, numer. 25. verſic. Quamobrem,* vbi reſignatio beneficii facta de nocte valet, ſi ea intercedant, de quibus ibi conſentit Nauarr. *d. conſil. 2. num. 4. verſi.* 2 3

ctione ipſius cærei repetita, *Nauarr. de oratione, & Hor. canonicis, cap. 3 nu. 42. Verſ. Sequitur quinto.* Hodie vero licet tantum regulariter tribus caſibus.

7 Primo in ſacratiſſima nocte † Natiuitatis dominicæ, reſpectu primæ miſſæ tantum, *Nauar. conſ. 8. Quæſitum eſt primo de celebrat. miſſ. conſ. lib. 3 text. in cap. nocte, in princ. de conſecrat. diſtinct. prima glo. in cap. conſuluiſti, in Verbo Natiuitatis, de celebr. miſſ.* & eſt collecta, Deus qui hanc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere, &c.

8 Secundo ad inſtantiam † præpediti Epiſcopi, *Nauarr. de Peccat. cler.* quoad ordines *cap. 25. nu. 85. Verſ. Et qui nocta, glo. in cap. quoniam Epiſcopi, in Verbo Indulgemus, de priuileg. in 6.*

9 Tertio, ſi † infirmus in extremis laboret, ob Euchariſtiæ defectum, miſſam ante lucem dici poſſe D. Antonius ait, de quo Nauar. *in d. titu. de Peccat. clericorum quod ordin. cap. 25 nu. 85. Verſ. Nam, & de Epiſcopi,* quod licet ex D.
10 Antonio poſſit fieri de † licentia tamen, aut Epiſcopi, aut alterius ſuperioris, ex *Nauarr.* tamen poteſt adhuc confi-
11 ci ſine licentia † Epiſcopi abſentis. Abſentem autem hoc
12 caſu dico ego † eum, qui ſine mora præiudiciali infirmi conſuli non poteſt.

13 Ex priuilegio autem † ſummi pontificis res non habet difficultatem, vt etiam hodie Ticini in Ampliſſimo Borromæorum Collegio, & alibi, miſſa de nocte celebratur ex benignitate pontificia, vt ſcholaſtici in ſua ſtudia quiq; accuratius incumbant.

CAPVT XCIV.

De Horis Canonicis.

ARGVMENTVM.

Horas Canonicas ſeptem tantum ex cómuni, in diurnas, & nocturnas referantur

tantur. Quæ ad nocturnas referantur, quæue ad diurnas. An noctu horæ diurnæ, an interdiu nocturnæ poſſint recitari.

SVMMARIA.

1 *Horæ Canonicæ ſunt octo ex Nauarra.*
2 *Horæ Canonicæ ſunt ſeptem ex communi.*
3 *Horæ Canonicæ diuiduntur in nocturnas, & diurnas.*
4 *Horæ Canonicæ, quæ ſint diurnæ, & quæ nocturnæ, prima opinio.*
Secunda opinio, num. 5.
Tertia opinio, num 6.
Secunda placet Authori, nu 7.
8 *Horæ Canonicæ diurnæ, an poſſint nocturno tempore recitari, & econtra.*

LIcet Nauarr. *in tractat. de Oratione, & Horis Canonicis ca. 3 num. 27 Verſ. Quamuis Ioannes, poſt Archid. in cap. Preſbyter 91. diſtinct.* videatur illam magis opinionem probare, vt ſint † octo horæ Canonicæ, Matutinum, Lau- 1
des, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium, quia in *pſalmo 118.* non dicatur ſolum, Septies in die laudem dixi tibi. ſed etiam, Media nocte ſurgebam ad cõfitendum tibi, vt etiam eſt palea *in cap. preſbyter §. propheta dicente 91 diſtinct.* & tex. *in cap. 1 de celebra. miſſ.* * com- *
muniter tamen ſeptem † dicuntur, Matutinum, Prima, 2
&c *Franrol. in tractat. de tempor. hor. canon. cap. 6. & cap. 11 D. Alex. Moneta, de diſtribut. quotid. par. 1, q. 3. num. 13. Verſ. Accedit etiam,* * de Nauarr. *d. c. 3. nu. 27 Verſ. Duodecimo dicit* iuxta illud *glo. fin. in c. 1. de celebr. miſſ.*

Hæc ſunt ſeptenis propter quæ pſallimus horis.
Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis, Cauſſam dat Tertia mortis.
Sexta cruci nectit, Latus eius Nona aperibit.
Veſpera deponit, tumulo completa reponit.

Hæ

3 Hæ horæ Canonicæ, in † nocturnas diuiduntur, & diurnas, Moneta *d.tracta.de Diſtributionibus quotidianis, par.2.quæſt.1.num.2.verſ.Secunda concluſio, & par.1 quæſt. 4.nu.13 verſ.Minus etiam addidimus*, & eſt *text. in extrau. Cum nonnullæ cap.§.Præterea, de præbend. & dignit.*

Quæ autem ſint nocturnæ horæ, & quæ diurnę, varias vidi ego opiniones.

Prima fuit opinio Cardin. *in clem. 1. §. 1. de relig. & vener.ſanct.* & not. *in c.1.eo* quod appellatione † diurni offi-
4 cii intelligatur Tertia, Sexta, Nona, & Veſperæ, nocturni vero, Matutinum, Prima, & Completorium.

5 Secunda fuit opinio, quod † ſolum Matutinum referatur inter nocturnas horas, Prima vero, & cæteræ horæ referantur inter diurnas, de hac *Nauarr. de Oratione, & horis canonicis, cap.3.numer.27.verſ.Tum quod Agathenſe.*

6 Tertia opinio, quod † Matutinum cum laudibus; Veſperæ præterea, & Completorium ad officium nocturnũ pertineat, Prima vero Tertia, Sexta, & Nona, ad diurnum.

7 Mihi placet magis ſecunda opinio, quod † ſolum Matutinũ cum laudibus pertineat ad officium nocturnum, cæteræ omnes horæ ad diurnum referantur.

De Matutino, quod ſit nocturnum officium, ex eo patet, quod in nocturnos diuiditur, & etiam demonſtratur ex Hymno.

Pulſis procul torporibus
Surgamus omnes ocyus,
Et nocte quæramus pium:
Sicut Prophetam nouimus.

Rurſum ex alio Hymno.

Nocte ſurgentes vigilemus omnes,
Semper in pſalmis meditemur atq;
Viribus totis Domino canamus
Dulciter hymnos.

Cæteras horas eſſe diurnas ſatis probauero, ſi demonſtrauero duo extrema, Primam ſcilicet, & Completorium ad diem referri.

De

De prima eſt Hymnus.

Iam lucis orto ſydere
Deum precemur ſupplices:
Vt in diurnis actibus,
Nos ſeruet a nocentibus.

De Completorio alter Hymnus.

Te lucis ante terminum
Rerum creator poſcimus,
Vt ſolita clementia
Sis praſul ad cuſtodiam.

An autem diurnum officium poſſit † nocturno tempore recitari, & nocturnum diurnis horis, quid publice, quid priuatim, vide omnino *Nauar. & Monet. locis citat. Couarr. Var. reſol. lib. 4. cap. 19 nu. 9.* 8

CAPVT XCV.

De Diſtributionibus quotidianis.

ARGVMENTVM.

Diſtributiones quotidianas, non ſolum pro diurnis horis deberi, ſed etiam pro nocturnis.

SVMMARIA.

1 *Diſtributiones quotidiana quomodo definiantur.*
2 *Diſtributiones quotidiana non ſolum debentur pro diurnis horis, ſed etiam pro nocturnis.*
3 *Diſtributiones quotidiana, dum definiuntur, quod ſint diurnum ſtipendium, quomodo etiam pro nocturnis debeantur horis.*
4 *Hora Canonica plures ſunt diurna quam nocturna.*

DOminus Alex. Mone. *in ſuo tract. de Diſtribut. quotidian. par. 1. q. 4. num. 13. Verſ. Minus etiam addidimus,* poſtquam definiuit Diſtributiones † quotidianas eſſe di- 1

 urnum

urnum ſtipendium, quod eccleſiarum collegiatarum clericis diſtribuitur, quatenus vere, vel per iuris fictionem, diuinis officiis pro ſui muneris qualitate inſeruientes interſunt. Quærit, an pro † nocturnis horis debeatur ſtipendi-
2 um, & concludit, quod debetur, vt etiam eſt *tex. in extrauag. tum nonnulla in prima §. præterea, de præben. ibi.* Declaramus auctoritate prædicta illam bladi quantitatem, & pecuniæ ſummam, quæ pro quolibet menſe, vel hebdomada dictis canonicis miniſtratur, non debere pro quotidianis diſtributionibus computari, ſed illa tantum, quæ præfatis canonicis quotidie pro diurnis, & nocturnis horis diſtribuuntur, ſine fraude. Si pro nocturnis etiam debetur ſtipendium, quærit rurſum, quomodo dictum ſit in
3 definitione, quod † diſtributiones quotidianæ ſunt diurnum ſtipendium, & ſoluit duobus modis. Primo, quia denominatio fit a maiori parte, plures autem ſunt horæ canonicæ † diurnæ, quam nocturnæ, quod an verum ſit, vi-
4 de in cap. proximo ſuperiori. Secundo, quo dies ſumitur naturaliter pro ſpatio viginti & quatuor horarum, de quo vide, quæ nos ſcripſerimus *in cap. 3. Nox quando dicatur.*

CAPVT XCVI.

De Vigiliis.

ARGVMENTVM.

Vigiliæ olim ex eo dictæ, quod Chriſtiani pernoctarent, illarumq; ſolum, penes pernoctationem, ſuperſtes nomen ex Couarr. Et quare ſuperſit nomen ſine re, noua Authoris conſideratio.

SVMMARIA

1 *Vigiliæ Eccleſiaſticæ dictæ ſunt, quia olim Chriſtiani ob cultum ſolemnitatis pernoctabant.*

2 *Pente-*

2 *Pentecoſtes vigilia ieiunanda.*
3 *Vigiliæ cur hodie penes pernoctationem ſublata.*
4 *Vigiliarum ſolum ſuperſtes nomen, quod pertinet ad etymologiam.*
5 *Nomen quatuor modis ſupereſt, & interdum ſine re.*
6 *Vigiliæ nomen perſeuerat inſpecta antiqua conſuetudine, quia olim pernoctabant.*
7 *Ieiunij bona.*

VIgilias Eccleſiaſticas nemo eſt ex Chriſti fidelibus, qui non intelligit, rite, recteq; ſeruandas iuxta præceptum S. Matris Eccleſiæ. Vnde autem dictæ ſint † Vigi- 1
liæ docet *Petrus Gregor. Tholoſ. par. 1. ſyntagm. iur. Vniuerſ. lib. 2. cap. 17. Quia feria feſtiua, nu. 2. Verſ. Veſpera precedens*, vigilias ſcilicet dictas eſſe, quia olim Chriſtiani ob cultũ ſolemnitatis in orationibus pernoctabãt. Idq; Baſilii Magni comprobat auctoritate. Iam inde ex media nocte venientes ad ſacrum martyrum templum, Deum ipſum martyrum per hymnos laudantes, ſuſtinuiſtis vſq; ad hanc diem, noſtrum aduentum exſpectantes. Vobis quidem igitur, & ſomni, & quietis, quæ in honorem martyrum, & Dei adorationem impendiſtis, præſto eſt merces. Et eſt in *text. in cap. Noſſe, 76 diſtinct. Noſſe credo vos fratres*, inquit *text.* D. Ambroſio, Non minore lætitia celebramus diem Pentecoſtes, quam Sanctum Paſcha curauimus. Tunc enim ſicut modo fecimus, ieiunauimus † Sabbato, vigili- 2
as celebrauimus orationibus; pernoctantes inſtitimus, vnde neceſſe eſt, ſimilem obſeruãtiam ſimilis lætitia ſubſequatur.

Hodie autem, inquit *Couarr. lib. 3. Variarum reſolut. ca. 19. Feſti dies olim num. 10. Verſ. Verum pernoctationes*, pernoctationes iſtas, & vigilias apud Eccleſias non † ita fa- 3
cile admittunt Epiſcopi, ea ratione, quod experimento cognouerint, frequẽtiſſime vigilantes tempore abuti, eaque temere, ac paſſim multis ſceleribus, crapulis, & ingurgitationibus polluere in maximum Chriſtianæ religionis diſpendium, & grauem ignominiam, atque ideo vigiliæ, quæ olim apud Chriſtianos erant in vſu in

ſolemnitate Paſchæ, & ad martyrum ſepulchra, ſublatæ ſunt Epiſcoporum & Pontificum auctoritate, nomine
4 † duntaxat ſuperſtite. *Hæc Couarr.*

Sed quomodo ſuperſtes eſt nomen ſi ne re, qualitas ſine ſubſtantia?

5 Dico ego reſeruari † nomen penes rem, ex actu, ex potentia, ex officii debito, ex antiqua conſuetudine, ex actu; res eſt manifeſta, ex potentia, qui non imperat, ſed imperare poteſt, qui non regit, ſed regere poteſt, eſt adhuc Imperator, & Rex, ex officii debito, qui datur tutor, pupillũ non tuetur, quia tamen ex officii debito pupillum tenetur tueri, ideo adhuc eſt tutor; ex antiqua conſuetudine, quia olim poſſeſſio habet pedum poſitionem, ideo adhuc dicitur poſſeſſio, licet pedes non ponantur; rurſum, quia taberna claudebatur olim tabulis, ideo adhuc taberna dicitur, licet tabulis non claudatur. Tandem, quia olim
6 euigilabant, dictæ † ſunt vigiliæ, perſeuerat adhuc nomen, licet non pernoctent vigiles, antiqua inſpecta conſuetudine.

7 Sed & hodie, attento ieiunio, magis dicitur Deus † euigilare, qui corporali ieiunio, dicitur in præfatione, quadrageſimali, vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, & præmia.

CAPVT XCVII.

De Ieiunio.

ARGVMENTVM.

Nonnulla de Ieiunio in ordine ad nocturnum tempus obſeruata.

SVMMARIA.

1 *Ieiunij bona.*
2 *Ieiunans poteſt, ſeruatis ſeruandis, Verſpertino Vti Symbolo.*

3 *Ieiu-*

3 *Ieiunans non poteſt in ſumendo prandio ordinem inuertere, & ſymbolum veſpertinum ſumens de mane, prandium in veſperum differre.*
Niſi neceſſitas aliqua aliud perſuadeat, nu. 4.
Sed nec hoc poteſt fieri ratione conſuetudinis quæ nullibi eſt ex Nauarr. nu. 5.
6 *Vigilia Natiuitatis D. N. I. C. ex Inſubria conſuetudine de mane nihil ſumitur, & prandium in Veſperum differtur.*
Magis laudat Author, vt eo quoq; die cibus ſumatur in meridie, & quare, nu. 7.
8 *Ieiunio non obligatur, qui ideo tota nocte calens non dormit ex Nauarr.*
9 *Ieiuna debet eſſe deliberatio, & nocturna.*

IEiunii bona, quæ ſint, iam diximus breui compendio concluſa a Sancta Romana Eccleſia. Qui † corporali 1
Ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largitis, & præmia. Illius plura cum poſſunt apud antiquos ſummiſtas videri, tum nouiſſime, & apud *Petrum Grego. Tholoſ. in ſyntag. Iur. vniuerſ. part. 1. lib. 2. ca. 18. Poſt vigiliarum, in titu. de obſeruatione ieiuniorum, Nauarr. in 4. part. cap. 21. in titu. de Secundo præcepto Eccleſiæ de Ieiunando, & Couar. lib. 4. variar. reſolut. capit 20. Quamuis ex ſola.* Sit ſatis ea obſeruare quæ ad nocturnum tempus referuntur, quorum

Alterum illud eſt ex *Nouarr. loco citat. num. 13. & num. 14.* quod licet poſſit ieiunans veſpertino vti † ſymbolo, 2
quam collationem appellant, ſeruatis tamen ſeruandis, non tamen ordinem inuertere licet, vt quis collatione
† veſperi vſitata, de mane vtatur, prãdiumq; in veſperum 3
differat ex *Caiet. ibi allegat.* niſi medicinæ cauſſa, debilitatis, complexionis, vel alterius † neceſſitatis ratio, aliud 4
perſuadeat. Et quod magis eſt dicit *Nauarr. loco citat.* nec hoc poſſe fieri † ratione vllius conſuetudinis, quia nullibi eſt talis, inquit *Nauarr.* 5

Rurſum in Inſubria viget conſuetudo illa, vt in † vigilia Natiuitatis D. N. I. C. de mane nihil ſumatur, prandiumq; in veſperum differtur. 6

Ego,

Ego,& ius commune ea die obſeruaui aliquando, vt meridianis horis prandium ſumerem, & aliquando cum conſuetudine in veſperum prandium diſtuli. Et omnibus
7 perpenſis, placuit magis in † meridie prandere, quam veſperi. Veſperi enim vbi pranſus ſum, ſomno, ciboq; ſepultus totam noctē obdormii, vbi vero in meridie prādium ſumpſi, magis peruigil, atque excitatior, nocturnis precibus, & ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio ea nocte, ſuauè, quam, quod dici poſſit, maxime, interfui.

Alterum eſt, quod, dum à Nauarr. poſt *Felin. in ca cum acceſſiſſent. nu. 22. de conſtit.* pleriq; eo loco excuſantur, qui ieiunii leges non obſeruant, ii quoq; *nu. 16. in fin.* eximuntur, qui tam īnfirma ſunt complexione, vt vacuo ſtoma-
8 cho, capitis dolorem, vel vertiginem patiantur, aut tota † nocte calentes dormire nequeant.

Atque vt vltima primis reſpondeant. Inter bona ieiunii, qui diximus eſſe illud, quod mens eleuatur, ideo, dum alias diximus *in cap. de Conſilio, & præparatione*, In nocte cōſilium, declarauimus intelligendam illam parœmiam de parte illa noctis, qua dicimur ieiuni. Ideo præter ea, quæ *ibi* diximus, ſcripſit *Franc. deciſ. 302. Decretatio, nu. 16. Verſ. In tantum*, quod deliberatio debet eſſe † ieiuna, & nocturna, & ſic ſemper, inquit *Viuius*, delibera ieiunio ſtomacho, & digeſto cibo, quia tunc ſenſus melius viget, & intellectus clarior reperitur, *cap. ſane, 5. quæſt. 1. cap. honeſtum, 22. quæſt. 5. cap. 1. Vbi Abbas, de teſtibus.*

CAPVT XCXIII.

De Electione beneficiarij.

ARGVMENTVM.

Beneficiarii electione dum negant alii poſſe nocturno tempore fieri, eam opinionem temperat Author. Quid ſit reſigna-

ſignatio, & quid Electio, noua de vtraq; Authoris definitio.

SVMMARIA.

1 *Beneficiarij electio fieri non poteſt nocturno tempore.*

Temperat Author, num 3.

2 *Electio beneficiarij clandeſtina non valet.*

4 *Electio beneficiarij, quando non poſſit fieri de nocte.*

5 *Electio, quid ſit ex Authore.*

6 *Reſignatio, quid ſit ex Authore.*

7 *Electio conſueuit fieri de mane.*

Infertur ibid.

8 *Electio nocturna, quo ad forum conſcientiæ, valet, ex Nauarr.*

ELectionem in † beneficiis de nocte fieri non poſſe, 1
& factam nullius eſſe momenti, ſcripſit Felin. *in cap. conſuluit, num. 20. verſi. Secus in electione de off. c. deleg. ex Abb. in cap. 1. de clandeſt. deſponſ. Ioan. de Selua in tractat. benef. quæſtio. 17. numer. 3. verſi. Secundo, pro parte negatiua.*

Sed certe Abbas *in cap. 1. num. 2. verſ. Secus in electione, de clandeſt. deſponſat.* Idem in cap. *vt noſtrum, num. 18. verſ. Et credo, quod, vt benef. eccleſiaſt.* & *gl. in d. cap. vt noſtrum, in verbo Occulta,* & *text.* tandem *in cap. quia propter §. fi. de elect.* quibus omnibus in locis de electionis materia in propoſito pertractatur, non dicunt, quod electio facta de nocte non valeat, ſed quod † clandeſtina & occulta ele- 2
ctio facta non valet, poteſt autem eſſe, quod nocturno fiat tempore, & quod palam; Quid enim, ſi fiat hæc electio
toto præſente † capitulo, magnis, pluribuſq; accenſis lu- 3
minaribus? Et magis eſt, vt exiſtimem illam valere, per ea, quæ dicemus *in cap. de reſignatione beneficiorum ex Petro Greg. Tholoſ. par. 2. ſyntagm. lib. 17. cap. 7. in tit. de Vacatione beneficiorum, numer. 25. verſic. Quamobrem,* vbi reſignatio beneficii facta de nocte valet, ſi ea intercedant, de quibus ibi conſentit Nauarr. *d. conſil. 2. num. 4. verſi.*

Secundo dico, vt ita intelligo ego Alciat. in l. non minore. nu. 3. verſ. Vnde, & electio, C. de tranſact. Rurſum, quod electio
4 † non poſſit fieri de nocte, id verum eſt, ſi in electione, ſeruanda ſit forma cap. quia propter, de elect. ſecus in alia electione, quæ ſi fuerit facta occulte, clandeſtine, & nocturno tempore, valebit nihilominus, ita poſt *Abb. in cap. vnico, vt eccleſiaſt. benef. ſine diminut. conferantur ibi alleg.* ſcripſit Ioan. *de Selua in tract. de Benef. par. 3. q. 17. num. 4. verſ. Et illud, de electione, Nauar. lib. 1. conſi. in titu. 6. de Electione, conſ. 2. Definitorium, nu. 1. verſ. Reſpōdeo,* qui allegat. *tex. d. c. 1. vt eccleſ. benef.* Parum autem differre exiſtimo, ſi quid differt, electionem à reſignatione: ſicut enim † ele-
5 ctio eſt vnius, vt plurimū, ex pluribus, à pluribus; ita † re-
6 ſignatio fit vni ex pluribus ab vno.

Bene, ſi id, quod fieri cōſueuit inſpiciamus, nedum de nocte fieri prohibetur electio, ſed etiam interdiu, ipſo excepto mane, ideoque citatus ad electionem, debet de ma-
7 ne ad illam accedere, cum ea hora † electio fieri conſueuerit, *Innoc. in cap. cum nobis, de elect. Decian.* vbi alios *congerit. in cap. conſuluit, nu. 24. de offi. deleg.* Tandem valere
8 quoad forum † conſcientiæ electionem nocturno tempore factam ſcripſit *Nauarr. d. conſi. 2. num. 4. verſ. ſecundo dico,* in quo ſenſu bene dicit *Alciat. in l. non minorem, nu. 3. verſ. Vnde C. de Tranſact.*

CAPVT XCIX.

De Definitorio.

ARGVMENTVM.

Hodie Definitorum electionem non valere nocturno tempore ſine lumine artificiali.

SVMMARIA

1 *Electio ſuperiorum pertinet ad definitorium Capituli.*

2 *Defini-*

1 *Definitores capituli ſunt per vota ſecreta, ſine fraude eligendi.*

3 *Definitorum electio valebat olim nocturno tempore, etiam ſine candela,*

Hodie nequaquam, num. 4.

Rationem reddit Author, num. 5.

ELECTIONI beneficiarii non diſſimilis prorſus, ſed nec longius remota eſt ſuperiorum electio, quam ad † definitorium capituli ſpectare ſcripſit Nauar. *lib. 1. conſil. in tit. 6. de elect. conſil. 2. Definitorium, in princ.* Hi autem 1
ex ſacroſancto Concilio Tridentino, ſeſſ. 25. in tit. de regularibus, cap. 6. In electione ſuperiorum, recte, & ſine fraude vlla, per vota † ſecreta eligendi ſunt. Quærit *loco cit. Nauarr.* 2
an valeat ſuperioris electio facta per definitorium nocturno tempore ſine lumine artificiali, & concludit, quod de iure antiquo valebat etiam † ſine candela, non ſolum 3
quo ad forum conſcientiæ, ſed etiam quo ad exterius. Hodie vero nõ valet ſuperiorum electio eiuſmodi † tempore facta, ſaltem ſine lumine artificiali, ſtante Tridentinæ ſynodi decreto, vt electio ſuperiorum ſecretis fiat 4
ſuffragiis; & bene. Aut enim † declaranda erunt, & manifeſtanda ſuffragia; aut fraudi facillime locus erit, quorum vtrunq; ſanctæ aduerſatur ſynodo. Videndus omnino *Nauarr. dicto conſil. 2.* & præcipue *num. 4. verſic. Secundo dico.* 5

CAPVT C.

De Collatione beneficiorum.

ARGVMENTVM.

Collatio beneficii, licet nocturno tempore ſuſpecta, non tamen ea ratione ſimpliciter irritanda.

SVMMARIA.

1 *Collatio beneficii facta nocturno tempore eſt ſuſpecta.*

Valet tamen, nec irritanda eſt, num. 2.

3 *Collatio clandeſtine facta, eſt ſuſpecta, non autem nulla.*

COLLATIO vero beneficii, licet nocturno tempore
1 ſit † ſuſpecta, *Petrus Greg. Tholoſſ. in ſyntag. iur. Vniuerſ. part. 2. lib. 17. cap. 12. Comprehenditur, num. 4. Verſic.*
2 *ſi palam non fiat*, illi tamen nocte celebratam † valere,
nec irritandum eſſe voluit *Felin. in cap. conſuluit, num. 20. Verſic. Collatio beneficii, de offic. deleg. Abb. in cap. 1 de clandeſt. deſponſat.* & alii, de quibus *Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 12. quaſt 8. num. 39. Verſic. Et hac ratione, tomo 2. Nauarr. conſil. lib. 1. in tit. 6. de electione, conſil. 2. Definitorium, num. 1. Verſic. Reſpondeo*, qui ſolum allegat *Abb.* faciunt ea, quæ communiter ſcribunt doctores, vt ſcilicet
3 collatio † clandeſtine facta ſit ſuſpecta quidem, non tamen nulla, *gloſſ. in cap. 1. in Verbo, Occulta, Vt eccleſ. beneſ. c. ibid. Abb. num. 18. Verſic. Et credo, Idem Abb. in cap. 1. de clandeſt. deſponſat. num 2. Verſic. Idem eſt in collatione beneficii, Dec. in dicto cap. conſuluit, num. 32. Verſic. Et idem in collatione, Andreas Barbat. conſil. 6. Scriptum eſt, num. 24. Verſic. Et idem dicimus, lib. 1. latiſſime diſputando Ioan. de Selua in tract. de benefic. part. 3. quaſt. 17.*

CAPVT CI.

De Optione Canonica.

ARGVMENTVM.

Optio canonica, quia potius ad factũ pertinet, etiã nocturno tẽpore fieri poteſt.

SVM-

Svmmaria.

1 *Optio canonica poteſt fieri nocturno tempore.*
2 *Optio non requirit electionem.*
3 *Optio potius ad factum pertinet.*
4 *Optare poteſt etiam excommmunicatus.*

OPTIO autem canonica nemini dubium eſt, quod ea
† nocturno tempore fieri poteſt, cum nullam deſi- 1
deret collationem, nec † electionem, pertinet enim po- 2
tius ad factum, & meram † acceptionem optantis, *Couar.* 3
ad cap. Alma mater, part. 1. §. 7. Vndecimo præter alios, num.
4. Verſic. Duodecimo admonendum eſt ſentent. excommun.
in 6. Et quidem ſi liceat arguere à tempore ad perſonas,
& econtra, vt aliquando fecit ICtus *in l. qui plures, la 2. ff.*
de Vulg. cum optare quilibet poſſit etiam † excommuni- 4
catus, vt ex *deciſione* * *Rotæ Roman.* dicit *Couar. loco cit.* & *
hanc eſſe ** communiorem, & veriſſimã ſcripſit nouiſſi- *
me *D. Alexan. Moneta in ſuo tract. de optione canonica, cap.*
4. num. 24. Verſic. Quibus tamen non obſtantibus. Ergo &
quolibet tempore, atque ideo etiam nocturno.

CAPVT CII.

De Matrimonio.

Argvmentvm.

Matrimonium nocturnum, dum refertur ad clandeſtinitatem, quid valeat.

Svmmaria.

1 *Matrimonium nocturnum, an valeat.*
2 *Matrimonium nocturnum, an valeat, negotium referunt Doctores ad clandeſtinitatem.*
3 *Matrimonium, quæ requirat ad ſui validitatem.*

MATRI-

1 MATRIMONIVM nocturno tempore contractum, an † valeat, illud eſt, in quo conſuluerunt, & *Alex. de Neuo inter conſil. Alexan. de Imola conſil. 99. In caſu prædicto, lib. 3. Dec. conſil. 163. In cauſſa matrimoniali, num. 5. & Alciat. reſponſ. 5. Viſo proceſſu, Barbat. conſil. 54. Vol. 1. Idem conſil. 6. Scriptum eſt præclare, num. 25. lib. 1. Iacob. Leoniſſa inter conſilia matrimonialia, conſil. 49. In hac materia, num. 7. part. 1. Ioan. de Selua in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 17. num. 4. Verſic. Et pro iſta parte, Celſus Hug. conſil. 120. Etſi dici poſſit, num. 62. Verſic. Nec obſtat, Roland. à Valle conſil. 3. In cauſſa inquiſitionis, num. 42. Vol. 3.* qui omnia prope re-
2 ferunt ad † clandeſtinitatem.

3 Hodie res eſt † clara ex *ſacroſancta ſynodo Tridentina ſeſſ. 24. in tit. de reformat. matrimonii, cap. Vide ibi.*

CAPVT CIII.

De Reſcriptis.

ARGVMENTVM.

Reſcripta nocturna valere Innocentii Pontificis Maximi teſtimonio comprobatur.

SVMMARIA.

1 *Reſcripta nocturna valent.*
2 *Innocentius in nocte creationis plures ſupplicationes ſignauit.*
Reprehenduntur à Flaminio, & aliis eiuſmodi ſignationes, quia eſſent factæ in conclaui, num. 3.
Se remittit Author diſpoſitioni, & determinationi ſanctæ matris Eccleſiæ, num. 4.
5 *Authoris proteſtatio erga ſanctam matrem Eccleſiam.*

IPsos etiam ſupplices libellos nocte expediri poſſe non eſt aliquo ambigendum pacto, † reſcriptaque 1
nocturna valere, illud vnum ſufficiat teſtimonium quod Innocentius ſummus Pontifex in † nocte ſuæ 2
creationis plures ſupplicationes ſignauit, *Gemin. cap. fin.de conceſſ.prabend.in 6. Flamin. Pariſ.* qui alios adducit *in ſuo tract. de reſignat. benefic. lib. quæſt. 18. Et quia inter has, num. 108. Verſi. Vbi docet Innocentium.* Verum eſt, quod *Flamin.* dixit *eo loco* † inualidas eas ſignationes, ſed 3
ſed non dicit inualidas ea ratione, quia fuiſſent ſignationes factæ nocturno tempore, ſed quia erant factæ in conclaui, de qua re † ego, ſicut, & de omnibus, me omnino 4
ſubiicio diſpoſitioni, & determinationi ſanctę matris Eccleſiæ, pro qua maxime † paratus ſum proprium ſangui- 5
nem animo profundere libentiſſime. Sic me Deus Optimus Maximus adiuuet.

CAPVT CIV.

De Depoſito.

ARGVMENTVM.

Depoſitum, interdum in mutuum tranſire, interdum in locationem, quatenus vtroque caſu obligetur depoſitarius. Regulariter vero depoſitarium non teneri, niſi de dolo, latiore culpa, vel ſupina negligentia, quæ binis concluditur caſibus in ordine ad nocturnum tempus.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum fit gratia ſolius deponentis.*

ſolemnitate Paſchæ, & ad martyrum ſepulchra, ſublatæ ſunt Epiſcoporum & Pontificum auctoritate, nomine
4 † duntaxat ſuperſtite. *Hæc Couarr.*

Sed quomodo ſuperſtes eſt nomen ſi ne re, qualitas ſine ſubſtantia?

5 Dico ego reſeruari † nomen penes rem, ex actu, ex potentia, ex officii debito, ex antiqua conſuetudine, ex actu; res eſt manifeſta, ex potentia, qui non imperat, ſed imperare poteſt, qui non regit, ſed regere poteſt, eſt adhuc Imperator, & Rex, ex officii debito, qui datur tutor, pupillū non tuetur, quia tamen ex officii debito pupillum tenetur tueri, ideo adhuc eſt tutor; ex antiqua conſuetudine, quia olim poſſeſſio habet pedum poſitionem, ideo adhuc dicitur poſſeſſio, licet pedes non ponantur; rurſum, quia taberna claudebatur olim tabulis, ideo adhuc taberna dicitur, licet tabulis non claudatur. Tandem, quia olim
6 euigilabant, dictæ † ſunt vigiliæ, perſeuerat adhuc nomen, licet non pernoctent vigiles, antiqua inſpecta conſuetudine.

7 Sed & hodie, attento ieiunio, magis dicitur Deus † euigilare, qui corporali ieiunio, dicitur in præfatione, quadrageſimali, vitia comprimit, mentem eleuat, virtutem largitur, & præmia.

CAPVT XCVII.

De Ieiunio.

ARGVMENTVM.

Nonnulla de Ieiunio in ordine ad nocturnum tempus obſeruata.

SVMMARIA.

1 *Ieiunij bona.*

2 *Ieiunans poteſt, ſeruatis ſeruandis, Verſpertino vti Symbolo.*

3 *Ieiu-*

3 *Ieiunans non poteſt in ſumendo prandio ordinem inuertere, & ſymbolum veſpertinum ſumens de mane, prandium in veſperum differre.*

Niſi neceſſitas aliqua aliud perſuadeat, nu. 4.

Sed nec hoc poteſt fieri ratione conſuetudinis qua nullibi eſt ex Nauarr. nu. 5.

6 *Vigilia Natiuitatis D. N. I. C. ex Inſubria conſuetudine de mane nihil ſumitur, & prandium in Veſperum differtur.*

Magis laudat Author, vt eo quoq; die cibus ſumatur in meridie, & quare, nu. 7.

8 *Ieiunio non obligatur, qui ideo tota nocte calens non dormit ex Nauarr.*

9 *Ieiuna debet eſſe deliberatio, & nocturna.*

IEiunii bona, quæ ſint, iam diximus breui compendio concluſa à Sancta Romana Eccleſia. Qui † corporali 1
Ieiunio vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris, & præmia. Illius plura cum poſſunt apud antiquos ſummiſtas videri, tum nouiſſime, & apud *Petrum Grego. Tholoſ. in ſyntag. Iur. vniuerſ. part. 1. lib. 2. ca. 18. Poſt vigiliarum, in titu. de obſeruatione ieiuniorum, Nauarr. in 4 part. cap. 21. in titu. de Secundo præcepto Eccleſiæ de Ieiunando, & Couar. lib. 4. variar. reſolut. capit 20. Quamuis ex ſola.* Sit ſatis ea obſeruare quæ ad nocturnum tempus referuntur, quorum

Alterum illud eſt ex *Nouarr. loco citat, num. 13. & num. 14.* quod licet poſſit ieiunans veſpertino vti † ſymbolo, 2
quam collationem appellant, ſeruatis tamen ſeruandis, non tamen ordinem inuertere licet, vt quis collatione
† veſperi vſitata, de mane vtatur, prãdiumq; in veſperum 3
differat ex *Caiet. ibi allegat.* niſi medicinæ cauſſa, debilitatis, complexionis, vel alterius † neceſſitatis ratio, aliud 4
perſuadeat. Et quod magis eſt dicit *Nauarr. loco citat.* nec hoc poſſe fieri † ratione vllius conſuetudinis, quia nullibi eſt talis, inqnit *Nauarr.* 5

Rurſum in Inſubria viget conſuetudo illa, vt in † vigilia Natiuitatis D.N.I.C. de mane nihil ſumatur, prandiumq; in veſperum differtur. 6

 Ego,

ſignatio, & quid Electio, noua de vtraq; Authoris definitio.

SVMMARIA.

1 *Beneficiarij electio fieri non poteſt nocturno tempore.*
Temperat Author, num 3.
2 *Electio beneficiarij clandeſtina non valet.*
4 *Electio beneficiarij, quando non poſſit fieri de nocte.*
5 *Electio, quid ſit ex Authore.*
6 *Reſignatio, quid ſit ex Authore.*
7 *Electio conſueuit fieri de mane.*
Infertur ibid.
8 *Electio nocturna, quo ad forum conſcientiæ, valet, ex Nauarr.*

ELectionem in † beneficiis de nocte fieri non poſſe, & factum nullius eſſe momenti, ſcripſit Felin. *in cap. conſuluit, num. 20. verſi. Secus in electione de offic. deleg. ex Abb. in cap. 1 de clandeſt. deſponſ. Ioan. de Selua in tractat. benef. quæſtio. 17. numer. 3. verſi. Secundo, pro parte negatiua.* 1

Sed certe Abbas *in cap. 1. num. 2. verſ. Secus in electione, de clandeſt. deſponſat.* Idem in cap. *Vt noſtrum, num. 18. verſ. Et credo, quod, vt benef. eccleſiaſt. & gl in d. cap. Vt noſtrum, in verbo Occulta,* & *text.* tandem *in cap. quia propter §. fi. de elect.* quibus omnibus in locis de electionis materia in propoſito pertractatur, non dicunt, quod electio facta de nocte non valeat, ſed quod † clandeſtina & occulta electio facta non valet, poteſt autem eſſe, quod nocturno fiat tempore, & quod palam; Quid enim, ſi fiat hæc electio toto præſente † capitulo, magiſtris, pluribuſq; accenſis luminaribus? Et magis eſt, vt exiſtimem illam valere, per ea, quæ dicemus *in cap. de reſignatione beneficiorum ex Petro Greg. Tholoſ. par. 2 ſyntagm lib 17. cap. 7. in tit. de Vacatione beneficiorum, numer. 25. verſic. Quamobrem,* vbi reſignatio beneficii facta de nocte valet, ſi ea intercedant, de quibus ibi conſentit Nauarr. *d. conſil. 2. num. 4. verſi.* 2 3

Secundo dico, vt ita intelligo ego Alciat. in l. non minore. nu. 3. Verſ. Vnde, & electio, C. de tranſact Rurſum, quod electio
4 † non poſſit fieri de nocte, id verum eſt, ſi in electione, ſeruanda ſit forma cap. quia propter, de elect. ſecus in alia electione, quæ ſi fuerit facta occulte, clandeſtine, & nocturno tempore, valebit nihilominus, ita poſt *Abb. in cap. Vnico, Vt eccleſiaſt. beneſ. ſine diminut. conferantur ibi alleg.* ſcripſit Ioan. *de Selua in tract. de Beneſ. par. 3. q. 17. num. 4. Verſ. Et illud, de electione, Nauar. lib. 1. conſi. in titu. 6. de Electione, conſ. 2. Definitorium, nu. 1. Verſ. Reſpōdeo,* qui allegat. *tex. d. c. 1. Vt eccleſ. beneſ.* Parum autem differre exiſtimo, ſi quid differt, electionem à reſignatione: ſicut enim † ele-
5 ctio eſt vnius, vt plurimū, ex pluribus, à pluribus; ita † re-
6 ſignatio fit vni ex pluribus ab vno.

Bene, ſi id, quod fieri cōſueuit inſpiciamus, nedum de nocte fieri prohibetur electio, ſed etiam interdiu, ipſo excepto mane, ideoque citatus ad electionem, debet de ma-
7 ne ad illam accedere, cum ea hora † electio fieri conſueuerit, *Innoc. in cap. cum uobis, de elect. Decian.* vbi alios *congerit. in cap. conſuluit, nu. 24. de offi. deleg.* Tandem valere
8 quoad forum † conſcientiæ electionem nocturno tempore factam ſcripſit *Nauarr. d. conſi. 2. num. 4. Verſ. ſecundo dico,* in quo ſenſu bene dicit *Alciat. in l. non minorem, nu. 3. Verſ. Vnde C. de Tranſact.*

CAPVT XCIX.

De Definitorio.

ARGVMENTVM.

Hodie Definitorum electionem non valere nocturno tempore ſine lumine artificiali.

SVMMARIA

1 *Electio ſuperiorum pertinet ad definitorium Capituli.*

2 Defini-

2 *Definitores capituli ſunt per vota ſecreta, ſine fraude eligendi.*

3 *Definitorum electio valebat olim nocturno tempore, etiam ſine candela.*

Hodie nequaquam, num. 4.

Rationem reddit Author, num. 5.

ELECTIONI beneficiarii non diſſimilis prorſus, ſed nec longius remota eſt ſuperiorum electio, quam ad † definitorium capituli ſpectare ſcripſit Nauar. *lib. 1. conſil. in tit. 6 de elect. conſil. 2. Definitorium, in princ.* Hi autem 1
ex ſacroſancto Concilio Tridentino, ſeſſ. 25. in tit. de regularibus, cap. 6. In electione ſuperiorum, recte, & ſine fraude vlla, per vota † ſecreta eligendi ſunt. Quærit *loco cit. Nauarr.* 2
an valeat ſuperioris electio facta per definitorium nocturno tempore ſine lumine artificiali, & concludit, quod de iure antiquo valebat etiam † ſine candela, non ſolum 3
quo ad forum conſcientiæ, ſed etiam quo ad exterius. Hodie vero nõ valet ſuperiorum electio eiuſmodi † tempore facta, ſaltem ſine lumine artificiali, ſtante Tridentinæ ſynodi decreto, vt electio ſuperiorum ſecretis fiat 4
ſuffragiis; & bene. Aut enim † declaranda erunt, & manifeſtanda ſuffragia; aut fraudi facillime locus erit, quorum vtrunq; ſanctæ aduerſatur ſynodo. Videndus omnino *Nauarr. dicto conſil. 2.* & præcipue *num. 4. verſic. Secundo dico.* 5

CAPVT C.

De Collatione beneficiorum.

ARGVMENTVM.

Collatio beneficii, licet nocturno tempore ſuſpecta, non tamen ea ratione ſimpliciter irritanda.

SVMMARIA.

1 *Collatio beneficii facta nocturno tempore eſt ſuſpecta.*
Valet tamen, nec irritanda eſt, num. 2.
3 *Collatio clandeſtine facta, eſt ſuſpecta, non autem nulla.*

1 COLLATIO vero beneficii, licet nocturno tempore ſit † ſuſpecta, *Petrus Greg. Tholoſſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. part. 2. lib. 17. cap. 12. Comprehenditur, num. 4. verſic.*
2 *ſi palam non fiat*, illi tamen nocte celebratam † valere, nec irritandum eſſe voluit *Felin. in cap. conſuluit, num. 20. verſic. Collatio beneficii, de offic. deleg. Abb. in cap. 1 de clandeſt. deſponſat.* & alii, de quibus *Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 12. quæſt 8. num. 39. verſic. Et hac ratione, tomo 2. Nauarr. conſil. lib. 1. in tit. 6. de electione, conſil. 2. Definitorium, num 1. verſic. Reſpondeo,* qui ſolum allegat *Abb.* faciunt ea, quæ communiter ſcribunt doctores, vt ſcilicet
3 collatio † clandeſtine facta ſit ſuſpecta quidem, non tamen nulla, *gloſſ. in cap. 1. in verbo, Occulta, vt eccleſ. benefic. ibid. Abb. num. 18. verſic. Et credo, Idem Abb. in cap. 1. de clandeſt. deſponſat. num 2. verſic. Idem eſt in collatione beneficii, Dec. in dicto cap. conſuluit, num. 32. verſic. Et idem in collatione, Andreas Barbat. conſil. 6. Scriptum eſt, num. 24. verſic. Et idem dicimus, lib. 1. latiſſime diſputando Ioan. de Selua in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 17.*

CAPVT CI.

De Optione Canonica.

ARGVMENTVM.

Optio canonica, quia potius ad factũ pertinet, etiã nocturno tẽpore fieri poteſt.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Optio canonica poteſt fieri nocturno tempore.*
2 *Optio non requirit electionem.*
3 *Optio potius ad factum pertinet.*
4 *Optare poteſt etiam excommmunicatus.*

OPTIO autem canonica nemini dubium eſt, quod ea † nocturno tempore fieri poteſt, cum nullam deſi- 1
deret collationem, nec † electionem, pertinet enim po- 2
tius ad factum, & meram † acceptionem optantis, *Couar.* 3
ad cap. Alma mater, part. 1. §. 7 Vndecimo præter alios, num. 4 Verſic. Duodecimo admonendum eſt ſentent. excommun. in 6. Et quidem ſi liceat arguere à tempore ad perſonas, & econtra, vt aliquando fecit ICtus *in l. qui plures, la 2. ff. de Vulg.* cum optare quilibet poſſit etiam † excommuni- 4
catus, vt ex *deciſione* * *Rotæ Roman.* dicit *Couar. loco cit.* & *
hanc eſſe ** communiorem, & veriſſimâ ſcripſit nouiſſi- **
me *D. Alexan. Monetæ in ſuo tract. de optione canonica, cap. 4. num. 24. Verſic. Quibus tamen non obſtantibus.* Ergo & quolibet tempore, atque ideo etiam nocturno.

CAPVT CII.

De Matrimonio.

ARGVMENTVM.

Matrimonium nocturnum, dum refertur ad clandeſtinitatem, quid valeat.

SVMMARIA.

1 *Matrimonium nocturnum, an valeat.*
2 *Matrimonium nocturnum, an valeat, negotium referunt Doctores ad clandeſtinitatem.*
3 *Matrimonium, quæ requirat ad ſui validitatem.*

MATRI-

MATRIMONIVM nocturno tempore contractum,
1 an † valeat, illud eſt, in quo conſuluerunt, & *Alex. de Neuo inter conſil. Alexan. de Imola conſil. 99. In caſu prædicto, lib. 3. Dec. conſil. 163. In cauſſa matrimoniali, num. 5. & Alciat. reſponſ. 5. Viſo proceſſu, Barbat. conſil. 54. Vol. 1. Idem conſil. 6. Scriptum eſt præclare, num. 25. lib. 1. Iacob. Leoniſſa inter conſilia matrimonialia, conſil. 49. In hac materia, num. 7. part. 1. Ioan. de Selua in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 17. num. 4. Verſic. Et pro iſta parte, Celſus Hug. conſil. 120. Etſi dici poſſit, num. 62. Verſic. Nec obſtat, Roland. à Valle conſil. 3. In cauſſa inquiſitionis, num. 42. Vol. 3.* qui omnia prope re-
2 ferunt ad † clandeſtinitatem.
3 Hodie res eſt † clara ex *ſacroſancta ſynodo Tridentina ſeſſ. 24. in tit. de reformat. matrimonii, cap. Vide ibi.*

CAPVT CIII.

De Reſcriptis.

ARGVMENTVM.

Reſcripta nocturna valere Innocentii Pontificis Maximi teſtimonio comprobatur.

SVMMARIA.

1 *Reſcripta nocturna valent.*
2 *Innocentius in nocte creationis plures ſupplicationes ſignauit.*
Reprehenduntur à Flaminio, & aliis eiuſmodi ſignationes, quia eſſent facta in conclaui, num. 3.
Se remittit Author diſpoſitioni, & determinationi ſanctæ matris Eccleſiæ, num. 4.
5 *Authoris proteſtatio erga ſanctam matrem Eccleſiam.*

Ipſo

IPsos etiam ſupplices libellos nocte expediri poſſe non eſt aliquo ambigendum pacto, † reſcriptaque 1
nocturna valere, illud vnum ſufficiat teſtimonium quod Innocentius ſummus Pontifex in † nocte ſuæ 2
creationis plures ſupplicationes ſignauit, *Gemin. cap. fin. de conceſſ. prabend. in 6. Flamin. Pariſ.* qui alios adducit *in ſuo tract. de reſignat. benefic. lib. quæſt.* 18. *Et quia inter has, num.* 108. *Verſi. Vbi docet Innocentium.* Verum eſt, quod *Flamin.* dixit *eo loco* † inualidas eas ſignationes, ſed 3
ſed non dicit inualidas ea ratione, quia fuiſſent ſignationes factæ nocturno tempore, ſed quia erant factæ in conclaui, de qua re † ego, ſicut, & de omnibus, me omnino 4
ſubiicio diſpoſitioni, & determinationi ſanctę matris Eccleſiæ, pro qua maxime † paratus ſum proprium ſangui- 5
nem animo profundere libentiſſime. Sic me Deus Optimus Maximus adiuuet.

CAPVT CIV.

De Depoſito.

ARGVMENTVM.

Depoſitum, interdum in mutuum tranſire, interdum in locationem, quatenus vtroque caſu obligetur depoſitarius. Regulariter vero depoſitarium non teneri, niſi de dolo, latiore culpa, vel ſupina negligentia, quæ binis concluditur caſibus in ordine ad nocturnum tempus.

SVMMARIA.

1 *Depoſitum fit gratia ſolius deponentis.*

2 *Depoſitum non eſt, ſed mutuum, vbi quis ex depoſito aliquid prætendit.*

3 *Vſura eſt recipere quicquam ex depoſito.*

4 *Vſura committitur in ſolo contractu mutui.*

Siue mutuum ſit explicitum, ſiue implicitum, & interpretatum, num. 5.

6 *Depoſitarius quando ad inſtar mutuatarii teneatur etiam de caſu fortuito.*

7 *Depoſitum vbi aliquid ratione cuſtodiæ datur, tranſit in vim locationis, & conductionis.*

Et iis ſubiiciuntur legibus contrahentes, quibus conductores, & locatores, num. 8.

9 *Depoſitarius purus de ſolo tenetur dolo, ſeu culpa latiore.*

10 *Depoſitarii negligentia ſupina latiori culpa comparatur.*

11 *Depoſitarius dicitur eſſe in latiori culpa ſi rem apud ſe depoſitam nocturno tempore in via reliquerit.*

Vel etiam media nocte oſtium apertum dimiſerit, numero 12.

DEPOSITVM gratia ſolius deponentis celebrari, ſi illius non mentitam conſideremus naturam, ſunt
1 iura † clara, ideoque nihil ea de re expoſcere poteſt, aut paciſci depoſitarius, ſed nec deponens, quod ſi deponens ex depoſito prætendat aliquid a depoſitario, iam mani-
2 feſte depoſitum non eſt, ſed † mutuum, quod non obſcure patet, ſiquidem aliquid recipiens ex depoſita pecunia vſu-
3 ram † committit, late *Ripa in l. ſi ventri, §. in bonis menſurarii, num. 3. & 4. ff. de priuileg. credit.* vſura autem in ſolo
4 committitur contractu † mutui, *Abb. conſil. 15. Quæritur an prædictus, num. 2. verſic. Ex contractu vero, part. 1. Idem conſil. 114. Attingendo primum, num. 1. par. 2.* notatur *in cap. conqueſtus, de vſur.* & patet ex vſurarum definitione, ſiue
5 modo is ſit contractus mutui † veri, & expliciti, ſiue implicıti, & interpretati, quale eſt depoſitum hoc caſu, *Decian. conſil. 2. num. 11. lib. 1. de quo D. meus Præſ. Menoch. de*
* *præſumpt. 123. Recepta eſt, num. 1.* vbi de * recepta omnium

ſententia,

ſententia, *Idem conſil.109. num.28.lib.2. Viuius opin. 1051. Couarr. lib 3 Variar. reſolut. cap.7. Annui reditus, num.2. Verſic. Secundo hoc idem conſtat*, & eſt *text. in cap. ad noſtram, de empt. cap. Illos vos, de pignor. & cap. in ciuitate, de uſur.* quare depoſitarius † eo caſu, ad inſtar mutuatarii, tenebitur non ſolum de dolo, lata culpa, leui, & leuiſſima, ſed etiam de caſu fortuito *§. item ſi cui, Inſtit. quibus modis re contrah. oblig.* 6

Vbi vero depoſitarius aliquid conſequitur cuſtodiæ gratia, egreditur contractus manifeſtiſſimos depoſiti limites, & induit naturam † locationis, & conductionis, 7
text. & ibi Caſtrenſ. in l.1. §. ſi veſtimenta, ff. depoſiti, atque iis contrahentes ſubiiciuntur legibus, quibus locatores, & † conductores, *ibid.* culpæ ſcilicet, *gloſſ. ibid. in verbo, Duntaxat, de quo etiam Dec. conſil.473. Creditur in effectu, num.2.* 8

Purus autem, & verus depoſitarius, de ſolo † tenetur 9
dolo, ſeu culpa latiore, *dicto § ſi veſtimenta*, & *l. quod Nerua ff. eod.* culpæ autem, id eſt, deſidiæ, & negligentiæ eo nomine, nec argui, nec damnari poteſt depoſitarius, ſed ſuæ facultati imputet deponens, dum amico negligenti rem ſuam cuſtodiendam tradit, *§. præterea, Inſtit. quibus modis re contrah. oblig.*

Fallit, ſi negligentia ſit † ſupina, quæ præſumpto dolo, 10
vel latiori comparabitur culpæ, ideoque rem apud ſe depoſitam † noctu in via relinquens, tanquam dolo præ- 11
ſumpto, ſeu latiori culpæ obnoxius, eandem furto ſublatam ex propria ſubſtantia deponenti reſtituere cogetur, *D. meus Sfort. Odd. in ſuo tract. de reſtitut. in integr. part.2. quæſt.83. art.1. num.5. Verſic. Exemplum vero.* Quod etiam locum ſibi aſſumet, ſi quiſpiam oſtium dimidia † nocte 12
apertum dimiſerit, in maxima enim dicitur eſſe inaudientia, quæ lata eſt culpa, *Bald. in l. ſolam, num.13. Verſic. Item ſi velo, C. de teſtibus.*

CAPVT CV.

De Donatione.

ARGVMENTVM.

Donationem factam à formoſa formoſo, nullam eſſe, aliquam vero, quæ à formoſo formoſæ. Quid ſi adſit nocturni temporis circumſtantia.

SVMMARIA.

1 *Donatio facta à formoſa formoſo non valet.*
2 *Donatio facta à formoſo formoſæ valet.*
3 *Clericus non poteſt donare concubinæ, alias bona ab ea tanquam ab indigna auferuntur.*
Quæ tamen opinio videtur dura Gamæ, num. 4.
6 *Donatio facta nocturno tempore præſumitur doloſa.*
5 *Donatio quando reddatur nulla ratione loci.*
6 *Donatio facta nocturno tempore, præſumitur doloſa.*
Donec contrarium probetur, num. 7.
8 *Nocturna non omnia dicuntur clandeſtina.*
9 *Donatio nocturna, quando præſumatur doloſa.*
10 *Donatio etiam nocturna, minus ſuſpecta eſt, vbi fit in præſentia conſanguineorum nullum intereſſe prætendentium.*

DONATIONEM ex pluribus reddi inualidam ob doli ſuſpicionem ſcripſit *Auguſtinus Beroius conſil. 59. licet de ſimplici per totum, vol.* 1. interdum ratione † per-
1 ſonæ, vt quando formoſa adoleſcens pulchro iuueni donat; ſubeſt etenim doli ſuſpicio re ipſa ex timore inhoneſtatis, *Beroius loco cit. num. 13. per text. in l. fin in fin. cum gloſ. ff. de act. & obligat. & ibi Alexand. in apoſtil. ad Bart. & Paul. de Caſtro in l. poſt contractum, ff. de donat.* licet facta à iuuene

iuuene † formoſo pulchræ adoleſcenti valeat, etiamſi 2
ſubſit aliqua ſuſpitio inhoneſtatis, *Beroius dicto num.13. per text. in l.affectionis, ff.de donat.* Quo caſu, vbi donatio nulla eſt ex ſuſpitione inhoneſtatis, quæ damnatam à iure ſaperet turpitudinem, forte non male diceret, qui vellet donationem, nullam quidem eſſe quo ad donantem, & donatarium, donata tamen ad fiſcum pertinere, & ab adoleſcente donante, tanquam ab indigna auferenda, per ea, quæ de † clerico donante concubinæ, vt applicen- 3
tur fiſco, dicit *Capra conſil.127. Quidam Redonellus, num. Viuius in communibus opinionibus, opinione 205. Donatio facta concubinæ num.5. verſic. Limitatur etiam, Bart. in l. mulierem, ff. de his quibus vt indign.* & ita tandem fuiſſe * iudicatum à ſupremo ſenatu regni Luſitaniæ, quamuis *
ſibi viſa fuerit † dura deciſio, teſtatus eſt *Ant. à Gama in* 4
deciſ.58. In proceſſu cauſſa, in fin. ſed certe non adeo demiratus fuiſſet Gama hanc opinionem, ſi *Grat. Viuium, Bar. locis citatis* vidiſſet. Secus forte ſi adoleſcentula iuueni donaſſet ex nimia tantum affectione, per ea, quæ dicuntur *de donat. inter vir. & vx.*

Interdum redditur donatio nulla, & ſuſpecta de dolo ratione † loci, puta, quia vltra legitimam ſummam ſit ſa- 5
cta coniunctæ perſonæ in domo ipſiuſmet donatarii; *Beroius loco cit. num.2. per text. in l. data, C. de donat.* maxime ſi eſſet facta à muliere, vt in caſu Beroii, & faciunt dicta *Deciani conſil 32. Primo ſubſtantia, num. 3. verſic. Quarta coniectura eſt, vol.3. Anchar. conſil 385. Licet pridie, num.6. verſic. Veriſimile ergo Cranet. conſil.142. Claudius de Coſtus, num.18. verſic. Pro hoc.*

Interdum tandem ratione temporis, quia donatio facta fuerit † nocturno tempore, *Beroius loco cit. num.10.* 6
verſic. Præterea ſecunda donatio, per text. in l. donatio, cum gloſſ. in verbo, Occulte, C. de donat. Bart. in l. poſt contractum, num.7. verſic. Quartus caſus, ff. de donat. adducit etiam *Beroius num.11.* rationem ex *Bald. in l. error, in 2. col. ibi Venio ad quæſtionem, in verſic. Fallit, &c.* quoniam ſcilicet propter clandeſtinitatem præſumitur dolus *l.1. C. de interdi. matrim. & l. fin. ff. de rit. nupt.* quod magis eſt, voluit *Ber.*

dicto num. 10. donationem nocturno tempore factam iuris præſumptione † dolo factam cenſeri abſque eo, quod aliter de dolo probetur.

7

Sed certe tranſcendit Betoius à nocturno tempore ad

8 clandeſtinitatem, neque enim † omnia nocturno tempore peracta dicuntur clandeſtina, quid enim ſi plures, & non ſuſpecti adſint teſtes, tria proponantur luminaria, & alia adhibeantur, vt omnino ceſſet ſuſpicio clandeſtinitatis, & occultationis, profecto ceſſabit etiam ſuſpicio nocturni temporis, *Crauet. conſil. 105. Pernoctatio, Plot. ad l. ſi quando, num. 790. Verſic. Sexto limitantur, C. Vnde Vi, ad fin.*

9 Bene fateor, quod, & reſpectu donationis, & † reſpectu nocturni temporis, facilius aliæ admittentur coniecturæ, vel leuiores, ad ſuſpectam, atque doloſam, & arguendam & condemnandam donationem, puta, quia mulier, adoleſcens erga adoleſcentem, in domo donatarii, vltra legitimam ſummam, &c. vt in caſu Beroii, per ea, quæ variis in locis ſcribunt *Decia. conſ. 32. Primo ſubſtantia, nu. 13. Verſic. Quarta coniectura eſt, Vol. 3. Franciſc. Burſat. conſil. 165. Quamuis in cauſſa, num. 24. Verſic. Et licet hac ſola, lib. 2. Idem conſil. 40. D. Iohannes Maria, num. 70. Verſic. Nec eſt obrutus, lib. 1. poſt plures ibi allegat.*

Quæ quidem coniecturæ tunc fortiores eſſe debebunt, quando donatio ſit facta in conſpectu conſangui-

10 neorum inde nullum † intereſſe prætendentium, quoniam minor relinquitur doloſæ ſuſpicioni locus, *Burſat. dicto conſil. 40. num. 66. Verſic. Tertio dicitur, cum pluribus ſequentib. lib. 1.*

CAPVT CVI.

De Venditione.

ARGVMENTVM.

Venditio, licet de nocte poſſit celebrari, nec eam ob rē in dubio fraus inſit: Facilius tamē eadem ineſſe probari poteſt.

SVMMARIA.

1 *Venditio poteſt celebrari nocturno tempore.*
Nec in dubio fraus præſumitur, num.2.
3 *Emptor in dubio non præſumitur doli particeps.*
4 *Contractus quilibet poteſt celebrari nocturno tempore.*
5 *Actus quilibet modo non prohibitus poteſt celebrari nocturno tempore.*
6 *Actus extraiudiciales fieri poſſunt nocturno tempore.*
7 *Venditio nocturna, facilius ex coniecturis admittit doli præſumptionem.*
8 *Actus nocturni dicuntur habere præſumptionem contra ſe.*
9 *Inſtrumenta nocturna, niſi ex cauſſa neceſſitatis ſunt ſuſpecta.*

VENDITIONEM autem nocturno tempore † poſſe celebrari voluit *Beroius eod. conſil. 59. Licet de ſimplici, num.10 cum duobus ſeq.* habereque iuris præſumptioprionem pro ſe, vt ſcilicet ſine dolo facta dicatur, donec fraus probetur. Bene quidem: Sed male dum, & hoc in caſu paria facit hæc duo, quando clam venditio celebratur, & quando nocturno tempore. Etenim, vt *diximus, in cap. de donatione, & in cap. de priuilegiatis perſonis*, tantæ poſſunt nocturno tempore adhiberi cautelæ, vt actus non dicatur clandeſtinus. Inſuper, quod dicit *Beroius ex Bart. in l. poſt contractum, num.7. verſic. Quartus caſus eſt, ff. de donat.* vt ſcilicet venditio facta clandeſtine, & occulto, valeat, nec in dubio † fraus præſumatur, donec probetur, 2
de eo maxime dubito, & niſi magni facerem Bartoli authoritatem, forte dictum illud temeritatis condemnarem per *text. in l. fin. cum ibi not. ff. de ritu nupt. & l. 1. C. de interdict. matrim.* Quod damnauit, & *Imol.* licet ex modeſtia, *ſub verbo, Forte, Imol.* inquam, *in ead. l. poſt contractum, num. 3 verſic. Item adde tertio, ff. de donat.* Nec facit negotium *text.* quem pro ſua opinione allegat *Bart. in dicta l. poſt contractum, nu.7. text.* inquam. *in l. ait prætor, § ſi quis*

*particeps,ff.de iis,quæ in fraud.credit.*inde enim ſi quid col-
3 ligi poteſt, id tantum deducitur, quod in dubio † exemptor non præſumitur doli particeps. Sed non agitur in textu illo de temporis circumſtantia,ſcilicet de nocturno tempore, quo caſu forte aliud ſanxiſſet Vlpianus ICtus illius legis author,& *nos in capite de dolo.*

Quod præterea pertinet ad venditionem, licet & nos confirmauerimus dictum Beroii, vt ſcilicet valeat no-
4 cturno tempore celebrata, ſicut, & quilibet † contractus *l.non minorem,C.de tranſact.ibid.Alciat.num.2. Verſic.Hora noctu, Dec.in cap. conſuluit, num.29. Verſic. Et prædicta concluſio,de offic. deleg. Iaſ in §.morte, loco inferius allegato,*
5 imo & quilibet actus, modo non prohibitus † *Ioan. de Selua in tract. de benefic.part.3 quæſt.17. num.4. Verſic. Et pro iſta parte, Felin.in cap.conſuluit,num.20.Verſic.Gloſſa,in Verbo,Lucem, de offic.delegat. Nauar.lib.1.conſil in tit.6.de electione conſil. 2. Definitorium, num. 1. Verſic. Reſpondeo,*
6 modo etiam ſit † extraiudicialis,*Iaſ.in l.non ſolum, § morte, num.43.Verſic.Primo quod licet,ff.de oper.nou.nunciat.* non eſt tamen actus adeo omni maior exceptione, quin
7 ei multo † facilius, quam diurnæ venditioni poſſit quilibet ex contrariis coniecturis merito iure inſidiari, & di-
8 cuntur habere præſumptionem contra ſe † acta nocturno tempore, *Ioan. de Selua loco cit. Felin.in cap.conſuluit, num.20.Verſic.Gloſſa,in Verbo, Lucem, de offic.deleg.* Maxime,ſi vera eſſet illa propoſitio,quod inſtrumenta facta de
9 nocte, niſi ex cauſſa † neceſſitatis ſunt ſuſpecta, *Bald. in cap.1. col.penult de fide inſtrument. Iaſ.in l. more Romano, num 20.Verſic.aduerte tamen,ff.de feriis.* Sed de hoc *ſuo loco in cap.de contractibus.*

CAPVT CVII.
De Oblatione

ARGVMENTVM.

Oblatio, etiam verbalis, qua alias nolenti recipere ſatisfacturi ſumus, ſi ea tamen ſit nocturna,non ſufficit.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Oblatio verbalis non ſufficit, vbi oblatio ſimpliciter requiritur.*
Fallit in caſu l. fundus, qui Lucii, ff. de reſcind. vendit. num. 2.
3 *Oblatio verbalis, ſi fiat in iudicio, ſufficit.*
4 *Oblatio verbalis ſufficit, vbi is, cui facienda eſt oblatio, dicat ſe nolle recipere.*
5 *Oblatio debet fieri congruis, loco, & tempore.*
6 *Paria ſunt non offerre, & offerre, ſed tempore incongruo offerre.*
7 *Oblatio ſolutionis facta de nocte reiici poteſt,*
Nec ideo offerens excuſatur à pœna, num. 8.
9 *Oblatio nocturna in cauſſa retractus nulla eſt.*

OBLATIONEM verbalem non ſufficere, vbi oblatio requiritur, ſed † realem deſiderari, voluit *Bar. & alii in l. prætor, § ſi quis paratus, ff. de operis noui nunciat. Corn. conſil. 37. Memini non multis dieb. num. 2. vol. 2. Viuius com. opin. 557. Oblatio verbalis, num. 1. pract. Papienſ. in tit. forma libelli, in cauſſa venditionis, in verbo, Supraſcriptum pretium, Anchar. conſil. 86. Pro faciliori ſolutione, num. 3. verſic. Nam primo debet offerre, idem Anchar. conſil. 135. Prima facie dicitur, in princ. Tiraquell. de retract. lignag. § 1. gloſſ. 19. Neq; enim, num. 5. verſic. Quanquam ſunt & alii: Petrus Gregor. Tholoſſ. in 3. part. ſyntag. iur. vniuerſ. in tit. generali de actionibus, lib. 26. cap. 23. Proximus, qui retrahere deſiderat, in tit. particulari de oblatione, num. 2. verſic. Verum, quod liquidum; Alexand. conſil. 131. In cauſſa inter vniuerſitatem, num. 11. verſic. Quoniam iſta verbalis oblatio, lib. 4. Marſil. ſing. 479. Oblatio, Rom. conſil. 163. Conſtitutio Curiæ, ad fin.* vbi *Horat. Mandoſ.* alios addit, *ſub litera C, Roland. à Valle conſil. 60. Clariſſimi iuris eſt, num. 33. verſic. Quia reſpondetur, vol. 4.* ita vt dicere poſſimus hanc eſſe * communem. *

Fallit primo notabiliter in † caſu *l. fundus, qui Lucii Titii, ff. de reſcind. vend. Alexand. conſil. 131 In cauſſa, num. 11. verſic. Quoniam iſta, lib. 4.* 2

3 Fallit ſecundo, ſi oblatio verbalis fiat in † iudicio, quia ſufficiet, *l. ſi rem, §. fin. ff. de pignorat. act. Tholoſſ. dicta part. 3. lib. 26. cap. 23, num. 2.*

4 Fallit tertio, vbicunq; is, cui fit oblatio, dicat ſe † nolle recipere, quia verbalis eo ſufficit caſu, nō etiam realis deſideratur oblatio, *Alex. in l. ſi mora, nu. 5. Verſ. Nono fallit, ff. ſol. matr. Dd. in l. qui Romæ, ff. de verb. obl.* & hāc eſſe * communem opinionem teſtatur *Viuius com. opin. 557. Oblatio verbalis, num. 5. verſic. Sed hoc non habet locum, Ancharan. conſil. 86. Pro faciliori, num. 3. verſic. Nam primo.*

Quod neceſſarium recipit temperamentum, ſi fiat,
5 congruis, † loco, & tempore, alias ſecus, *l. ſi ſoluturus, cum*
6 *gloſſ. ff. de ſolut.* paria enim ſunt † non offerre, & tempore incongruo offerre, de * communi *Roman. conſil. 163. Conſtitutio, num. 2. & Viuius d. opin. 557. num. 2. verſic. Siquidem offerre.*

7 Hinc eſt, quod offerens de † nocte ſolutionem reiici poteſt, ac ſi non obtuliſſet, *Tholoſſ. dicto cap. 23, lib. 26. part. num. 3. verſic. Vitioſa eſt tamen oblatio, Bald. in l. more Romano, num. 2. ff. de fer. Idem in l. obſignatione, C. de ſolut. in l. fin. C. de condit. inſert. & in l. acceptam, in 2. quæſt. C. de vſur.*
8 nec excuſatur † a pœna, *Salyc. in l. non minorem, in fin. ibid. Iaſ. num. 6. verſic. Vltimo bene, C. de tranſact.*

Et quia *Tholoſ. loco cit. in ſpecie de retract.* loquitur, qua-
9 re ſatis velle videtur, vt † nocte non poſſit fieri oblatio in cauſſa Retractus, alii vero affirmant; idcirco videamus in indiuiduo de oblatione in cauſſa Retractus.

CAPVT CVIII.

De Retractu.

ARGVMENTVM.

Olationem in cauſſa retractus nocturno tēpore fieri non poſſe ſuſtinet Author aduerſus Chaſſan. Ferro. Tiraq. & alios illorumq; refellit argumenta.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Retractus conuentionalis alio nomine dicitur Pactum gratiæ.*

2 *Retractus municipali iure introductus, dicitur Retractus conſanguineorum.*

3 *Mediolani ſtatutum de re paterna luenda.*

4 *Oblatio ad retrahendum poteſt fieri vltima hora anni, & diei.*

5 *Oblatio ad retrahendum poteſt fieri etiam de nocte.*
Contrarium ſuſtinet Author, num. 14.

6 *Sententia poteſt fieri incongruo tempore, ſi iuriſdictio ſit peritura.*
Contrarium ſentit Author, num. 7.

8 *Appellatio poteſt fieri de nocte.*

9 *Appellandi tempora, de iure communi currunt de momento ad momentum.*

10 *Terminus datus a iure municipali, non poteſt, aut tolli, aut reſtringi.*
Idem ſi ſit datus a iure communi, num. 11.

12 *Retractus tempora non currunt de momento ad momentum.*
Nec ideo dies termini computatur in termino, numero 13.

14 *Oblatio in materia retractus, non poteſt fieri de nocte.*

15 *Oblatio nocturno tempore facta ex impedimento iuſtiſſimo, forte faceret, vt offerenti competeret reſtitutio ex clauſula generali.*

16 *Oblatio interdum poteſt fieri ſummo mane poſt conuentum diem, & quando.*

RVSTICO aliquo, vel vrbano alienato prædio, vt plurimum locus eſt retractui intra certum tempus, vel à partibus conuentum, & hic dicitur † retractus 1 conuentionalis, Mediolani pactum gratiæ nominatur, vel à iure municipali determinatum, & hic † retractus 2 conſanguineorum appellatur. Exempli gratia Mediolani

extat ſtatutum *cap. 417. in tit. de re paterna luenda, Vol. 1.*
3 Quod ſi quis † rem aliquam immobilem paternam vendiderit, eius agnatus maſculus cuius aſcendentis res ipſa fuit, per ſe, vel per legitimam perſonam pro eo infra annum, & diem æquali precio eam rem luere poterit. Cer-
4 tum eſt, quod eiuſmodi oblatio ad † retrahendum poterit fieri vltima hora anni, & diei, *Carpan. ibid.* qui alios allegat, *num. 307. Verſic. Citatio, & oblatio, Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. num. 41. Verſic. Illud autem.*

Sed an poſſit fieri oblatio ad retrahendum de nocte? *Chaſſan. in rubr. 10. de retractu, §. 1. in Verbo, de dans, Lan. col. 1. Verſic. Sed quæro, quidam conſanguineus, Ferron. de retract. §. 21. Verſic. Hæc oblatio, Carpan. ad dictum ſtat. Mediolani, num. 307. late Tiraquell de retract. lignag. § 1. gloſſ. 11. num. 12. Verſic. Ex quibus potes intelligere, & de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. num 41. Verſic. Illud autem ſcire debes*, vo-
5 luerunt, quod † ſic.

Primo ex ſexcentis locis, in quibus habetur, quod id fieri poteſt nocte eius diei, quo tempus finitur propter periculum rei tempore perituræ, ſicut etiam dicimus,
6 quod † ſententia poteſt ferri incongruo tempore, ſi iuriſdictio ſit peritura.
7 Sed iam hoc † reiectum fuit *in cap. de ſententia*, de quo *inferius ſuo loco, in 5. fallentia*, ex *Imola in cap. conſuluit, de offic. delegat.* ex *Iaſone in l. non minorem, num. 3. in prima limitatione, C. de tranſact.* quod Felinus admonet notan-
* dum, tanquam vnum * miraculum, quia omnes in hoc errauerunt defendentes affirmatiuam, Felinus, inquam, in *d. cap. conſuluit, num. 18. Verſic. Et nota hoc, de offic. deleg.*

Secundo ex *Salycet. in Authent. Hodie, nu. 3. Verſic. Quæro ſeptimo, C. de appellat.* vbi dicit etiam extrema hora de-
8 cem dierum, etiam, ſi illa cadat in † noctem, appellari nihilominus poſſe, de quo *ſuo loco in cap. de appellat.*

Sed certe eſt valde diuerſa ratio. Erat enim apud Salycetum caſus eiuſmodi. Iudex quidam ſententiam tulerat apertis ianuis, & cum luminaribus tertia hora noctis: Parte vltima diei decem dierum, tertia hora noctis volebat victus appellare, recumbebat iudex, portæ Pa-
latii

latii occluſæ erant, appellare ideo non potuit. Quæſitum fuit, an cenſeretur deſerta appellatio, & concludit Salyc. partem negatiuam eſſe * tutiorem, vt ſcilicet non cẽſeatur deſerta appellatio, quia potuit appellare, de iure etiam, tertia noctis hora. 8

Eſt autem diuerſa ratio, quia tempus ad appellandum, de iure communi currit de † momento ad momentum, 9 dum ergo iudex tertia hora noctis fert ſententiam, debet etiam facere ſui copiam tertia hora noctis decimæ diei, alioquin reſtringeret terminum ad appellandum à iure communi conceſſum, ſic videtur ratiocinari *Salyc. loco cit.* Terminus autem datus à iure non poteſt per iudicem tolli, aut reſtringi, ſiue ſit is datus à iure † municipali, *Roman ſing. 465. num. 1 per Dyn in c. indultum, de reg iur. in 6. Aſin. in ſua Praxi* § 15. *c. 3. Iterum ſciendum, nu. 1. par. 1.* ſiue à iure † communi ſit indultus, poſt alios *ibi* allegatos *idẽ Aſin. ibid* §. 22 *c. 2. Secundo poſtquam vidimus, nu. 8. verſi. Et quod terminus a lege datus,* 10 11

Tempus autem anni, & diei ad retrahendum † non currit de momento ad momentum, *Boer. in ſuis Commentarijs, libro Des Coſtumes de Tours, titu. 15. de retract. art. 1. quaſt. 2.* ideo nec dies termini † computatur in termino. *Ferron. in titu. de retract.* §. 3. *Verſ. Quid igitur, &* §. 7. *Verſ. In ſpecie ſequentis,* & tandem *Tiraquel. de retract. Lignag.* §. 1. *gloſſ. 11 nu. 22. Verſ. Ego priorem partem,* & notat etiam *Carpanus ad ſtat. Mediolani 417. à num. 304. Verſ. Tempus hoc anni, par. 1.* 12

Concludo igitur in materia retract. non poſſe fieri oblationem de † Nocte per ea, quæ *diximus in ſuperiori capitulo de Oblatione,* & hoc ſatis colligitur ex *Gregor. Tholoſ. 3. par ſyntag. iur. cap. 23 in titu. de Oblatione, iungendo illius dicta vſq; ad num. 4.* 14

Bene fateor, quod ſi habens facultatem ad retrahendũ, offerret tantum vltima hora termini tempore nocturno, iuſtiſſimis cauſſis præpeditus, forte eſſet † reſtituendus 15 aduerſus lapſum temporis ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſſa, &c.

Neq; his aduerſatur, quod ſcripſit *Anton. Gama deciſ.*

211. Chriſtophorus, numero ſecundo, verſic. Non obſtat, quod obiiciebatur, dum voluit, quod non ita ſeuere ſit agendum, nec verba illa, quod intra certum diem fiat ſolutio, ſint, vt ipſe loquitur, ſtricte adeo, & amare intelligenda, 26 ſed potius adhuc oblatio fieri poſſit in † ſequentem diem ſtatim ſummo mane ſequenti. Is enim loquitur in caſu, quo per moram diſſoluebatur contractus, nos vero loquimur in caſu, in quo per moram conualidatur contractus, ſatis autem apparet ratio differentię vtroque caſu.

CAPVT CIX.

De Numeratione reali.

ARGVMENTVM.

Oblatio, quicquid ſit, an noctu fieri poſſit, creditor tamen reprobam forte pecuniam, ſibi oblatam non recipit inuitus. Purgatur tamen mora, ſed extorta perit pecunia debitori.

SVMMARIA.

1 *Oblatio poteſt fieri de nocte ex gloſſ.*
2 *Creditor non cogitur recipere pecuniam nocturno tempore.*
Non conſtat enim an proba ſit pecunia, an reproba, numer. 3.
4 *Solutio non poteſt fieri in loco inſidioſo.*
5 *Offerens incongruis loco, & tempore forte purgat moram.*
6 *Solutio poteſt fieri de nocte, ſed quid operetur.*
7 *Oblata pecunia incongruis, aut loco, aut tempore, reiecta perit debitori, non autem creditori.*

Retenta

REtenta autem eorum opinione, qui falſo tamen, vt
conamur, ſuſtinent † oblationem poſſe fieri de no- 1
cte, quod & voluit *gloſſ. in cap. Pronunciandum, in verbo,*
ad veſperam, de conſecrat. diſtinct. 3. receptum eſt apud
noſtros interpretes, non † teneri realiter creditorem no- 2
ctu precium recipere propter periculum improbæ mo-
netæ, nec enim eo tempore ſatis conſtat, an pecunia,
quam debitor vult ſoluere, proba ſit, an † reproba, *Tira-* 3
quel. de retract. lignag. §.1. gloſſ. 11. num. 10. verſi. Sed hoc ta-
men, & num. 12. in fin. verſ. Non teneri tamen, Bald. in l.
Mare Romano, numer. 2. verſ. In gloſſ. quæ incipit ff. de ſeruis,
Angel. in ead. l. mare, num. 8. verſi. Sequitur in gloſſ. ff. de ſe-
ruis, vel etiam, ſi locus ſit † inſidioſus, vel ſylueſtris, qua de 4
re poſſet de facili pecuniam recipiens derobari, *Angel.*
hic citat. Salycet. in l. non minorem, in fin. C. de tranſact.
vide etiam *Iaſon. in l. non ſolum §. morte, numer. 43. verſic.*
Primo, quod licet ff. de op. no. nunc. de * communi *Roman.* *
in l. Oratione, numero ſexto, verſic. Secundum membrum
ff. de ſeruis.

His tamen caſibus, forte offerens purgabit † moram, 5
& ita intelligo *Guidon. Papæ. ſingu. 1983. Dies incipit*, dum
vult, quod † ſolutio poſſit fieri de nocte, & hoc voluit et- 6
iam *Marc. Anton. Eugen. conſil. 48. Contracta ſocietate, nu.*
30. Verſ. Illud autem cum pluribus ſequentibus, lib. 1. Sed ſi
illi pecunia a prauis hominibus extorqueatur in † itine- 7
re, non peribit pecunia furto ſubtracta creditori, cui ſit
facta oblatio, ſed offerenti debitori.

CAPVT CX.

De Periurio.

ARGVMENTVM.

Peieraſſe quare non dicatur, qui iuratus ſe die Dominico æs alienū diſſolutu-rum, ad mediam noctem diſtulit,

SVM-

SVMMARIA.

1 *Periurus non eſt, qui iurauit ſoluere die Dominico & ſoluit ad mediam noctem.*
Ratio prima ex Mantua num. 2.
Reijcitur, num. 3.
Ratio adducitur ab Authore, num. 4.
5 *Periurium, vt euitetur, benignior fit interpretatio.*

EVm, qui iurauerit die Dominico ſoluere, ſi ad medi-
1 am ſoluat noctem, non eſſe † periurum ſcripſit *Bal. in cap. ego N. nu. 3 verſ. Item qui iurauit de iureiur. ex Archid. in cap. quod à patribus 75. diſtinct.* idem voluit *Cotta in ſuis Memorabilibus in verbo Diem in fine, Mantua in ſuo Dialogiſmo claſ. 4. ca. 50. Scio, quod dies, nu. 8. verſ. Si quis iuraſſet. Res non habet difficultatem.*

Dubium eſt, quæ nam ſit ratio. Et *Mantua loco cit.* eam
2 † adduxit rationem, quoniam ſic promittendo, voluit ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, ſeq; obligare, prout de iure tenetur ex promiſſione facta *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* quæ ratio varias in iure patitur
3 † difficultates, vt videre eſt *in c. de Numeratione reali*,
4 Eam ego aſſignauerim † rationem, & ſatis in ſui generalitate vulgatam, quoniam ſcilicet ad euitandum periu-
5 rium latiſſima ſit facienda, eaq; benignior † interpretatio, quo caſu appellatione diei venit etiam nocturnum tempus ad mediam noctem, vt *diximus in ca. 3. Nox quando dicatur.*

CAPVT CXI.

De Tranſactione.

ARGVMENTVM.

Tranſactionem noctu fieri poſſe. Quid dicendum de ſententia, remiſſiue.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Tranſactio nocturno tempore celebrari poteſt.*
2 *Sententia an nocturno tempore poſſit ferri, remiſſiue.*

TTranſactionem nocturno tempore † celebrari poſſe, 1
vt innumeros miſſos faciam, eſt *text. in l. non minorem C. de tranſact.* in hęc verba. Non minorem auctoritatem tranſactionum, quam rerum iudicatarum eſſe, recta ratione placuit. Siquidem nihil ita fidei congruit humanæ, quam ea, quæ placuerant, cuſtodiri. Nec enim ad reſcindendum pactum ſufficit, quod hoc ſecunda hora noctis intercesſiſſe proponas, cum nullum tempus ſanæ mẽtis maiori viginti quinq; annis cõſenſum repudiet. Quatenus autem hic videntur eodem referri, ſententia, & trãſactio, an ſententia † nocturno tempore ferri poſſit, vide- 2
bimus *ſuo loco in ca. de Sententia.*

CAPVT CXII.

De Treuga.

ARGVMENTVM.

Treuga, quas Inducias dicit Tiraquellus, an nocturno tempore conueniri poſſit, & terminari, noua diſtinctio Authoris inter legalem, & conuentionalem. Eaſdem inducias noctu ſeruandas.

SVMMARIA.

1 *Dies termini regulariter non computatur in termino.*
2 *Dies termini, vbi computatur in termino, computatio fit ab hora, & momento.*

3 Dies

re ſuſpectorum, & alios, à quibus omnino excipit teſtamenta, & quare.

SVMMARIA

1 *Contractus omnes fieri poſſunt nocturno tempore.*
2 *Inſtrumentum quodlibet poteſt nocturno tempore fieri.*
3 *Inſtrumenta nocturna extra cauſſam neceſſitatis ſunt ſuſpecta.*
4 *Contractus de genere ſuſpectorum nocturno tempore facti extra cauſſam neceſſitatis, ſunt ſuſpecti.*
Secus ſi non ſunt de genere ſuſpectorum, nu. 5.
6 *Venditio non eſt de genere ſuſpectorum.*
7 *Donatio eſt de genere ſuſpectorum.*
8 *Teſtamenta poſſunt indiſtincte nocturno tempore celebrari.*
Ratio adducitur, nu. 9.
10 *Neceſſitas ſemper adeſt in teſtamentis conficiendis.*
11 *Neceſſitas inſtantis mortis imaginariæ, præponderat in vltimis voluntatibus neceſſitati inſtantis mortis realiter.*
12 *Contractus, etiam de genere non ſuſpectorum nocturno tempore celebrati facilius concurrunt.*
Præcipue, ſi data opera, non autem caſu ſint celebrati eo tempore, num. 13.
14 *Contractus, &*
Inſtrumenta nocturno tempore celebrata deſiderant tria luminaria.

Contractus quoſlibet 1 nocturno tempore fieri poſſe eſt *text. & ibi* notatur ab * omnibus *in l. non minorem, C. de tranſact. Neguſant. in tractat. de pignor. in primo memb. 3. part. Capiendo itaque primum, numero tertio, verſi. Item poteſt conſtitui etiam de Nocte, Decian. in cap. conſuluit, numer. 29. verſi. Et prædicta concluſio, de offic. deleg. Iaſon in l. non ſolum §. morte, numer. 45. verſi. Primo, quod licet ff. de*

ff. de [illegible] *Mantuan. ſuo Dialog. ſing. claſ. 4. capit. 50.* [illegible] *quod dicimus* [illegible] *qui nititur ſola auctoritate* [illegible] *cap. conſuluit, numer. 13. de offic. deleg. Nauarr. conſil.* [illegible] *de Electione, conſ. 1.* [illegible] *nu. 1. Verſi.* [illegible] *Roman. in l. oratione, nu. 8. verſ. Vltimo, poſt gloſſ.* [illegible] *ff. de ſer.*

Atqui, cum nemo eſt, qui ambigat contractus quoslibet, ac quælibet † inſtrumenta nocturno tempore poſſe 2 celebrari, voluerunt tamen nonnulli inſtrumenta facta de nocte extra cauſſam † neceſſitatis eſſe ſuſpecta. *Bald.* 3 *in cap. 1. colum. pen. de fid. inſtrum. Iaſ. in l. Mora* [illegible] *numer. 10. Verſi. Aduerte tamen ff. de ſeruis, Decian. in cap. conſuluit, numer. 45. ante verſi. Ideo* [illegible] *tabelliones, de offic. deleg. Iaſon* [illegible] *in l. non minorem, numer. 2. verſic. Aduerte tamen C. de tranſact. Idem Iaſ. conſil 50. Placet* [illegible] *numer. 4. verſi.* [illegible] *colum. 3. Claud. Bertaz. ad conſil. patris ſui, conſ. 538. Cum in hac cauſſa, ſub litera A, ſol. 2.*

Sed certe hi interpretes nimis negocium reſtringunt, & communis repugnat * obſeruatio, qua pleraque ex in- *
ſtrumentis, & contractibus nocturno tempore maiori [illegible] celebrantur. Maxime, quoniam non male punit notarius, dum inſtrumentum nocturno tempore celebratum, ſub die, vel præcedenti, vel nocte ſequenti notat, ut latius *in cap. de Notario.* Quod profecto non adiiceretur in partis præiudicium, ſi nocturno tempore celebrari actus extra neceſſitatis caſum ſuſpicionem redoleret.

Ne tamen [illegible] virorum auctoritatem aſpernari videamur, illam diſtinctionis fœdere temperamus. Vt ſcilicet contractus ſint in duplici differentia, alii de genere ſuſpectorum, alii de genere non ſuſpectorum. Contractus ergo de genere † ſuſpectorum, omnino ſuſpicionem 4 præ ſe ferunt, ſi extra neceſſitatis cauſſam nocturno tempore celebrentur: contractus vero de genere † non ſu- 5 ſpectorum nequaquam, *Ioan. de Selua in tract. de Benef.* [illegible] *num. 4. Verſ. Et* [illegible] *parte.* [illegible] *in cap. conſuluit* [illegible] *Verſ. gloſſ. in verb. Lucem, de off. deleg.*

extat ſtatutum *cap. 417. in tit. de re paterna luenda, Vol. 1.*
3 Quod ſi quis † rem aliquam immobilem paternam vendiderit, eius agnatus maſculus cuius aſcendentis res ipſa fuit, per ſe, vel per legitimam perſonam pro eo infra annum, & diem æquali pretio eam rem luere poterit. Certum eſt, quod eiuſmodi oblatio ad † retrahendum poterit fieri vltima hora anni, & diei, *Carpan. ibid.* qui alios allegat, *num. 307. Verſic. Citatio, & oblatio, Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. num. 41. Verſic. Illud autem.*
4

Sed an poſſit fieri oblatio ad retrahendum de nocte? *Chaſſan. in rubr. 10. de retractu, §. 1. in Verbo, de dans, Lan. col. 1. Verſic. Sed quaro, quidam conſanguineus, Ferron. de retract. §. 21. Verſic. Hac oblatio, Carpan. ad dictum ſtat. Mediolani, num. 307. late Tiraquell de retract. lignag. § 1. gloſſ. 11. num. 12. Verſic. Ex quibus potes intelligere, & de retract. conuent. §. 1. gloſſ. 7. num 41. Verſic. Illud autem ſcire debes*, vo-
5 luerunt, quod † ſic.

Primo ex ſexcentis locis, in quibus habetur, quod id fieri poteſt nocte eius diei, quo tempus finitur propter periculum rei tempore perituræ, ſicut etiam dicimus,
6 quod † ſententia poteſt ferri incongruo tempore, ſi iuriſdictio ſit peritura.

7 Sed iam hoc † reiectum fuit *in cap. de ſententia*, de quo *inferius ſuo loco, in §. fallentia,* ex *Imola in cap. conſuluit, de offic. delegat. ex Iaſone in l. non minorem, num. 3. in prima limitatione, C. de tranſact.* quod Felinus admonet notan-
* dum, tanquam vnum * miraculum, quia omnes in hoc errauerunt defendentes affirmatiuam, Felinus, inquam, in *d. cap. conſuluit, num. 18. Verſic. Et nota hoc, de offic. deleg.*

Secundo ex *Salycet. in Authent. Hodie, nu. 3. Verſic. Quaro ſeptimo, C. de appellat.* vbi dicit etiam extrema hora de-
8 cem dierum, etiam, ſi illa cadat in † noctem, appellari nihilominus poſſe, de quo *ſuo loco in cap. de appellat.*

Sed certe eſt valde diuerſa ratio. Erat enim apud Salycetum caſus eiuſmodi. Iudex quidam ſententiam tulerat apertis ianuis, & cum luminaribus tertia hora noctis: Parte vltima diei decem dierum, tertia hora noctis volebat victus appellare, recumbebat iudex, portæ Palatii

latii occluſæ erant, appellare ideo non potuit. Quæſitum fuit, an cenſeretur deſerta appellatio, & concludit Salyçet. partem negatiuam eſſe * tutiorem, vt ſcilicet non cęſeatur deſerta appellatio, quia potuit appellare, de iurę etiam, tertia noctis hora. 9

Eſt autem diuerſa ratio, quia tempus ad appellandum, de iure communi currit de † momento ad momentum, 9 dum ergo iudex tertia hora noctis fert ſententiam, debet etiam facere ſui copiam tertia hora noctis decimæ diei, alioquin reſtringeret terminum ad appellandum à iure communi conçeſſum, ſic videtur ratiocinari *Salyc. loco cit.* Terminus autem datus à iure non poteſt per iudicem tolli, aut reſtringi, ſiue ſit is datus à iure † municipali, *Roman ſing. 465. num. 1 per Dyn in c. indultum, de reg iur. in 6. Aſin. in ſua Praxi* §. 15. *c.* 3. *Iterum ſciendum, nu.* 1. *par.* 1. ſiue à iure † communi ſit indultus, poſt alios *ibi* allegatos *idē* 11 *Aſin. ibid* §. 22 *c.* 2. *Secundo poſtquam vidimus, nu.* 8. *verſi. Et quod terminus à lege datus,* 10

Tempus autem anni, & diei ad retrahendum † non 12 currit de momento ad momentum, *Boer. in ſuis Commentarijs, libro Des Coſtumes de Tours, titu.* 15. *de retract. art.* 1. *quaſt.* 2. ideo nec dies termini † computatur in termino. *Ferron. in titu. de retract.* §. 3. *verſ. Quid igitur, &* §. 7. *verſ. In ſpecie ſequentis,* & tandem *Tiraquel. de retract. Lignag.* §. 1. *gloſſ.* 11 *nu.* 22. *verſ. Ego priorem partem,* & notat etiam *Carpanus ad ſtat. Mediolani* 417. *à num.* 304. *verſ. Tempus hoc anni par.* 1.

Concludo igitur in materia retract. non poſſe fieri oblationem de † Nocte per ea, quæ *diximus in ſuperiori capitulo de Oblatione,* & hoc ſatis colligitur ex *Gregor. Tholoſ. 3. par ſyntag. iur. cap.* 23. *in titu. de Oblatione, iungendo illius dicta vſq; ad num.* 4. 14

Bene fateor, quod ſi habens facultatem ad retrahendū, offerret tantum vltima hora tęrmini tempore nocturno, iuſtiſſimis cauſſis præpeditus, fortę eſſet † reſtituendus 15 aduerſus lapſum temporis ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſſa, &c.

Neq; his aduerſatur, quod ſcripſit *Anton. Gama deciſ.*

211. Chriſtophorus, numero ſecundo, verſic. Non obſtat, quod obiiciebatur, dum voluit, quod non ita ſeuere ſit agendum, nec verba illa, quod intra certum diem fiat ſolutio, ſint, vt ipſe loquitur, ſtricte adeo, & amare intelligenda,
26 ſed potius adhuc oblatio fieri poſſit in † ſequentem diem ſtatim ſummo mane ſequenti. Is enim loquitur in caſu, quo per moram diſſoluebatur contractus, nos vero loquimur in caſu, in quo per moram conualidatur contractus, ſatis autem apparet ratio differentię vtroque caſu.

CAPVT CIX.

De Numeratione reali.

ARGVMENTVM.

Oblatio, quicquid ſit, an noctu fieri poſſit, creditor tamen reprobam forte pecuniam, ſibi oblatam non recipit inuitus. Purgatur tamen mora, ſed extorta perit pecunia debitori.

SVMMARIA.

1 *Oblatio poteſt fieri de nocte ex gloſſ.*
2 *Creditor non cogitur recipere pecuniam nocturno tempore.*
Non conſtat enim an proba ſit pecunia, an reproba, numer. 3.
4 *Solutio non poteſt fieri in loco inſidioſo.*
5 *Offerens incongruis loco, & tempore forte purgat moram.*
6 *Solutio poteſt fieri de nocte, ſed quid operetur.*
7 *Oblata pecunia incongruis, aut loco, aut tempore, reiecta perit debitori, non autem creditori.*

Retenta

RElicta autem eorum opinione, qui falſo tamen, vt opinamur, ſuſtinent † oblationem poſſe fieri de no- 1
cte, quod & voluit *gloſſ. in cap. Pronunciandum, in Verbo, Ad veſperam, de conſecrat. diſtinct. 3.* receptum eſt apud
noſtros interpretes, non † teneri realiter creditorem no- 2
ctu precium recipere propter periculum improbæ monetæ, nec enim eo tempore ſatis conſtat, an pecunia,
quam debitor vult ſoluere, proba ſit, an † reproba, *Tira-* 3
quel. de retract. lign. §. 1. gloſſ. 11. num. 10. Verſi. Sed hoc tamen, & num. 12. in fin. Verſ. Non teneri tamen, Bald. in l. Mare Romano, numer. 2. Verſ. In gloſſ. quæ incipit ff. de ſeruis, Angel in ead. l. more, num. 8 Verſi. Sequitur in gloſſ. ff. de ſeruis, vel etiam, ſi locus ſit † inſidioſus, vel ſylueſtris, qua de 4
re poſſet de facili pecuniam recipiens derobari, *Angel. loco citat. Salycet. in l. non minorem, in fin. C. de tranſact.* vide etiam *Iaſon. in l. non ſolum §. morte, numer. 43. Verſic. Primo, quod licet ff. de op. no. nunc.* de * communi *Roman. in l. Oratione, numero ſexto, Verſic. Secundum membrum ff. de ſeruis.* *

His tamen caſibus, forte offerens purgabit † moram, 5
& ita intelligo *Guidon. Pap. ſingu. 1983. Dies incipit,* dum
vult, quod † ſolutio poſſit fieri de nocte, & hoc voluit et- 6
iam *Marc. Anton. Eugen. conſil. 48. Contracta ſocietate, nu. 30. Verſ. Illud autem cum pluribus ſequentibus, lib. 1.* Sed ſi
illi pecunia a prauis hominibus extorqueatur in † itine- 7
re, non peribit pecunia furto ſubtracta creditori, cui ſit facta oblatio, ſed offerenti debitori.

CAPVT CX.

De Periurio.

ARGVMENTVM.

Peieraſſe quare non dicatur, qui iuratus ſe die Dominico æs alienũ diſſoluturum, ad mediam noctem diſtulit.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Periurus non eſt, qui iurauit ſoluere die Dominico & ſoluit ad mediam noctem.*
Ratio prima ex Mantua, num. 2.
Reijcitur, num. 3.
Ratio adducitur ab Authore, num. 4.
5 *Periurium, vt euitetur, benignior ſit interpretatio.*

1 EVm, qui iurauerit die Dominico ſoluere, ſi ad mediam ſoluat noctem, non eſſe † periurum ſcripſit *Bal. in cap. ego N. nu. 3 verſ. Item qui iurauit, de iureiur. ex Archid. in cap. quod à patribus 75. diſtinct.* idem voluit *Cotta in ſuis Memorabilibus in verbo Diem in fine, Mantua in ſuo Dialogiſmo claſ. 4. ca. 50. Scio, quod dies, nu. 8. verſ. Si quis iuraſſet. Res non habet difficultatem.*

2 Dubium eſt, quæ nam ſit ratio. Et *Mantua loco cit.* eam † adduxit rationem, quoniam ſic promittendo, voluit ſe conformare cum diſpoſitione iuris communis, ſeq; obligare, prout de iure tenetur ex promiſſione facta *l. hæredes mei §. cum ita ff. ad Trebell.* quæ ratio varias in iure patitur
3 † difficultates, vt videre eſt *in c. de Numeratione reali.*
4 Eam ego aſſignauerim † rationem, & ſatis in ſui generalitate vulgatam, quoniam ſcilicet ad euitandum periu-
5 rium latiſſima ſit facienda, eaq; benignior † interpretatio, quo caſu appellatione diei venit etiam nocturnum tempus ad mediam noctem, vt *diximus in ca. 3. Nox quando dicatur.*

CAPVT CXI.

De Tranſactione.

ARGVMENTVM.

Tranſactionem noctu fieri poſſe. Quid dicendum de ſententia, remiſſiue.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Tranſactio nocturno tempore celebrari poteſt.*
2 *Sententia an nocturno tempore poſſit ferri, remiſſiue.*

Tranſactionem nocturno tempore † celebrari poſſe, 1 vt innumeros miſſos faciam, eſt *text. in l. non minorem C. de tranſact.* in hęc verba. Non minorem auctoritatem tranſactionum, quam rerum iudicatarum eſſe, recta ratione placuit. Siquidem nihil ita fidei congruit humanæ, quam ea, quæ placuerant, cuſtodiri. Nec enim ad reſcindendum pactum ſufficit, quod hoc ſecunda hora noctis interceſſiſſe proponas, cum nullum tempus ſanæ mẽtis maiori viginti quinq; annis cõſenſum repudiet. Quatenus autem hic videntur eodem referri, ſententia, & trãſactio, an ſententia † nocturno tempore ferri poſſit, videbimus *ſuo loco in ca. de Sententia.* 2

CAPVT CXII.

De Treuga.

ARGVMENTVM.

Treuga, quas Inducias dicit Tiraquellus, an nocturno tempore conueniri poſſit, & terminari, noua diſtinctio Authoris inter legalem, & conuentionalem. Eaſdem inducias noctu ſeruandas.

SVMMARIA.

1 *Dies termini regulariter non computatur in termino.*
2 *Dies termini, vbi computatur in termino, computatio fit ab hora, & momento.*

3 Dies

3 *Dies facta treuga, an computetur in termino.*
4 *Treuga computatur ad nocturnum tempus, ſi nocturno tempore ſit celebrata.*
5 *Treugæ dies, ſecundum aliquos, commenſuratur ab ortu ad ortum.*
6 *Treugæ dies quomodo intelligatur ab Hoſtienſe.*
7 *Treuga legalis quomodo commenſuretur.*
8 *Treuga conuentionalis quomodo computetur.*
9 *Treuga conuentionalis nocturno tempore conueniri, & nocturno tempore terminari poteſt.*
10 *Treugæ alio modo dicuntur induciæ.*
11 *Treuga eſt ſeruanda, etiam noctis tempore.*

DIes termini, an, & quando computetur in termino, non eſt huius loci diſputare, eſt enim communis,
1 quod regulariter non † cõputatur, vt de * communi *Put. lib. 2. deciſ. 442. Vacauit Canonicatus, nu. 3. late Caſtr. in l. 1. nu. 2 ff. ſi quis cautionib.* latiſſime *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. glo. 11. à nu. 17. Verſ. Sed vt his omiſſis, Marc. Ant. Eugen. conſ. 48. Contracta ſocietate per totum, lib. 1. Camillus Borell. conſ. 19. Non ſolum, in prima centuria.*

Illud tamen certum eſt, quod vbicunque dies aſſignationis termini computatur in termino, ibi ſemper com-
2 putatio fit ab hora, † & momento aſſignationis, adeo, quod pars illa diei, quæ præceſſerat horam aſſignationis non venit in termino computanda, ita *Corn.* de * communi teſtando, *conſ. 179. nu. 2. & num. 4 lib. 4.* vbi in caſu,
3 an dies †, factæ Treugæ computetur in termino, conclu- dit includi, ſed inchoare à momento celebrati cõtractus, ita etiam *Hieron. Magon. deciſ. Florent. 8. Frequens eſt, nu. 16. Verſ. Pro qua opinione, & nu. 17. Verſ. Vbi in caſu,* Ideoq;
4 ad nocturnum † tempus treugam poſſe computari, ſi nocturno tempore treuga fuerit celebrata.

Ex quibus patet non mediocriter dubitandum de eo, quod voluit Iaſon *in l. More, num. 5. ff. de ferijs, Viuius communi opinione 950. Teſtis deponens de Nocte, num 20 Verſic.*
5 *Cæterum prædicta,* dum voluerunt, quod in treugis † dies commenſuretur ab ortu ad ortum, ſentientes ideo non

eſſe

eſſe faciendam computationem de momento ad momentum, nec treugæ terminum, aut ex nocturno inchoari tempore, aut ad nocturnum tempus terminari poſſe. Sed certe pro opinione Iaſonis, & Viuii eſt *text. in cap. 1. de Treuga, & pace.* Treugas, inquit text. à quarta feria poſt occaſum Solis, vſque ad ſecundam feriam in ortu Solis, &c. Et licet *tex. ilic* videatur aliquam pati difficultatem ex *Iaſon. loco cit.* ab * omnibus tamen ita intelligitur. Hoſtienſis autem voluit diem treugæ intelligi ab † occaſu ad 6 ortum, & bene dicit pro ſubiecta materia Hoſtienſ. *in ſumma, in titu. de ferijs §. qualiter diſtinguatur, num. 3. verſ. Quoad obſeruationem treugæ.*

Diſtinguo ego nouiſſime inter treugam legalem, & treugam conuentionalem, vt treuga † legalis commen- 7 ſaretur ab ortu ſolis ad ortũ, & ſic procedat opinio Iaſonis, & Viuii, ac diſpoſitio *text. in cap. 1. de treuga, & pace:* treuga autem † conuentionalis computetur de momen- 8 to ad momẽtum, & ſic procedat communis opinio Cornei, & Magonii, & propterea treuga conuentionalis, & † nocturno tempore conueniri, & per conſequẽs noctur- 9 no tempore terminari poſſit.

Vtroque autem caſu eſſe treugam, quas † inducias vo- 10 cat Tiraquel. *mox allegand.* eſſe inquam ſeruandam treugam etiam noctis † tempore, poſt ibi allegatos ſcripſit 11 *Tiraquel. de retract. Lignag. §. 1. gloſſ. 11. num. 9. in fin. verſi. Quin etiam.*

CAPVT CXIIII.

De Contractibus.

ARGVMENTVM.

Contractus iniri & de iis inſtrumentum poſſe confici, etiam nocturnò tempore, ſuſpicione tamen non carere. Sed Author diſtinguit inter actus de genere ſuſpe-

re ſuſpectorum, & alios, à quibus omnino excipit teſtamenta, & quare.

SVMMARIA

1 *Contractus omnes fieri poſſunt nocturno tempore.*
2 *Inſtrumentum quodlibet poteſt nocturno tempore fieri.*
3 *Inſtrumenta nocturna extra cauſſam neceſſitatis ſunt ſuſpecta.*
4 *Contractus de genere ſuſpectorum nocturno tempore factis extra cauſſam neceſſitatis, ſunt ſuſpecti.*
Secus ſi non ſunt de genere ſuſpectorum, nu 5.
6 *Venditio non eſt de genere ſuſpectorum.*
7 *Donatio eſt de genere ſuſpectorum.*
8 *Teſtamenta poſſunt indiſtincte nocturno tempore celebrari*
Ratio adducitur, nu. 9.
10 *Neceſſitas ſemper adeſt in teſtamentis conficiendis.*
11 *Neceſſitas inſtantis mortis imaginariæ, præponderat in vltimis voluntatibus neceſſitati inſtantis mortis realiter.*
12 *Contractus, etiam de genere non ſuſpectorum nocturnò tempore celebrati facilius concurrunt.*
Præcipue, ſi data opera, non autem caſu ſint celebrati eo tempore, num. 13.
14 *Contractus, &*
Inſtrumenta nocturno tempore celebrata deſiderant tria luminaria.

Contractus quoſlibet † nocturno tempore fieri poſſe eſt *text.* & *ibi* notatur ab * omnibus *in l. non minorem, C. de tranſact. Neguſant. in tractat. de pignor. in primò memb. 3. part. Capiendo itaque primum, numero tertio, verſi. Item poteſt conſtitui etiam de Nocte, Decian. in cap. conſuluit, numer. 29. verſi. Et prædicta concluſio, de offic. deleg. Iaſon in l. non ſolum §. morte, numer. 43. verſi. Primo, quod licet ff de*

ff. de op. no. nunc. Mantua in ſuo Dialog. claſ. 4. capit. 50. [illegible] quod dic. numer. 9. inſpe. qui innititur ſola auctoritate *Bald. in cap. conſuluit, numer. 13. de offi. deleg. Nauarr. conſiliis 1. in tit. 6. de Electione, conſ. 2. Deſinit. nu. 1. verſi. Reſpondeo, Roman. in l. ratione, nu. 8. verſ. Vltimo. poſt gloſſ. ibid. ff. de ſer.*

Atqui, etſi nemo eſt, qui ambigat contractus quoſlibet, ac quælibet † inſtrumenta nocturno tempore poſſe 2 celebrari, voluerunt tamen nonnulli inſtrumenta facta de nocte extra cauſſam † neceſſitatis eſſe ſuſpecta. *Bald.* 3 *in cap. 1. colum. pen. de fid. inſtrum. Iaſ. in l. More Romano numer. 10. verſi. Aduerte tamen ff. de ſeruis, Decian. in cap. conſuluit, numer. 45. ante verſi. Ideo caueant tabelliones, de offi. deleg. Iaſon rurſus in l. [illegible], numer. 2. verſic. Aduerte tamen C. de tranſact. Idem Iaſ. conſil. 50. Placet conſultatis, numer. 4. verſi. [illegible], Volum. 3. Claud. Bertet. ad conſil. patris ſui, conſ. 538. Cum in hac cauſa, ſub litera A, ſoli 2.*

Sed certe hi interpretes nimis negocium reſtringunt, & communi repugnat * obſeruatio, qua pleraque ex inſtrumentis, & contractibus nocturno tempore maiori nacto ocio celebrantur. Maxime, quoniam non male ponit notarius, dum inſtrumentum nocturno tempore celebratum, ſub die, vel præcedenti, vel vnde ſequenti notat, vt latius *in cap. de Notario.* Quod profecto non admitteretur in partis præiudicium, ſi nocturno tempore celebrati actus extra neceſſitatis caſum ſuſpicionem redolerent.

Ne tamen tantorum virorum auctoritatem aſpernari videamur, illa in diſtinctionis fœdere temperamus. Vt ſcilicet contractus ſint in duplici differentia, alii de genere ſuſpectorum, alii de genere non ſuſpectorum. Contractus ergo de genere † ſuſpectorum, omnino ſuſpicionem 4 præ ſe ferent, ſi extra neceſſitatis cauſſam nocturno tempore celebrentur, contractus vero de genere † non ſu- 5 ſpectorum nequaquam, *Ioan. de Selua in tractat. de Benef. par. 3. q. [illegible] num. 4. verſ. Et pro iſta parte, Felin. in cap. conſuluit, nu. 2. verſ. gloſſ. in verb. [illegible] de off. deleg.*

Hinc patet, quare *in cap. de Venditione*, dixerimus cum
Beroio *conſ. 59. Licet de ſimplici, nu.* 10. *cum dubiis ſequen-*
tibus, lib. 1. quod venditio poteſt celebrari etiam de nocte,
nec dolus præſumitur, niſi probetur, *In cap. Vera de Dona-*
tione, dixerimus donationem ex *eod. Beroio loco cita.* facili-
us pręſumi ſuſpectam, ſi nocturno tempore celebretur, ſi-
6 quidem † venditio non eſt de genere ſuſpectorum, dona-
7 tio autem eſt de genere † ſuſpectorum.

Hinc tamen omnino cauſſam teſtamenti excipien-
8 dam arbitror, poſſunt enim indiſtincte † teſtamenta no-
cturno tempore celebrari *l. ad teſtium §. ſignum autem,*
Verſi. Poſſe, & nocte, ff. qui teſtament. D. Mantica de conie-
ctur. Vltim. Volunt. libro ſecundo, tit. 8. Quamuis ſolemnitas,
numer. 3. Verſic. Illud etiam notandum puto. Decian. conſil.
374. In caſu propoſito, per totum, & latius ſcripſimus *in cap.*
9 *de Teſtamentis.* Et ratio eſſe poteſt, quoniam † licet teſta-
mentum ſit de genere ſuſpectorum, quia tamen ſubeſt ne-
ceſſitas, nocturno tempore poteſt expediri, vt patet ex
ſuperius adductis. In teſtamentis autem conficiendis, ſem-
10 per profecto adeſt † neceſſitas, vel realis, quia ſcilicet
mors realiter inſtet, vel imaginaria, quod quis ſe morti
11 ſemper proximum animaduertat, quæ poſterior † neceſ-
ſitas in materia vltimarum voluntatum, priori præcel-
lit, atque præponderat, vt ſatis ſuſtinuimus *in tra-*
ctat. de actio. in mort. art. capit. 78. l. pen. C. de ſacroſanct.
Eccleſ.

Rurſum contractus, & inſtrumenta etiam de genere
12 † non ſuſpectorum, nocturno tempore celebrata, non
erunt actus adeo omni exceptione maiores, quin multo
facilius ex leuioribus coniecturis ab eorum præſumpta
legalitate recedamus, & ita intelligo *Ioan. de Selua in d.*
ſto tractat. de Benef. par. 3. quæſt. 10. 17. numer. 4. Alciat. in l.
non minorem, num. 3. Verſ. Non tamen par C. de tranſact. per
Bal. in cap. 1. de fide inſtrument. ita etiam *Felin. in d. cap.*
conſuluit, num. 20. de offic. deleg. & Decian. in eod. cap. con-
ſuluit, numer. 41. Verſi. Et ideo caueant tabelliones, Claud.
Bertaz. ad conſil. patrum ſacr. conſil. 538. Cum in hac cauſſa.
13 *ſub litera A. Volum.* 2. Præcipueque ſi data † opera, non
autem

[illegible] caſu, celebrata ſint nocturno tempore, eo enim caſu magis profecto ſuſpecta erunt inſtrumenta nocturno confecta tempore. *Claud. Bertaz. loco cita.* & tradit etiam *Dec. in cap. conſuluit, num. 5. Verſ. Vltimo notandum, de offi. deleg.*

Interea autem contractus, & inſtrumenta nocturno
tempore celebrata deſiderabunt omnino † tria lumina- 14
ria, vt diximus *in cap. de Sententia, de Luminaribus, & in cap. de Teſtamentis, ex tex. in l. 1. §. tria luminaria ff. de Ven. [illegible] inſpiciendo. Ioan. de Selua in tract. de Benef. par. 1. quaſt. [illegible] nu. 2. Verſ. Et ibi ſubdit. Alber. in l. non minorem, num. 2. Verſ. Et [illegible] C. de tranſact. Felin. in cap. cõſuluit, nu. 18. Verſ. Et nota, de offic. deleg. Iaſ. in conſ. 50. num. 1. Vol. 3. Dec. conſ. 354. In caſu propoſito per totum, Decian. conſ. 65. num. [illegible] Vol. 1. D. Menoc. de conſect. vlt. Volunt. lib. 2. tit. 8. Quæ[illegible] num. 5. Verſ. Illud etiam,* & ita ſeruari in * praxi notaui- *
mus alias ex *Aret. § omnis, col. 4. Inſtit. de Verb. oblig. D. meo Præc. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quaſt. 62. Viuio opin. 703. num. 4. Verſ. Et aduerte,* de communi, & magis ** com- *
muni teſtatur *Bernardus Henricus in ſua ſumma aurea magis communium opinionum, lib. 3. concluſ. 1[illegible]4. Sententia ad hoc,* Iaſon etiam *in indiuiduo contractuum, conſ. 50. Placet conſultatio, num. 2. Vol. [illegible]. Roman. in l. oratione, nu. 8. Verſ. Dubium eſt ff. de [illegible], Claud. Bertaz. ad conſ. Patris ſui, conſ. [illegible]. Cum in hac cauſa, ſub litera A. Vol. 1. Durãt. de art. [illegible] tit. 2. de teſtam. [illegible] caut. 8. Teſtes ad teſtamenti, nu. [illegible] Verſ. Item teſtes, Cagnol. in l. ſi librarius, nu. 72. Verſ. Et de- [illegible] ff. de [illegible] iur. Alciat. in l. non minorem, nu. [illegible] Verſ. [illegible] C. de Tranſact.*

CAPVT CXIV.

De Stipulatione.

ARGVMENTVM.

Stipulatio, quæ ex Iacobo de Nigris nocturno tempore poteſt concipi, illud

 pronun-

pronunciatum ſine diſtinctione relictum non patitur Author.

SVMMARIA.

1 *Stipulatio concipi poteſt nocturno tempore.*
Diſtinguit Author, num. 2.
3 *Stipulatio eſt contractus nominatus.*
4 *Stipulatio ſequitur naturam illorum cõtractuum, quibus adycitur.*
5 *Stipulatio regulariter ſecundum naturam, & regularem & irregularem contractuum illorum quibus adycitur.*
6 *Stipulatio ſequitur dependenter naturam contractuum illorum quibus adycitur.*
7 *Stipulatio ſine cauſſa non valet.*

1 STipulatio, & ipſa † nocturno tempore concipi poteſt, vt ſcripſit *Iacobus de Nigris in l. pen. §. qui præſens, num. 33. verſi Cum igitur tripliciter ff. de verb. obligat.* Quod tamen dictum non omnino indiſtincte admiſerim ego.
2 Rurſus itaque diſtinguendum exiſtimo eodem † omnino pacto, quo diſtinximus *in cap. de Contractibus.* Aut enim eſt ſtipulatio ſuper actu ſuſpecto, aut ſuper actu non ſuſpecto, & vtroque caſu dico concludendum, vt *ibi.* Scio e-
3 quidem ſtipulationem eſſe † contractum, & quidem nominatum, vt eſt *text. in l. 1. in fin ff. de pact.* Sed conuentionum pleræque inquit *text.* in aliud nomen tranſeunt: veluti in emptionem, in locationem, in pignus, vel in ſtipu-
* lationem, & de * communi *Ripa in rubr. ff. de verbor. obligat numer. 51. verſ. Octauo, vtrum ſtipulatio.* Sed ſcio etiam ſtipulationem eorum ſequi naturam contractuum qui-
4 bus † adiicitur, *text. in l. ſtipulatus ff. de vſur. in l. ſtipulatio, quæ eſt lex 5. § conuentiones ff. de verbo. obligat.* & non ſolum regulariter ſecundum naturam regularem illorum,
5 ſed etiam ſecundum † irregularem *l. 2. §. quæſitum, cum ibi not ff. de priuileg. credit. Iaſon & alij in rubr. ff. de verbo. obligat.*

allegat, vbi poſt eos omnes de * communi *Ripa, num. 52.* *
[illegible] Et quod magis eſt, dico ſtipulationem
ſequi † dependentem naturam contractuum, quibus ad- 6
hæret. Quare ſtipulationem ſine cauſſa non † valere ſcri- 7
pſit *Bald. in l. generaliter, à numer. 9. verſ. Tertio oppono C. de non numer. pecun.* & eſt *text. in l. 2. §. circa ff. de doli except.* *[illegible] l. cum de indebito ff. de probat.* Dependet ergò valor ſtipulationis, illiuſq; efficacia, à valore, & virtute cauſſæ, & ſi in omnibus, ergo, & in tempore. Nec eſt res, quę ſi rectè iudico, in dubium poſſit reuocari.

CAPVT CXV.

De Diſdicta.

ARGVMENTVM.

Diſdictam dum nocturno tempore voluit Eugenius poſſe celebrari, eam tantum laudat Author, ſi conſocius velit.

SVMMARIA.

1 *Diſdicta quid ſit.*
2 *Diſdicta poteſt fieri nocturno tempore.*
Declarat Author, num. 3.
4 *Diſdicta non poteſt fieri abſente ſocio.*
5 *Diſdicta intempeſtiue facta nulla eſt.*
6 *Diſdicta ſocietatis nulliter facta nullos operatur effectus.*

RENunciationis actus, qua ſocius ſocietati renunciat hanc † diſdictam appellant, an poſſit de nocte cele- 1
brari, † affirmauit *Marcus Anto. Eugen.* nihil tamen ad id 2
allegans in *conſ. 48. Contract. ſocietate, num. 33 lib. 1.* quod

3 † verum arbitror, ſi diſdicta fiat nolente conſocio, quoniam, ſi quilibet contractus regulariter poteſt fieri nocturno tempore *l. non minorem C. de tranſact. Decia. in cap. conſuluit, nu. 29. verſ. Et prædicta cõcluſio, de offi. deleg. profecto,* & diſtractus, qualis eſt diſdicta. Cæterum nolente altero ſocio, arbitror ego nullo pacto poſſe fieri diſdictam nocturno tempore. Vel enim diuerſas colunt ædes, vel in eadem cohabitãt domo, primo caſu non valet diſdicta, quia
4 † abſenti ſocio fieri non poteſt *l. ſed & ſocius §. ſi abſenti ff. pro ſocio. glo. in § manet autem ſocietas, in verbo renunciauerit, Inſtit. de ſocietate.* Et nemo cogitur ſui copiam facere nocturnis horis, vt ſæpius fuit repertum, vel cohabitant, & tunc dico diſdictam factam nocturno tempore nullius
5 eſſe momenti, quoniam † intempeſtiue ſaltem cenſetur facta, atq; ideo callide, quod tamen a proximo rei ipſius euentu decidendum arbitrarer, *text. in d. § manet autem Inſtit. de ſocietate, ibid. gloſſ. in verbo Callide,* quo caſu locum haberet illud *Hondedei conſil. 58. Anno 1584. numero*
6 *decimo octauo, volum. 1.* quod † diſdicta ſocietatis nulliter facta nullum operetur effectum; & eſt regula generalis *in cap. non præſtat impedimentum, de reg. iur. in 6.* cum ſimilibus adductis per *Iaſon in l. licet la 2. numer. 5. C. de procurat.*

CAPVT CXVI.

De Extraiudicialibus.

ARGVMENTVM.

Actus omnes extraiudiciales noctu poſſe confici, ſi eos excipias, qui ſunt de genere prohibitorum.

SVMMARIA

1 *Extraiudiciales omnes actus poſſunt nocturno tempore celebrari.*
Modo non ſint de genere prohibitorum, nu. 2.

Sed

SEd quid ego donationem modo, modo venditionem, [illegible] contractum inueſtigo, an nocturno tẽpore poſſint celebrari, cum regula ſit, quod omnes actus † extra- 1
iudiciales poſſunt nocturno tempore celebrari, vt poſt *Iaſon in l. more ſoluit 3. uerſic. nu. 43. Verſ. 1. quod licet, ff. de op. no. nunc. & Decia. in cap. conſuluit, in 3. col. de offi. deleg.* habetur *in ſyntagm. commun. opin. par. 4. loco 11. in titu. de Iudicio cap. 5. ſententia debet, col. 2. in princ. Verſ. Omnis actus extraiudicialis*, modo non ſint de genere † prohibito- 2
rum, Ioan. de Selua in tract. de Benef. par. 3. quaeſt. 17. nu. 4. Verſ. Et pro [illegible] *parte, Felin. in cap. conſuluit, n. 20. Verſ. Gloſſ. in verbo Lucem, de offi. delegat.*

CAPVT CXVII.

De Notario.

ARGVMENTVM.

Notarius nocturnum actum dicens actum tali die, à falſi reatu immunis eximitur. An etiam volens prohibeatur noctis horam in nocturno contractu indicare, aduerſus plures negatur. Plura tandem de nocturnis horis Tabellio commonetur.

SVMMARIA

1 *Dies in contractibus incipit à media nocte & ad mediam noctem.*

2 *Notarius inſtrumentum actum de nocte, poteſt ſcribere actum tali die.*

Et ita practicatur, num. 2.

4 *Notarius in inſtrumentis de nocte celebratis non debet apponere noctem,ſed diem.*
Sed quod imo debeat dicere de nocte,ſi ſit actum nocturnus voluit Baldus, n.5.
Diſtinguit Author,nu.6.
7 *Nox ad dimidiam,attribuitur nocti præcedenti,à dimidia vero diei ſequenti.*
8 *Notarius,ſi neſciat cui nam diei attribuenda ſit pars illa noctis, quia perfectum eſt teſtamentum,quid faciat.*
9 *Notarius debet apponere inſtrumento tempus perfectionis actus,non autem tempus inchoationis.*
10 *Notarius ſi ſcripſerit,Actum inter diem,& noctem,cenſetur Actum de die.*

DIem variis accipi modis ſatis, ſuperque pro ſubiecta materia demonſtrauimus *in cap.3.Nox,quando dica-*
1 *tur* In contractibus autem dies incipit a † media nocte ad mediam noctem, *Hoſtien.per text. in cap.conſuluit,de offic. delegat. in ſua ſumma in titu. de feriis §. qualiter diſtinguatur,nu.3.Verſ. Sed quoad contractus.* Quare Notarius non condemnatur falſi, ſi inſtrumentum conficiat nocturno
2 tempore,& ſcribat in inſtrumento,Actum tali † die, *Inno. Felin.& alij in cap.conſuluit de offi. deleg. Iaſ. poſt Caſtrenſ. Bal.*& alios *ibi* allegatos *in l.non minorem,nu.2.Verſ. Quid autem ſi Notarius C.de tranſact.Iaſ. in l. More,nu. 15.Verſi. Item circa vſucapionem ff.de ferijs ibid.Bald.Decius in d.ca. conſuluit,num.27.Verſ.Et ideo,ſi inſtrumentum,de offic.deleg.Bald.in l.non minorem,nu.1.Verſ.Sed nunquid ſit falſum*
* *C.de tranſact.*& ita * practicari † teſtatur Angel *in l.More*
3 *Romano, num. 6.Verſi. Et ibi dicit ff. de ferijs,Alexan.in l ſi quis eum §. 1.num.9.Verſ. Meo iudicio ff.de vulg.* & hoc eſſe certiſſimum , paucis tamen citatis, dixit *Mantua in ſuo*
* *Dialogiſmo,claſ.8 ca.21.Certiſſimum in prin.* de * communi *Claud.Fertaz.ad conſ. patris ſui conſ.538. Cum in hac cauſa,ſub litera A.Vol.2.*

Amplius etiam in inſtrumentis nocturno tempore ce-
4 lebratis non eſſe † noctem apponẽdam,ſed diem tantum

voluit

voluit, *Bald. in l. ſin. num. 2. Verſic. Et adde, quod inſtrumen-*
[illegible] C. de his quibus vt indign. Alexan. conſil. 190. Plura nar-
[illegible] num. 20. Verſic. Et tanto magis, lib. 6. Angel. in l.
ideoque, num. 1. Verſic. Inſtrumenta ergo, ff. de vſucap. Cagn.
in l. ſi librarium, num. 72. Verſic. Et denominatur actus, ff. de
[illegible].

Contrarium tamen voluit *Bald. in cap. 2. num. 4. Verſic.*
Et ſi [illegible] de feriis, dicens, quod, quia attento commu-
ni vſu loquendi illud intelligitur factum de die, quod ſit
ante noctis tenebras, vnde ſi noctis tempore ſit talis a-
ctus, ſequitur *Bald. loco cit.* notarius debet exprimere a-
ctum tali die, videlicet † noctis tempore. 5

Sed ego diſtinguo inter actus de genere † ſuſpecto- 6
rum, ſi celebrentur nocturno tempore, ratio omnino no-
cturni temporis, eiuſque mentio, ſit habenda, cæterum
ſufficiat, ſi notarius ſcribat actum tali die, etiam ſi ſit a-
ctum nocturno tempore, quod voluit *Mantua in ſuo Dia-*
logiſmo claſſ. [illegible]. cap. 21. Certiſſimum, num. 2. qui ibid. num. 3.
dicit bonum eſſe ad cautelam, *Tiber. Decian.* qui alias di-
cit actum ſuſpectum *conſil. 65. Licet autem, num. 22. Verſic.*
[illegible] vol. 2. & num. 21. Verſic. Et ad.

Declarando tamen primo, vt nox ante illius † partem 7
dimidiam attribuatur diei præcedenti, poſt vero refera-
tur ad diem ſequentem, *Innocent. in cap. conſuluit, de offic.*
deleg. Angel. in l. ideoque, num. 1. ff. de vſucap. Imola in cap.
1. vt eccleſiaſtica beneficia, Capol. in l. 2. §. fin. ff. de verb. ſign.
Alexand. conſil. 190. Plura, num. 20. Verſic. Et tanto idem, &
Bald. in l. more, ff. de feriis.

Declarando ſecundo, vt ſi actum ſit ad mediam no-
ctem, & obſcurum ſit ac dubium, cui nam diei pars illa
noctis applicetur, ſcribendum erit à notario. Actum tali
nocte † præcedente die Mercurii, ſubſequente die Iouis, 8
Angel. in l. ideoque, in fin. ff. de vſucap. idem *Angel. in l. 1. ff.*
de manumiſſ. Iaſ. in l. more, num. 16. Verſic Quando autem, ff.
de feriis. Claud. Bertaz. ad conſil patris ſui, conſil. 538. Cum
in hac. litera A. Verſic. Si autem, in fin.

Declarando tertio, vt ſi actus fuerit inchoatus ante
mediam noctem, & † perfectus poſt mediam noctem, 9

tempus perfectionis actus ſit attendendus, ita *Ias.remiſſiue in l.more Romano,num.17.Verſic.Quid autem ſi actus,ff.de feriis,Imola in l ſi quis eum,§ 1.ff.de Vulg.ibid.Bald.num.1.Verſic.Sed quam horam, & ibid.num.2.Verſic.Vnde debet attendi,Bald.*dicit eſſe notandum, & ſe vidiſſe de facto, & ita *Alexand.ibid.num.9.Verſic.Iuxta hoc quærit,*dicit fuiſſe * determinatum & loquuntur hi patres in ſpecie de teſtamento, citant in *argum. text. in l.contractus, C.de fide inſtrum.Claud.Bertaz.ad dictum conſil.358.ſub litera A.Verſic.Si itaque, Cagnol. in l.ſi librarius, num.72.Verſic.Et denominatur actus, ff.de reg.iur. Ioan. Andreas in addit. ad Specul.in tit.de inſtrum.edit.§.2.in Verbo, Hora, Felin.cap.paſtoralis,num.7.de reſcript.*

10 Declarando quarto, vt ſi ſit ſcriptum, actum † inter diem,& noctem,intelligatur actum de die, Bald. *in l.2.ad fin.C.quib.res.iud.non.no.add.ad Alexan.in l.ſi quis eum,§.1.num.9.ſub.litera B,ff.de Vulg.*

CAPVT CXVIII.

De Itinere.

ARGVMENTVM.

Iter non aperiendum nocturno tempore illius ſeruitutem habenti, quomodo intelligendum.

SVMMARIA.

1 *Itineris ſeruitute non poteſt quis nocturno Vti tempore in prædiis Vrbanis.*

Siue iter ſit inter priuatas perſonas, ſiue inter publicas, & confœderatas, num.2.

3 *Habitans in eadem domo non poteſt inuito domeſtico nocturno tempore, & egredi, & ingredi.*

Baldus

Digitized by Google

[illegible] paſſiue, & frequentius, num. 6.

4 *Iter habens in ædibus alienis, poteſt illo interdum nocturno tempore vti, maxime in maxime in bruma.*

5 *Fœderatæ urbes etiam confœderatis debent nocturno tempore patere.*

ITINERIS habens ſeruitutem in prædiis † vrbanis, ea 1
non poſſe illum nocturno tempore vti, quippe, quod
non deceat, eſt *text. cum gloſſ. in l. iter, in verbo neceſſarium,*
ff. commun. præd. ibid. Bart. & alii. Capol. de ſeruit. vrban. prædior. cap. 18. Hæc eſt vltima ſeruitus, num. 1. qui illud non
exemplificat ſolum in itinere inter priuatas perſonas, ſed
etiam inter † publicas, & confœderatas, quia *ex Florian.* 2
in dicta l. iter, ff. de ſeruit. vrban. præd. ſi plures ſint Reipublicæ confœderatæ, & ex conuentis, initiſque pactionibus alteri per alterius caſtella, & loca liceat tranſire, non poterit tranſire de nocte tranſire volens, nec alter ex confœderatis illi portam nocturno tempore adaperire, iterque patefacere tenebitur. Inter priuatas præterea id non habet locum ſolum, ſi ſint plures per modum plurium, ſed etiam, ſi plures per modum † vnius, quare vo- 3
luit *Capol. loco cit.* poſt alios *ibi* allegatos, quod ſi plures in eadem ſint domo, ſub iiſdem degentes tectis, ſub eadem claui, non erit ianua nocturno tempore etiam domeſticis adaperienda.

Sunt tria dicta, & tria adhibenda ſunt temperamenta, Vt primum illud de priuatis perſonis prorſus extraneis, quæ ſunt plures per modum plurium, habentibus inuicem aliquam per proprias ædes itineris ſeruitutem, quas diximus itineris ſeruitute, nocturno tempore nullo pacto per alienas ædes inuito vicino vti poſſe, vt illud inquam locum habeat ex *Capol. loco cit.* reſpectu itineris nocturni, & æſtiui, ſecus reſpectu nocturni † hyemalis, ma- 4
xime ſi aliqua vrgeat neceſſitas, nec periculum immineat vicino, atque hora ſit noctis tempeſtiua, nec nimis frequens ſit eiuſmodi nocturnus vſus, vel etiam ſint ædes, quæ nō claudantur. Alterum de Republica confœderata, vt habeat locum reſpectu † fortalitiorum, quæ non de- 5
beat,

bent patere nocturno tempore, ſed nec ipſa ciuitas aut oppidum, ſi latronum incurſus, hoſtium vis immineat, poſtremum tandem, vt habeat locum, ſi domeſticus, paſ-
6 ſim, & † frequentius velit aduerſus quietem, & tutelam domeſticorum nocturno tempore fores reſerare, egredi, ingredi, omnia ergo ſunt ab arbitrio boni viri temperanda.

CAPVT CXIX.

De Aqua.

ARGVMENTVM.

Aqua nocturna quid. Quomodo quis ea vtatur, diſtinctio inter ſeruitutem vrbanorum, & ruſticorum prædiorum.

SVMMARIA.

1 *Aqua nocturna interdiu tantum vtens, illius amiſit ſeruitutem.*
2 *Aqua nocturna quid ſit.*
3 *Aquam potens de alterius puteo haurire, non poteſt illam de nocte haurire.*

PAVLVS *in l. ſi communem fundum, §. fin. ff. quemadm.*
1 *ſeruit. amit.* habet hæc verba. Si is, qui † nocturnam aquam habet, interdiu per conſtitutum ad amiſſionem tempus vſus fuerit, amiſit nocturnam ſeruitutem, qua vſus non eſt.
2 Dubium eſt, quid ſibi velit Paulus per † nocturnam aquam; Sed dicamus hoc ſatis explicari per Pomponium *in l. 2. ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Si diurnarum, inquit Pomponius, aut nocturnarum horarum aquæductum habeam: non poſſum alia hora ducere, quam qua ius habeam

habetur accendi. Dicuntur ergo aquæ, nocturnæ modo, modo diurnæ, quotidianæ aliquando, interdum æſtiuæ, prout temporum diuiſiones, quibus quis poteſt illis vti, *Gregor. Tholoſſan. part. 1. ſyntag. iur. Vniuerſ. lib. 4. cap. 9. in tit. de aquaductu, num. 19. verſic. Vnde fiunt, & aquarum.* Hæc vera ſunt, ſi agitur de ſeruitute, & hauſtu aquæ in ordine ad prædia ruſtica: reſpectu vero † hauſtus aquæ 5 in ordine ad prædia vrbana, imo habens ſeruitutem aquæ hauriendæ de puteo vicini, debet vti de die, non autem de nocte, *Firmian. in verbo, Seruitus aquæ hauriendæ,* quo faciunt, quæ diximus *in cap. ſuperiori de itinere.*

CAPVT CXX.

De Seruitutibus.

ARGVMENTVM.

Seruitutem nocturnam dari. Quæ autem ea ſit.

SVMMARIA.

1 *Text. in l. ſi communem, §. fin. ff. quemadm. ſeruit. amitt. declaratur.*

2 *Seruitus nocturna, quæ dicatur.*

EODEM pacto declarari poteſt idem *text. in l. ſi communem, §. fin. ff. quemad. ſeruit. amit.* in illis † verbis, 1
Amiſit nocturnam ſeruitutem, vt ſcilicet dicatur † nocturna 2
ſeruitus ea, cuius occaſione prædium aliquod ſeruitutem nocturno tempore patiatur.

CAPVT CXXI.

De Vſu, & Habitatione.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Habitaſſe, poſſediſſe, vſus continuo fuiſſe dicitur is, qui habitauit, poſſedit, vſus fuit continuo ex natura actus. Eundemque ſemper habitaſſe teſtis comprobat, quem tamen non viderit nocturno tempore habitantem.

SVMMARIA.

1 *Habitaſſe is continuo dicitur, qui eo tempore habitauit, quo habitandum fuit.*

2 *Poſſediſſe dicitur ſemper is, qui poſſedit ſemper ex naturæ actus.*

3 *Collegiſſe ſemper dicitur, qui ſegetes bis in anno collegit, vuas ſemel.*

4 *Reſediſſe is ſemper dicitur in Eccleſia, qui ſuis horis reſedit.*

5 *Ciuis ſemper dicitur is fuiſſe in ciuitate, qui etiam rure ſuis temporibus fuit.*

6 *Teſtis deponens de continua habitatione alicuius, probat, & depoſitio refertur ad tempus poſſibile.*

Ideo non reiicitur, quia non viderit illum, pro quo depoſuit, nocturno tempore habitantem.

VSvs & habitationis continuatam poſſeſſionem, ſemperque ſe is probat poſſediſſe, qui ſe, aut vſum,
1 aut eo tempore † habitaſſe probat, quo habitandum fuit. Ridiculum enim eſſet profecto, vt, qui diurnis horis foro inſeruit, aut aliis incumbit negotiis, quam ob cauſſam extra proprias ædes contingat eſſe, is non dicatur ideo perpetuo habitaſſe, atque in continua poſſeſſione fuiſſe.
2 Dicitur ergo continuo † habitaſſe, ſemper poſſediſſe, qui, & habitauit, & poſſedit ſemper ex natura actus, *Vulpell. de præpoſit. & aduerb. in dictione, Semper, in princ. Sicuti.*

Quandoq;

Quamdiu ſignificat. Dicitur ideo quis poſſediſſe conti-
nuo, & ſemper † collegiſſe, q bis in anno ſegetes collegit, 3
ſemel vnas, *Vulpell. loco cit.* quia illud eſt de natura actus, vt
bis in anno ſegetes colligantur, vuæ ſemel tantum exci-
piantur, ita enim *Cuman. conſil. 104. Quæritur, in princ. Ful-
goſ. conſil. 161. In cauſſa Iacobi, in princ. Roman. conſil. 70. Vi-
ſo themate, num. 11. Verſic. Tertio, quia probatum eſt, Specu-
lat. in tit. de probat. §. probari, col. fin. Verſic Sed quæritur qua-
liter, Alexand. conſil. 23. Attentis narratis in themate, num.
8. Verſic. Eſt etiam probatum, lib. 4. Idem conſil. 161. Viſo ac
diligenter, num. 6. Verſic. Et ſic fructus percepit, lib. 6.* ſed certe
elegantiſſime & copioſiſſime de more *Tiraquell. de præſcript.
§. 1. gloſſ. 5. Sed quomodo probabit, in princip. Sic dicit Abb. in
proœm. decretal. Rex pacificus, num. 3. Verſic. His notabilibus
expeditis, Vbi Felin. & alij,* quod is dicitur ſemper † reſediſ- 4
ſe in Eccleſia, qui ſuis horis reſedit, prout etiam voluit
Maſcard. *de probat. concluſ. 1221. Diſcuſſis iis, num. 25. Verſic.
aut in Eccleſia reſediſſe.* Tandem aliis omiſſis ſimilibus, ii
dicuntur continuo in ciuitate habitaſſe, qui etiam † ruri 5
fuerunt, ſi tamen in ciuitate eo tempore fuerunt, quo
communiter in vrbe ciues commorari conſueuerunt,
*Maſcard. loco cit. num. 27. Roman. conſil. 264. Vt ii Nurſinus,
num. 7.* de communi *Iaſ. in l. 1. num. 34. Verſic. Ex gloſſ. ibid.
Ripa, num. 127. ff. ſolut. matrim. Angel. in l. 1. §. Item flumi-
num, num. 3. Verſic. Nota, quod licet ciuis, ff. de fluminibus,*
Is igitur, & continuo habitauerit, qui legitimis horis ha-
bitauerit.

Hæc quo ad habitantem, & poſſidentem.

Sed etiam reſpectu probationum is teſtis ſatis dicitur
probare Titium ſemper habitaſſe, deque illius continua
habitatione deponere, qui viderit dum habitantem tem-
pore † poſſibili. Ideo non reiicietur teſtis, ſi dicit Ti- 6
tium continuo habitaſſe, licet non viderit illum † no- 7
cturno tempore habitantem, *Angel. in dicta l. 1. §. item flu-
minum, nu. 4. Verſic. Eodem modo dicas, ff. de fluminib. Ma-
ſcard. de probat. d. concluſ. 1221. Diſcuſſis iis, nu. 27. Verſ. Hinc
dicebat, & poſt Dyn. in l. 1. ff. ſol. matr. Bal. in cap. tenore, nu. 3.
Verſic. Nam per teſtes poſſit probari, de teſtib.*

CA-

CAPVT CXXII.

De Iuriſdictione.

ARGVMENTVM.

Contentioſam iuriſdictionem noctu exerceri non poſſe, poſſe autem voluntariam.

SVMMARIA.

1 *Iuriſdictio contentioſa non poteſt nocturno tempore exerceri.*

Voluntaria poteſt, num. 2.

3 *Actus qui fiunt ſolo conſenſu, etiam noctu fieri poſſunt.*

MAGNVM profecto moueremus opus, ſi omnes dif-
ferentias recenſere vellemus inter iuriſdictionem
voluntariam, & iuriſdictionem contentioſam, ſit ſatis
eam modo referre, quæ huc ſpectare dignoſcitur, ea cer-
1 te eſt, quod licet iuriſdictio † contentioſa non poſſit no-
2 cturno tempore exerceri, voluntaria tamen † poteſt quod
cum ex operis huius lectione manifeſtiſſime liquet, idem
voluit in indiuiduo *Ioan. de Selua in tract. de benefic. par. 3. quæſt. 17. in princ. num. 1. verſic. Ad illud poteſt reſpondere, & Alciat. in l. non minorem, num. 4. verſic. Alij etiam, C. de tranſact.*

Atque hoc eſt, quod voluit Iaſ. *in l. non minorem, num. 2. verſ. In ſecunda parte, C. de tranſact.* quod actus, qui fiunt
3 † ſolo conſenſu, ita valent facti de nocte, ſicut de die.

CAPVT CXXIII.

De Iudiciis.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Iudicia, quæ ex aliis non poſſunt noctu agi, verius tamen poſſe, quibuſdam adhibitis diſtinctionibus.

SVMMARIA.

1 *Iudicia non poſſunt nocturno tempore agitari ex gloſſ.*

2 *Iudicia ſecundum alios de neceſſitate non agitantur nocturno tempore poſſunt tamen agitari.*

3 *Iudex ordinarius ex aliis non iudicat de nocte, iudicat tamen delegatus.*

4 *Iudicia, quod non poſſint agi nocturno tempore, verum eſt ex aliis in maximis magiſtratibus, ſecus in inferioribus.*

5 *Iudicia non agitantur de nocte ſimpliciter, ſecus ex partium conſenſu.*

IVDICIA an nocturno tempore poſſint agitari, negarunt alii, alii vero diſtinxerunt. Negauit † *gloſſ. in § 2.* 1
Inſtitut. de verborum obligat. eſt gloſſa magna ad fin. gloſſ. in § ſedebunt, in verbo, In matutino, Authent. de iud. gloſſ. in l. more Romano, in verbo, Lucius, ff. de feriis, ibid. Bart. in fin. Idem Bart. in l. non minorem, num. 3. verſic. Aut ſunt actus, C. de tranſact. Iaſ. in l. non ſolum, §. morte, num. 43. verſic. Prima, quod licet. ff. de operis noui nunciat. de * communi *
Nauar. conſil. lib. 1 in tit. de electione, conſil. 2. Definitorium, num. 2. verſic. Vbi communis opinio, de ** receptiori *Alciat.* *
in l. non minorem, num. 4. verſic. Sed & ſententiam, C. de tranſact. ibi Debent enim iudiciarii hi actus, omnes *in cap. conſuluit, de offic. deleg. præcipue Dec. num. 25. verſic. Et prædicta concluſio, & eſt text. in l. 2. §. cum conſules, ff. de orig. iur.* Diſtinxit autem *Alber. in l. non minorem, num. 2. verſic. Communis opinio, C. de tranſact. & ante eum gloſſ. rurſus in § ſedebunt, in verbo, In matutino, Authent. de iudicibus, &*

D. meus Præſ. Menochius lib. 1. de arbitrariis iudicum, quæſt. 62. num. 2. poſt Decium in cap. conſuluit, num. 10. Verſic. Nam primo non obſtat, de offic. deleg. quod de † neceſſitate non agitantur iudicia de nocte, poſſunt tamen agitari, & *text. in dicto cap. conſuluit*, contrarium diſponens, loquitur de honeſtate. Diſtinxit alia ratione *gloſſ. in l. 2. §. Cumque conſules, in Verſic. Veſpertinus temporib. ff. de orig. iur & Cagn. in eadem l. 2. Verſic. Cumq; conſules, num. 492. Verſic. Opponit Accurſius*, quod negatiua eſt reſpectu iudicis † ordinarii, affirmatiua reſpectu delegati. Aliter etiam diſtinguit idem *Cagnol. eodem num. 402. Verſic. vel hic loquitur, poſt Iacob. de Belluiſo ibi allegat.* quod negatiua eſt in † maximis magiſtratibus vrbis ratione inconuenientiæ, affirmatiua vero eſt in aliis. Aliter *Nauar. dicto conſil. 2. lib. 1. in tit. 6. de electione, num. 3. Verſic. Tum quod etiam*, vt negatiua procedat † ſimpliciter, affirmatiua accedente partium conſenſu.

(margin numbers: 2, 3, 4, 5)

Sed quoniam ſunt variæ partes iudicii, quæſo de omnibus partibus ſigillatim aliquid animaduertamus, & primo *de Citatione*.

CAPVT CXXIV.

De Citatione.

ARGVMENTVM.

Citationem nocturno tempore ex conſuetudine decerni poſſe, tranſmitti nullo pacto; Sed nec de ſero, tarda hora.

SVMMARIA.

1 *Citatio eſt pars iudicii.*
2 *Citatio eſt intrinſeca pars iudicii,*
3 *Citatio requiritur in omni iudicio etiam ſummario.*
4 *Citationis requiſita remiſſiue.*

5 Citatio

5 *Citatio debet ſieri tempore iuridico.*
6 *Citatio non poteſt fieri de ſero, tarda hôrà.*
Multo minus nocturnis horis, num. 7.
8 *Citatio non poteſt concedi nocturno tempore, Vbi à iudice ſedente eſt impetranda.*
9 *Actuarius hodie poteſt etiam nocturno tempore ad ſimplicem partis requiſitionem citationes deſcribere, & decernere.*

CITATIONEM certiſſimam † iudicii partem, vt eſt 1
text. in §. omnium autem, Inſtitut. de pœn. temere litigant. text. gloſſ. Bart. & alii in l. Vbi cœptum, ff. de iud. Aſin. in ſua praxi, §. 1 cap. 1. num. 9. Marant. de ordin. iudic. in 7. part. princ. in princ. Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 13. & tanquam
** veriorem amplectitur ſententiam *D. Philip. Maſſin. ad* *
ad Rubr. C. de edend. num. 85. Verſic. His tamen; Et quidem
intrinſecam † partem iudicii, non autem extrinſecam, & 2
præparatoriam, vt late diſputat *D. Maſſin. loco cit.* iure diuino introductam, ita vt in omni, etiam † ſummario iu- 3
dicio neceſſaria ſit, *Abb in cap. 1. num. 4. & 5. de cauſ. poſſ. & propriet. clem. ſæpe, de Verbor. ſign.* plura habere requiſita, vt
valeat † ſcripſit *Aſin. in ſua praxi, §. 6. c. poſtquā inciderimus, p̃* 4
totum, & c. 6. Id autem, quod ſupra diximus, cum aliis ſeq.

Requiritur autem inter alia, vt fiat citatio congruo tempore, *Abb. in cap. ſi aduerſariis, num. 2 in 3. notab. de eo, qui mittit. in poſſ.* id eſt, tempore † iuridico, vt poſt alios 5
nouiſſime *Peregrin. Ianninius de citat. reali, lib. 1. cap. 2. nu. 39. Verſic. Sexto dicitur*, qui de hac temporis congruitate pollicetur ſe latiſſime dicturum eo opere, *lib. 10.* quem adhuc non vidi. Sed nec nocturnum tempus ad id dicitur congruum, quare voluit Felin. citationem non poſſe fieri
clandeſtinis temporibus puta de ſero † tarda hora, *Felin.* 6
inquam *in cap. ex parte Deciani, num. 7. Verſic. Et nota quod talia, de reſcript.* quod ſequitur Aſinius, addens, quod multo magis dicetur citatio facta incongruo tempore, ſi fiat
† nocturnis horis, ideo nulla erit citatio, propterea, quod 7
iis hôris, quid patenter, ac palam fieri dici non poteſt, vt requiritur, *Aſin. in ſua praxi, §. 6. cap. 6. in ſeptimo requiſito,*

Hoſtienſ. in cap. conſuluit, ff. de offic. deleg. Ioan. And. in add. ad Spec. in tit. de prolat. ſententiæ, § iuſta, Verſic. Item eſt nulla, Ioan. de Selua in tract. de beneſ. par. 3 quæſt. 17. nu. 1. col. 1.
8 minuſq; poteſt concedi citatio nocturno † tempore, caſu, quo ſit impetranda à iudice ſedente, *Marc. Ant. Eugen. conſil.* 48. *Contract. ſocietate, nu. 35. lib.* 1. *Cæterum de conſuetudine,* & communi * obſeruantia teſtatur *Eugen. loco cit. nu.* 38. *poſt Abb. in cap. quoniam contra, de probat.* quod
9 cenſetur data facultas † actuario, vt etiam nocturno tempore ad ſimplicem partis requiſitionem has deſcribat citationes, atque eaſdem decernat.

CAPVT CXXV.

De Edicto publico.

ARGVMENTVM.

Citandi varia recenſetur inſtituta, atque id eo vox præconis, & publicum edictum, quorũ neutrum, aut hora prandii, aut nocturnis horis poſſit abſolui.

SVMMARIA.

1 * *Citatio fieri poteſt per literas iudicis.*
2 *Citatio per literas iudicis poteſt fieri non ſolum à nuncio, ſed etiam ab actore.*
3 *Citatio fit per ſolam nuncii vocem.*
Siue nuncius ſit publicus, ſiue priuatus, num. 4.
5 *Citatio poteſt fieri per vocem præconis.*
6 *Præconis voce fit citatio regulariter, vbi creditores ſunt incerti.*
7 *Citatio fit etiam per edictum in albo prætoris.*
8 *Edictum in albo vbi proponatur.*
9 *Edictum in albo appellatur dictum ſolemne.*
10 *Edictum in albo fit, quoties aduerſarius eſt vagus & incertus.*

11 *Exem-*

11 *Exemplatum requirit citationem per edictum in albo.*
12 *Inſtitores debent reuocari per publicum edictum.*
13 *Edicta publica non debent fieri, nec hora prandii, nec nocturno tempore.*
14 *Noua conſtit. Mediol. in tit. de bonis ad cridas ponendis declaratur.*

CITANDI varia fuiſſe, adhucque inſtituta ſupereſſe, manifeſtum eſt, quoniam citatio non ſolum fit per † literas iudicis, *cap. quoniam contra, de probat. l. conſentaneum, C. quom. & quan. iud. cap. prudentiam, de offic. deleg. cap. ex literis, eod. cap. ſi Epiſcopus, 18. diſtinct. pulchre, Ioan. Bapt. Aſin. in ſua praxi, §. 6. cap. 3. num. 6. & 7. & cap. 4 per totum,* & quod pertinet ad iura illius ciuitatis, *inſtat. Mediolani, cap. 1. 2. 3. 4 & 5. Vol. 1. & in nouis Mediolani conſtitut. lib. 2 tit. de iud. §. In citationibus,* quas, vel nuncius deferat, vel etiam † actor, iis tamen obſeruatis, de quibus *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in Verbo, Per literas, nu. 4. & in fin. per text. in l. eum, qui, §. ſi epiſtola, Verſic. Sed & ſi interfuit, ff. de furt. Aret. in § quadrupli, num. 30 Inſtitut. de act. ibid. Iaſ. num. 32. Verſic. An autem iudex, Vbi alii plures allegantur,* Aut per ſolam nuncii † vocem, *Bal. in l. conſentaneum, C. quom. & quan. iud. num. 2. ibid. Salyc. num. 3.* ſiue nuncius ſit publicus, ſiue † priuatus, is tamen, quem reus citatus iudicis nuncium credere teneatur, *Bart. in extrauaganti ad reprimendum, in Verbo, per literas, num. 3. Aretin. in §. quadrupli, num. 30. Verſic. Quid autem, Inſtit. de act. ibid. Iaſ. num. 32. Verſic. Vnde ad iſtud.* Sed etiam citatio poteſt fieri per vocem † præconis, vt in *cap. parati, extra de appellat. in l. conſentaneum, & in Authent. de litigioſis,* & de hac citationis ſpecie, quæ vbi creditores ſunt † incerti per proclama fieri conſueuit, poſt alios ibi allegatos, latiſſime *D. meus Sfortia Oddus in tract. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 34. art. 10. 11. & ſeq.* Amplius fieri poteſt per edictum in † albo prætoris, *clem. 1. de iudiciis, §. omnem, Authent. de litigioſ.* Quæ quidem edicta hodie proponuntur in foribus † Palatii communitatis, ſi eſt iudex laicus: ſi eccleſiaſticus proponuntur in foribus Eccleſiæ Cathedralis,

Margin numbers: 1 2 3 4 5 6 7 8

bent patere nocturno tempore, ſed nec ipſa ciuitas aut oppidum, ſi latronum incurſus, hoſtium vis immineat. poſtremum tandem, vt habeat locum, ſi domeſticus, paſ-
6 ſim, & † frequentius velit aduerſus quietem, & tutelam domeſticorum nocturno tempore fores reſerare, egredi, ingredi, omnia ergo ſunt ab arbitrio boni viri temperanda.

CAPVT CXIX.

De Aqua.

ARGVMENTVM.

Aqua nocturna quid. Quomodo quis ea vtatur, diſtinctio inter ſeruitutem vrbanorum, & ruſticorum prædiorum.

SVMMARIA.

1 *Aqua nocturna interdiu tantum vtens, illius amittit ſeruitutem.*
2 *Aqua nocturna quid ſit.*
3 *Aquam potens de alterius puteo haurire, non poteſt illam de nocte haurire.*

PAVLVS *in l. ſi communem fundum, §. fin. ff. quemadm.*
1 *ſeruit. amit.* habet hæc verba. Si is, qui † nocturnam aquam habet, interdiu per conſtitutum ad amiſſionem tempus vſus fuerit, amiſit nocturnam ſeruitutem, qua vſus non eſt.

2 Dubium eſt, quid ſibi velit Paulus per † nocturnam aquam; Sed dicamus hoc ſatis explicari per Pomponium *in l. 2. ff. de aqua quotid. & æſtiua.* Si diurnarum, inquit Pomponius, aut nocturnarum horarum aquæductum habeam: non poſſum alia hora ducere, quam qua ius habeam

habeam docendi. Dicuntur ergo aquæ, nocturnæ modo,
modo diurnæ, quotidianæ aliquando, interdum æſtiuæ,
penes temporum diuiſiones, quibus quis poteſt illis vti,
*Petr. Gregor. Tholoſſan. part. 1. ſyntag. iur. Vniuerſ. lib. 4. cap.
6. in tit. de aquæductu, num. 19. verſic. Vnde fiunt, & aqua-
rum.* Hæc vera ſunt, ſi agatur de ſeruitute, & hauſtu aquæ
in ordine ad prædia ruſtica; reſpectu vero † hauſtus aquæ 5
in ordine ad prædia vrbana, imo habens ſeruitutem aquæ
hauriendæ de puteo vicini, debet vti de die, non autem de
nocte, *Firman. in verbo. Seruitus aquæ hauriendæ,* quo fa-
ciunt, quæ diximus *in cap. ſuperiori de itinere.*

CAPVT CXX.

De Seruitutibus.

ARGVMENTVM.

Seruitutem nocturnam dari. Quæ autem
ea ſit.

SVMMARIA.

1 *Text. in l. ſi communem, §. fin. ff. quemadm. ſeruit. amitt. declaratur.*
2 *Seruitus nocturna, quæ dicatur.*

EODEM pacto declarari poteſt idem *text. in l. ſi com-
munem, §. fin. ff. quemad. ſeruit. amit.* in illis † verbis, 1
Amiſit nocturnam ſeruitutem, vt ſcilicet dicatur † noctur- 2
na ſeruitus ea, cuius occaſione prædium aliquod ſeruitu-
tem nocturno tempore patiatur.

CAPVT CXXI.

De Vſu, & Habitatione.

ARGV-

Quandoq. ſignificat. Dicitur ideo quis poſſediſſe conti-
nuo, & ſemper † collegiſſe, q bis in anno ſegetes collegit, 3
ſemel vuas, *Calpell. loco cit.* quia illud eſt de natura actus, vt
bis in anno ſegetes colligantur, vuæ ſemel tantum exci-
piantur, ita enim *Cuman. conſil. 104. Quæritur, in princ. Ful-
goſ. conſil. 161. In cauſſa Lucabi in princ. Roman. conſil. 70. Vi-
ſo themate num. 11. Verſic. Tertio, quia probatum eſt, Specu-
lat. in tit. de probat. §. probari col. fin. Verſic. Sed quæritur qua-
liter. Alexand. conſil. 25. Attentis narratis in themate, num.
8. Verſic. Eſt etiam probatum, lib. 4. Idem conſil. 161. Viſo ac
diligenter num. 5. Verſic. Et ſic fructus percepit, lib. 6.* ſed certe
clariſſime & copioſiſſime de more *Tiraquell. de præſcript.
§. 1. gloſſ. 5. Sed quomodo probabit, in prin. ip. Sic dicit Abb. in
proœm. decretal. Rex pacificus, num. 3. Verſic. His notabilibus
expeditis, Vbi Felin. & alij,* quod is dicitur ſemper † reſediſ- 4
ſe in Eccleſia, qui ſuis horis reſedit, prout etiam voluit
Maſcard. *de probat. concluſ. 1221. Diſcuſſis iis, num. 25. Verſic.
Et in Eccleſia reſediſſe.* Tandem aliis omiſſis ſimilibus, ii
dicuntur continuo in ciuitate habitaſſe, qui etiam † ruri 5
fuerunt, ſi tamen in ciuitate eo tempore fuerunt, quo
communiter in vrbe ciues commorari conſueuerunt,
*Maſcard. loco cit. num. 27. Roman. conſil. 264. Visis Nurſinus,
num. 3.* de * communi *Iaſ. in l. 1. num. 54. Verſic. Ex gloſſ. ibid.
ibique, num. 107. ff. ſolut. matrim. Angel. in l. 1. §. Item flumi-
num, num. 1. Verſic. Nota, quod licet ciuis, ff. de fluminibus,*
ſtatuitur, & continuo habitauerit, qui legitimis horis ha-
bitauerit.

Hæc quo ad habitantem, & poſſidentem.

Sed etiam reſpectu probationum is teſtis ſatis dicitur
probare Titium ſemper habitaſſe, deque illius continua
habitatione deponere, qui viderit dum habitantem tem-
pore † poſſibili. Ideo non reiicietur teſtis, ſi dicit Ti- 6
tium continuo habitaſſe, licet non viderit illum † no- 7
cturno tempore habitantem, *Angel. in dicta l. 1. §. item flu-
minum, nu. 4. Verſic. Eodem modo dicas, ff. de fluminib. Ma-
ſcard. de probat. d. concluſ. 1221. Diſcuſſis iis, nu. 27. Verſ. Hinc
dicebat. & poſt Dyn. in l. 1. ff. ſol. matr. Bal. in cap. tenore, nu. 3.
Verſic. Nota per teſtes poſſe probari, de teſtib.*

CA-

ARGVMENTVM.

Iudicia, quæ ex aliis non poſſunt noctu agi, verius tamen poſſe, quibuſdam adhibitis diſtinctionibus.

SVMMARIA.

1 *Iudicia non poſſunt nocturno tempore agitari ex gloſſ.*

2 *Iudicia ſecundum alios de neceſſitate non agitantur nocturno tempore, poſſunt tamen agitari.*

3 *Iudex ordinarius ex aliis non iudicat de nocte, iudicat tamen delegatus.*

4 *Iudicia, quod non poſſint agi nocturno tempore, verum eſt ex aliis in maximis magiſtratibus, ſecus in inferioribus.*

5 *Iudicia non agitantur de nocte ſimpliciter, ſecus ex partium conſenſu.*

IVDICIA an nocturno tempore poſſint agitari, negarunt alii, alii vero diſtinxerunt. Negauit † *gloſſ. in § 2. Inſtitut. de verborum obligat. eſt gloſſa magna ad fin. gloſſ. in § ſedebunt, in verbo, In matutino, Authent. de iud. gloſſ. in l. more Romano, in verbo, Lucius, ff. de feriis, ibid. Bart. in fin. Idem Bart. in l. non minorem, num. 3. verſic. Aut ſunt actus, C. de tranſact. Iaſ. in l. non ſolum, §. morte, num. 43. verſic. Primo, quod licet, ff. de operis noui nunciat.* de * communi *Nauar. conſil. lib. 1 in tit. de electione, conſil. 2. Definitorium, num. 2. verſic. Vbi communis opinio,* de ** receptiori *Alciat. in l. non minorem, num. 4. verſic. Sed & ſententiam, C. de tranſact. ibi Deberet enim iudiciarii hi actus,* omnes *in cap. conſuluit, de offic. deleg. præcipueq; Dec. num. 25. verſic. Et prædicta concluſio, [illegible] eſt text. in l. 2. §. cum conſules, ff. de orig. iur.* Diſtinxit autem *Alber. in l. non minorem, num. 2. verſic. Communis opinio, C. de tranſact. & ante eum gloſſ. rurſus in § ſedebunt, in verbo, In matutino, Authent. de iudicibus. &* 1 * *

D. meus Præſ. Menochius lib. 1. de arbitrariis iudicum, quæſt. 62. num. 2. poſt Decium in cap. conſuluit, num. 100. Verſic. Nam primo non obſtat, de offic. deleg. quod de † neceſſitate non agitantur iudicia de nocte, poſſunt tamen agitari, & text. in dicto cap. conſuluit, contrarium diſponens, loquitur de honeſtate. Diſtinxit alia ratione gloſſ. in l. 2. §. Cumque conſules, in Verſic. Veſpertinis temporib. ff. de orig. iur & Cagn. in eadem l. 2. Verſic. Cumq; conſules, num. 452. Verſic. Opponit Accurſius, quod negatiua eſt reſpectu iudicis † ordinarii, affirmatiua reſpectu delegati. Aliter etiam diſtinguit idem Cagnol. eodem num. 402. Verſic. Vel hic loquitur, poſt Iacob. de Belluiſo ibi allegat. quod negatiua eſt in † maximis magiſtratibus vrbis ratione inconuenientiæ, affirmatiua vero eſt in aliis. Aliter Nauar. dicto conſil. 2. lib 1. in tit. 6. de electione, num. 3. Verſic. Tum quod etiam, vt negatiua procedat † ſimpliciter, affirmatiua accedente partium conſenſu.

Sed quoniam ſunt variæ partes iudicii, quæſo de omnibus partibus ſigillatim aliquid animaduertamus, & primo de Citatione.

CAPVT CXXIV.

De Citatione.

ARGVMENTVM.

Citationem nocturno tempore ex conſuetudine decerni poſſe, tranſmitti nullo pacto; Sed nec de ſero, tarda hora.

SVMMARIA.

1 *Citatio eſt pars iudicii.*
2 *Citatio eſt intrinſeca pars iudicii,*
3 *Citatio requiritur in omni iudicio etiam ſummario.*
4 *Citationis requiſita remiſſiue.*

5 Citatio

5 *Citatio debet fieri tempore iuridico.*
6 *Citatio non poteſt fieri de ſero, tarda hora.*
Multo minus nocturnis horis, num. 7.
8 *Citatio non poteſt concedi nocturno tempore, vbi à iudice ſedente eſt impetranda.*
9 *Actuarius hodie poteſt etiam nocturno tempore ad ſimplicem partis requiſitionem citationes deſcribere, & decernere.*

CITATIONEM certiſſimam † iudicii partem, vt eſt 1
text. in §. omnium autem, Inſtitut. de pæn. temere litigant. sext. gloſſ. Bart. & alii in l. vbi cœptum, ff. de iud. Aſin. in ſua praxi, §. 1 cap. 1. num. 9. Marant. de ordin. iudic. in 7. part. princ. in princ. Alciat. lib. 2. diſpunct. cap. 13. & tanquam
** veriorem amplectitur ſententiam *D. Philip. Maſſin. ad* *
ad Rubr. C. de edend. num. 85. verſic. His tamen; Et quidem
intrinſecam † partem iudicii, non autem extrinſecam, & 2
præparatoriam, vt late diſputat *D. Maſſin. loco cit.* iure diuino introductam, ita vt in omni, etiam † ſummario iu- 3
dicio neceſſaria ſit, *Abb. in cap. 1. num. 4. & 5. de cauſ. poſſ. & propriet. clem. ſæpe, de verbor. ſign.* plura habere requiſita, vt
valeat † ſcripſit *Aſin. in ſua praxi, §. 6. c. poſtquã inciáimus, per* 4
totum, & c. 6. Id autem, quod ſupra diximus, cum aliis ſeqq.

Requiritur autem inter alia, vt fiat citatio congruo tempore, *Abb. in cap. ſi aduerſarius, num. 2 in 3. notab. de eo, qui mittit in poſſ.* id eſt, tempore † iuridico, vt poſt alios 5
nouiſſime *Peregrin. Ianninius de citat. reali, lib. 1. cap. 2. nu. 39. verſic. Sexto dicitur*, qui de hac temporis congruitate pollicetur ſe latiſſime dicturum eo opere, *lib. 10.* quem adhuc non vidi. Sed nec nocturnum tempus ad id dicitur congruum, quare voluit Felin. citationem non poſſe fieri
clandeſtinis temporibus puta de ſero † tarda hora, *Felin.* 6
inquam *in cap. ex parte Deciani, num. 7. verſic. Et nota quod talia, de reſcript.* quod ſequitur Aſinius, addens, quod multo magis dicetur citatio facta incongruo tempore, ſi fiat
† nocturnis horis, ideo nulla erit citatio, propterea, quod 7
iis horis, quid patenter, ac palam fieri dici non poteſt, vt requiritur, *Aſin. in ſua praxi, §. 6. cap. 6. in ſeptimo requiſito,*

Hoſtienſ. in cap conſuluit, ff. de offic. deleg. Ioan. And. in add. ad Spec. in tit. de prolat. ſententia, § iuſta, verſic. Item eſt nulla, Ioan. de Selua in tract. de beneſ. par. 3 quæſt. 17. nu. 1. col. 1.
8 minuſq; poteſt concedi citatio nocturno † tempore, caſu, quo ſit impetranda à iudice ſedente, *Marc. Ant. Eugen. conſil. 48. Contractꝰ ſocietate, nu. 35. lib. 1. Cæterum de conſuetudine,* & communi * obſeruantia teſtatur *Eugen. loco cit. nu. 38. poſt Abb. in cap. quoniam contra, de probat.* quod
9 cenſetur data facultas † actuario, vt etiam nocturno tempore ad ſimplicem partis requiſitionem has deſcribat citationes, atque eaſdem decernat.

CAPVT CXXV.

De Edicto publico.

ARGVMENTVM.

Citandi varia recenſetur inſtituta, atque id eo vox præconis, & publicum edictum, quorũ neutrum, aut hora prandii, aut nocturnis horis poſſit abſolui.

SVMMARIA.

1 * *Citatio fieri poteſt per literas iudicis.*
2 *Citatio per literas iudicis poteſt fieri non ſolum à nuncio, ſed etiam ab actore.*
3 *Citatio fit per ſolam nuncii vocem.*
Siue nuncius ſit publicus, ſiue priuatus, num. 4.
5 *Citatio poteſt fieri per vocem præconis.*
6 *Præconis voce fit citatio regulariter, vbi creditores ſunt incerti.*
7 *Citatio fit etiam per edictum in albo prætoris.*
8 *Edictum in albo vbi proponatur.*
9 *Edictum in albo appellatur dictum ſolemne.*
10 *Edictum in albo fit, quoties aduerſarius eſt vagus & incertus.*

11 Exem-

11 *Exemplatum requirit citationem per edictum in albo.*
12 *Inſtitores debent reuocari per publicum edictum.*
13 *Edicta publica non debent fieri, nec hora prandii, nec nocturno tempore.*
14 *Noua conſtit. Mediol. in tit. de bonis ad cridas ponendis declaratur.*

CITANDI varia fuiſſe, adhucque inſtituta ſupereſſe, manifeſtum eſt, quoniam citatio non ſolum fit per † literas iudicis, *cap. quoniam contra, de probat. l. conſentaneum, C. quom. & quan. iud. cap. prudentiam, de offic. deleg. cap. ex literis, eod. cap. ſi Epiſcopus, 18. diſtinct. pulchre, Ioan. Bapt. Aſin. in ſua praxi, §. 6. cap. 3. num. 6. & 7. & cap. 4 per totum*, & quod pertinet ad iura illius ciuitatis, *in ſtat. Mediolani, cap. 1. 2. 3. 4 & 5. Vol. 3. & in nouis Mediolani conſtitut. lib. 2. tit. de iud. §. In citationibus*, quas, vel nuncius deferat, vel etiam † actor, iis tamen obſeruatis, de quibus 2 *Bart. in extrauag. ad reprimendum, in Verbo, Per literas, nu. 4. & in fin. per text. in l. eum, qui, §. ſi epiſtola, Verſic. Sed & ſi interfuit, ff. de furt. Aret. in § quadrupli, num 30 Inſtitut. de act. ibid. Iaſ. num. 32. Verſic. An autem iudex, Vbi alii plures allegantur*, Aut per ſolam nuncii † vocem, *Bal. in l. conſentaneum, C. quom. & quan. iud. num. 2. ibid. Salyc. num. 3.* ſiue nuncius ſit publicus, ſiue † priuatus, is tamen, quem 4 reus citatus iudicis nuncium credere teneatur, *Bart. in extrauaganti ad reprimendum, in Verbo, per literas, num. 3. Aretin. in §. quadrupli, num. 30. Verſic. Quid autem, Inſtit. de act. ibid. Iaſ. num. 32. Verſic. Vnde ad iſtud.* Sed etiam citatio 5 poteſt fieri per vocem † præconis, vt in *cap. parati, extra de appellat. in l. conſentaneum, & in Authent. de litigioſis*, & de hac citationis ſpecie, quæ vbi creditores ſunt † incerti per proclama fieri conſueuit, poſt alios ibi allegatos, 6 latiſſime *D. meus Sfortia Oddus in tract. de reſtit. in integr. part. 1. quæſt. 34. art. 10. 11. & ſeq.* Amplius fieri poteſt per edictum in † albo prætoris, *clem. 1. de iudiciis, §. omnem, Authent. de litigioſ.* Quæ quidem edicta hodie proponuntur in foribus † Palatii communitatis, ſi eſt iudex laicus: 8 ſi eccleſiaſticus proponuntur in foribus Eccleſiæ Cathe-

 dralis,

dralis, *Bald. in l. conſentaneum, num. 22. C. quom. & quan.*
9 *iud.* hoc autem edictum † ſolemne appellatur, & fit idi-
10 pſum quoties aduerſarius eſt vagus, & † incertus, prout
11 in exemplato, quod nos tranſumptum appellamus † concludit *Abb. in cap. Alber. de teſtib. num. 5. ibid. Felin. num. 2. Ludouic. Molin. lib. 3. de Hiſpan. primogen. cap. 13. Hactenus oſtenſum eſt, num. 40. Verſic. Quod procedit.*

Hæ autem præconizationes, hæc autem edicta publica inter alia requiſita debent fieri congruis loco, & tem-
12 pore. Quare cum † inſtitores debeant reuocari per publicum edictum, alias non cenſeantur reuocati, *Imol. in cle-*
* *ment. 1. Verſic. Si vero non fuit expreſſa, de renunc.* & ita * omnes ſentire, & eſſe iuris regulam ſcribit Felin. *in cap. ex parte Decani, num. 7. Verſic. Prima regula, de reſcript.* vbi
13 plures allegat, ſubiicit *Felin. loco cit.* quod eiuſmodi † edicta publica non debent fieri clandeſtinis temporibus, quibus veriſimiliter nō habetur notitia, puta hora prandii vel nocturno tempore.

14 Et ex his remanent declaratæ † *No. conſtit. Mediol. lib. 2. in tit. de bonis ad cridas ponendis, & alia conſimiles conſtitutiones.*

CAPVT CXXVI.

De Relatione.

ARGVMENTVM.

Nuncium non referre Iudici, ſed Notario, ideo nocturno tempore referentem Nuncium poſſe à Notario audiri.

SVMMARIA.

1 *Relatio nuncij poteſt recipi etiam nocturno tempore.*

2 Actua-

2 *Actuarius cenſetur habere facultatem relationis recipiendæ ad ſimplicem partis requiſitionem.*

NVNCII autem † relationem poſſe per notarium re- 1
cipi etiam nocturno tempore, ſine iudicis licentia,
res non habet difficultatem, cenſetur enim data facultas
† actuario, vt illam ad ſimplicem partis requiſitionem 2
recipiat, & deſcribat etiam nocturno tempore, vt * de
communi obſeruantia poſt *Abb. in cap. quoniam contra,*
de probat. teſtatur *Marcus Anton. Eugen. conſil. 48. verſic.*
Tertio, vt omnem dubitationem, lib. 1.

CAPVT CXXVII.

De Comparitione.

ARGVMENTVM.

Comparere dum reus non cogitur nocturno tempore, an poſſit, negatiuæ moderatio adhibetur. An teneatur eo caſu Iuſdicens pro tribunali ſedere, affirmatiua reiicitur.

SVMMARIA.

1 *Comparere nemo cogitur de nocte.*
Nec etiam eã de re tenetur ſe excuſare, num. 2.
3 *Comparere noctu tenetur aliquis interdum, & quando.*
4 *Comparere non poteſt de nocte, qui ad certam horam nocturnam citatus eſt.*
5 *Comparere poteſt vſque ad noctis tenebras, qui citatus eſt ad certum diem, ſed non ad certam horam.*
6 *Citatus, vt compareat aliquo die non expreſſa hora, debet comparere hora congrua.*

7 *Comparere poteſt vſque ad mediam noctem, qui citatus eſt, vt compareat certa die.*

Modo citatus non fuerit in culpa, num. 8.

9 *Iudex tenetur ſedere pro tribunali etiam de nocte, vbi comparitio nocturno tempore fieri poteſt.*

Contrarium ſuſtinet Author, num. 10.

Niſi contrarium conſueuiſſet iudex, num. 11.

COMPARERE, an citatus teneatur nocturno tempore, ſi ad eam horam fuerit citatus, dicendum regu-
1 lariter, quod † non, *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. in tit. de prolatione ſententia, §. iuſta, Verſic. Item eſt nulla, Ioan. de Selua in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 17. in princ. Verſic. Et de iuriſdictione*, vbi addit *in fin. prima columna, Verſic. quem ſequitur D. Abb. poſt Abb. in cap. conſuluit, de offic. delegat.* quod quando pars citata non comparet de nocte,
2 nec etiam tenetur venire ad ſe † excuſandum, & alibi in *eadem quæſt. hoc ſæpius repetit, Felin. in cap. conſuluit, num. 19. Verſic. Sed intelligo, ff. de offic. delegat. Corn. conſil. 54. Videtur, num. 13. Verſic. Et ideo, Vol. 2.* Interdum tamen teneri,
3 ſaltem aliquibus † vrgentibus cauſſis, tenuerunt alii, qua in re omnino ea videnda erunt, quæ inferius ſcripſimus *de Sententia.* An vero, quis poſſit comparere nocturno tempore. Et equidem, ſi ſit citatus non ſolum ad certam
4 diem, ſed etiam ad † certam diei horam, non poterit aliquo pacto de nocte comparere, vbi vero is ſit citatus ad certam diem hora non expreſſa, poſſit comparere, vſque ad dimidiam noctem, variæ fuerunt opiniones. Alii enim voluerunt, vt poſſit citatus quandocunque illa die com-
5 parere ante tamen † noctis tenebras, vt iudex actum perficere poſſit in luce, *Abbas in cap. conſuluit, ibid. Dec. num. 25. Verſic. Et prædicta concluſio intelligitur, de offic. delegat.* & ratio eſt, quia citatus ad aliquem actum expreſſo die, non expreſſa hora, intelligitur quidem citatus, vt compareat
6 qualibet hora diei, etiam vltima, hora tamen † congrua ad actum, ſcilicet hora veſperarum, non vlteriori, *Bart. & ibi Bernard. Landrian. addit. conſil. 176. Plures contingit, part. 1.* Alii voluerunt, vt poſſit quis comparere vſque ad

ad † mediam noctem, *gloſſ. in l. More ff. de ferijs, Bald. in* 7
addit. ad Specul. in tit. de Dilation. in fin. Verſ. Dilatio, quæ
aſſignatur, modo tamen citatus non fuerit in † culpa, 8
quin interdiu comparuerit, *Alexand in d.l. More, de quo*
Decian d. cap. conſuluit, de offic. deleg. num. 25 Verſ. Sed vt de-
clarat ibi, Cotta in ſuis Memorabilib in Verbo Die more Ro-
mano, ad fin. Verſ. Idem etiam in citato. Amplius voluit An-
gel. iudicem teneri ſedere ad tribunal, vt præſentationem,
ſeu † comparitionem accipiat, *Ang. in d.l. More, nu 5. Verſ.* 9
Nota, quod bannitus ff. de ferijs, cum quo pertranſit etiam
Caſtr. ibid. nu. 5. Verſ. In glo. ſequent.

Ego vero exiſtimo iudicem non teneri nocturno tempore ſedere ad tribunal ad accipiendum comparitionem, per ea, quæ ſcripſimus *in cap. de Bannito,* ne ſcilicet via inſidijs opportuna aperiatur, teneri tamen iudicem illam 10
habere pro † bona, ne tempus ſcilicet ad comparendum euaneſcat, neue iuſſus camparere in aliquam incidat morani, eique aliquod ideo paretur præiudicium, his tamen concurrentibus, vt ſcilicet citatio ſit facta ad comparendum hora non expreſſa, periculum ſit in mora, citatus 11
non fuerit in culpa, vel etiam index † conſueuiſſet de nocte procedere, per ea, quæ dicit *Alexand. in l. More ff. de ferijs, & Dec. in d. cap. conſuluit, nu. 25. de offic. deleg.*

CAPVT CXXVII.

De Litis conteſtatione.

ARGVMENTVM.

Iudicium nocturno tempore per litis cõteſtationem conſtitui non poteſt, vter nolit, an actor, an reus. Sed nec inuito iuſdicente.

SVMMARIA.

1 *Litem inuitis, aut partibus, aut iudice, nocturno tempore conteſtari non poſſumus.*

2 Litis conteſtatio quid ſit.
Supplet Author definitionem, nu 3.
4 Litis conteſtatio non poteſt fieri abſente actore.
Nec ideo eo nolente nocturno tempore, nu. 5.
Niſi idem actor legem dixiſſet, nu. 6.

Litis conteſtatio, an de nocte fieri poſſit inuito, vel a-
1 ctore, vel reo, vel etiam iudice, negauit, & † optime *Innocent. in cap. conſuluit, num 5. ibi, nec etiam litis conte-*
2 *ſtatio de offic. deleg.* Cum enim litis conteſtatio ſit † actus iudiciarius, per quem iudicio ordinario, vel arbitrarii inſtar habente facta narratione, & petitione expreſſa, vel incluſa, negocii principalis inſcriptis, per actorem coram competenti iudice pro tribunali ſedente, vel arbitrio ipſo, maxime iudice, vel parte interrogante, ſeu parte intentione ſua inſiſtente, reus reſpondet negando, vel confitendo, vel per verba æquipollentia, *Foll in addit. ad Marant. in ſuo Specul par. 6. in tit. de litis conteſtat. num. 4.* addo
3 ego, vel † dubitando, per verbum credo, vel per verbum
* ignoro, vt ita * communiter ſeruari, quando litis conteſtatio, vel fit per procuratores, vel per hæredes, quando habent iuſtam cauſſam ignorandi, tradit *Maranta loco cita. num. 5. 6. & 7.* Certum eſt, quod nec iudex nocturno tempore, ſedere compellitur, vt dicemus *in cap. de ſententia*, nec reus cogitur tempore illo comparere, vel docuimus *in cap. de Comparitione*, nec etiam actor, quoniam
4 cum litis conteſtatio non poſſit fieri † abſente actore, *Bal. in l. 1. colum. 2. C. de lit. conteſtat. Maranta loco citat. numero octauo Verſ. An autem poſſit fieri*, nec quiſquã futuris euentibus, nocturniſque inſidiis cogatur vitam concre-
5 dere, dicendum eſt, vt nolente † actore fieri non poſſit litis conteſtatio nocturno tempore. Niſi forte actor authore iudice reum ad nocturnò tempore comparendum citaſſet, quo caſu, quod pertinet ad ad actorem, exiſtima-
6 rem poſſe etiam eo † inuito litem nocturno tempore cõteſtari, iuxta illud: Patere legem, quam tu ipſe tuleris, & ſunt iura vulgata,

CAPVT

CAPVT CXXIX.

De Proceſſu in cauſſa.

ARGVMENTVM.

Proceſſum iudiciarium nocte fieri non poſſe, declaratur.

SVMMARIA.

1 *Proceſſus in cauſſa de nocte fieri non poteſt.*
Quod quomodo procedat, declaratur, nu. 2.

ATque vniuerſaliter † proceſſum non poſſe fieri de nocte ſcripſit poſt illum tex. *Dec. in cap. conſuluit, nu. 25. verſ. Ideo cum proceſſus, de offi. deleg.* quod † quomodo procedat, non mediocriter ab iis pendet, quæ paulo ſuperius diximus, inferiuſq; dicemus. Idem voluit *Ioan. de Selua in tract. de Benef. q. 17. in prin. par. 3.* 1 2

CAPVT CXXX.

De Teſtibus recipiendis.

ARGVMENTVM.

Teſtes nocturno tẽpore examinari poſſe, vt dicta recipiantur, non vt iuramentum eo tempore deferatur. Quid autem de dicti declaratione.

SVMMARIA.

1 *Teſtes poſſunt nocturno tempore examinari.*
Reſpectu tamen eorum, quæ viderint interdiu, ex Farinacio, num. 2.

3 *Cæcus poteſt eſſe teſtis reſpectu eorum, quæ vidit prius, quam cæcus efficeretur.*

4 *Teſtium dicta recipi poſſunt etiam nocturno tempore.*

Poſſunt enim recipi ſine partis citatione, ibid.

5 *Teſtis iurare non poteſt nocturno tempore.*

6 *Iuramentum deferri non poteſt parte non citata.*

7 *Teſtis poteſt dictum ſuum declarare etiam nocturno tempore.*

8 *Teſtis dictum vbi declarat ſuum, nec citatio partis requiritur, nec delatio iuramenti.*

9 *Teſtis non poteſt examinari nocturno tempore nolente adiuncto ſi quis datus eſt*

10 *Teſtis deponens, quid geſtum eſſe à prima hora noctis, intelligitur poſt primam horam finitam.*

1 POſſe teſtes per iudicem nocturno tempore † examinari ſcripſit *Innoc. in cap. conſuluit, num 5. verſi. Allegationes autem, de offic. deleg.* quod dictum eſſe * communiter approbatum ſcripſit *Ioan. de Selua in tractat. de Benef. par. 3. quæſt. 17. num. 2. verſi. Dicit tamen, quod iudex, & ante eum Felin. in cap. conſuluit, num. 19. verſ. Dicit Innoc. de offic. deleg. Bal. in Margar. in verbo Teſtis, ſ ottauo. Quod verum intelligit Proſper Farinac. de Oppoſit. contra perſon. teſt. quæſt. 72. 2. limit. prin num. 49. verſ. Limita 4* reſpectu eorum, quæ teſtis vidit † interdiu, ſecus reſpectu eorum, quę vidit nocturno tempore, de quo tamen nos latius *in cap. de Probationibus, in cap. de Viſu. & in cap. de Voce.* Sicut etiam dicimus, quod quo caſu non poteſt cæcus recipi in

3 teſtem, poteſt reſpectu eorum, quæ vidit † prius, quam cæcus efficeretur *Specul. in titu. de Teſte § 1. num. 56. verſi. Sed nunquid cæcus, Felin. in cap præterea, ad fi. de Teſtibus, Aret. in §. Teſtes autem, num 5. Bar. in l. ad teſtium §. conditionem, num. 6. ff. de teſt.*

Sed in re propoſita mihi viſus eſt optime ſentire *Ioan. de Selua in tractat de Benef par. 3. quæſt. 17. num 2. verſ. Et iſtud intelligitur*, dum eam conſtituit differentiam inter

4 iuramentum teſtis, & receptionem dicti, vt ſcilicet † dicta teſtium

teſtium poſſint recipi etiam nocturno tempore, quoniam illa poſſint recipi ſine partis citatione, iurare vero non poſſit † teſtis nocturno tempore, quia ſcilicet iura- 5
mentum non poſſit deferri parte non † citata, vt etiam eſt 6
text. in l. ſi quando C. de Teſtibus, ibi. Bal num. 5 Verſi. Nota ex hoc, Roman. conſi 482. In caſu præmiſſo, num 8. Verſ. Idem Videmus, & ante eum idem Voluit Felin. in cap. conſuluit, num. 19. Verſ. Dixit Innoc. de offic. deleg

Quo fit, vt ſi teſtis velit dictum ſuum † declarare, illud 7
profecto poſſit etiam nocturno tempore, etenim in declarando dicto, nec requiritur partis citatio, nec etiam delatio † iuramenti. *Roman dict. conſil. 482 In caſu præ-* 8
miſſo, num. 8 Verſi. Et tamen declaratio, poſt *Bald. in auth. Hodie C. de iuram. calum. & Barto. in l. hæredes palam §. ſi quid poſt ff. de teſtam.* idem voluit *Marſi. in l. de Vnoquoque nu. 76. ff. de re iud. & in l. 1. §. fin. nu 50. ff de quæſt.*

Hæc autem vera intelligo, ſi ſimpliciter ſint à iudice ſolo dicta teſtium recipienda, quod ſi ex cauſſa velit pars, vel iudici † adiunctum dare, vel alium interrogatorem, 9
tunc iis inuitis, quorum intereſt, non poterit iudex deuenire ad teſtium examinationem incõgruo tempore, quale eſt nocturnum.

Aliud ſcribit de teſte *Franc. Aretin. conſ. 71. Diligenter, & mature, num 5. Verſi. Item prædictus,* quod ſcilicet teſtis deponens quid geſtum eſſe à † 1. noctis hora, intelligitur 10
poſt finitam primam horam, ſed non video hunc eſſe locum, videri poteſt *cap. de Pæn. Temper. & cap. de Dictionib.*

CAPVT CXXX.

De Iuramento.

ARGVMENTVM.

Iuramentũ voluntariæ iuriſdictionis, etiam nocturno tempore deferri poſſe, aduer-

aduerſus Caſtellum, contentioſæ vero non poſſe.

SVMMARIA.

1 *Iuramentum nocturnum præſumitur ſimulatum ex Caſtello.*

2 *Contractus omnes ex obſeruata conſuetudine iurantur.*

3 *Contractus poſſunt fieri etiam nocturno tempore.*

4 *Iuramentum nocturnum facilius alijs concurrentibus præſumetur ſimulatum.*

5 *Iuramentum nocturno tempore deferri teſti non poteſt.*

1 IVramentum de nocte factum præſumi † ſimulatum
ſcripſit *Ioan. Baptiſta Caſtell. ad Alb. in ſuo Dictionar. in
Verbo Nox, col 2. in fin.* quod tamen verum ſimpliciter non
2 exiſtimo, video enim omnes contractus ex † obſeruata
* *conſuetudine iurari, contractus autem quilibet poſſunt
3 fieri nocturno tempore † *Bero. conſ. 59. Licet de ſimplici,
num. 10 cum duobus ſeqq. lib. 1. text. in l. non minorem C. de
tranſact. Decia. in cap. conſuluit, nu. 29. Verſ. Et prædicta conclusio, de offi. deleg Ioan. de Selua in tract. de Beneficijs par. 3.
q. 17. nu 4. Verſ. Et pro iſta parte, Felin. in alleg cap conſuluit,
num. 20. Verſ. Gloſſ. in Verb. Lucem, de offi. deleg.* Bene verum
4 eſt; quod facilius aliæ admitterentur coniectura ad † ſimulationem
præſumendam, ratione nocturni temporis,
vt ſcripſimus *in cap.* de venditione, *ex Ioan. de Selua loco citat. Felin. loco citat. Bald. in cap. 1. colum. pen. de fid. inſtrum.
Iaſon in l. More Romano, num. 10. Verſ. Aduerte tamen ff. de
ferijs, Alciat. in l. non minorem, num. 3. Verſ Non tamen par.
C. de tranſact. Claud. Bertaz. ad conſ. patris ſui, conſ. criminal.
538. Cum in hac cauſſa, ſub litera A. vol 2.*

Iuramentum autem, quod examinando teſti defertur,
hec deferri, nec † ſuſcipi poſſe nocturno tempore, quoni-
5 am partis citatio requiratur, voluit *Ioan de Selua loco cit.
nu. 2. Verſ. Et iſtud intelligitur, Bal. in l. ſi quando, nu. 5 verſ.*

Nota

Nota ex hoc C. de teſtibus, Roman. conſ. 482. In caſu præmiſſo num. 8. verſi. Idem videmus, & Felin. in cap. conſuluit, num. 19. verſ. Dicit Innoc. de offic. deleg. & diximus, *in cap. de teſtibus recipiend.*

CAPVT CXXXI.

De Proteſtatione.

ARGVMENTVM.

Proteſtationum cum plures ſint ſpecies, quæ ſint eæ, quæ nocturno tempore fieri prohibentur.

SVMMARIA.

1 *Proteſtatio declaratoria, & incitatoria poteſt fieri quolibet die, etiam feriato.*

2 *Actus extraiudicialis poteſt fieri quolibet die etiam feriato.*

3 *Proteſtatio reſpiciens actum faciendum in iudicio, die feriato fieri non poteſt.*

4 *Proteſtatio poteſt fieri die feriata ad diem non feriatam.*

5 *Proteſtatio poteſt fieri tempore nocturno.*

Modo illius copia haberi poſſit, cui facienda eſt proteſtatio, num. 6.

7 *Proteſtatio ex Iaſone regulariter non poteſt fieri de nocte.*

Conquieſcit tandem in affirmatiua, nu. 8.

9 *Proteſtatio quando poſſit fieri nocturno tempore Authoris diſtinctio.*

10 *Proteſtatio poteſt fieri coram Iudice, ſi illius copia haberi non poteſt, cui facienda eſt proteſtatio.*

Et coram Notario, ſi Iudex haberi non poſſit, nu. 11.

Et coram tribus honeſtis perſonis, ſi nec notarius adſit, num. 12.

13 *Siue ij coram quibus ſit proteſtatio, ſint clerici, ſiue laici.*

Fallunt hæc omnia nocturno tempore, nu. 14.

15 *Noctu ſe recipiens, non dicitur ſe ſubtrahere.*

16 *Proteſtatio nocturno tempore facta, facilius præſumitur ſimulata.*

17 *Proteſtatio, quæ ſit ea, quæ poteſt noctu fieri, remiſſiue.*

PRoteſtatio, quo tempore fieri poſſit, licet huius quæſtionis duplex ſit inſpectio, An die feriato, An etiam de nocte; quod tamen ad ſuſceptum pertinet inſtitutum, reiecta prima inſpectione, poſterior duntaxat examinanda eſt. Quod tamen reſpicit primam, non poſſum non * recenſere notabilem, & * communiter receptam Bartoli diſtinctionem *in l. non ſolum §. morte num. 58. & Felin. in cap. cum M. num 55. de conſtitut.* Aut enim proteſtatio non reſpicit actum faciendum, vel à proteſtante, vel à proteſtato in iudicio, vt regulariter ſunt omnes declaratoriæ, & præterea incitatoriæ, vt quis ſoluat, cum poſſit is, cui facta eſt proteſtatio, quem breuiore circuitu proteſtatum appello, ſoluere quod debet, etiam extra iudicium, profecto per talem proteſtationem, etiam die feriata concep-
1 ptam conſtituetur debitor in † mora, ſiquidem actus ex-
2 traiudicialis poteſt fieri quolibet † die *Barto. loco citat.* Idem *Bar. in l. cum filiusfamilias §. fin. ff. de verbor. obligat. Felin. loco citat. num. 56. verſ. Et ibi ponit per text. in l. [illegible] C. de ferijs,* faciunt dicta *Specul. in titu. de arbitr. §. fina. verſic. Sed nunquid amicabilis.* Si vero proteſtatio reſpiciat actũ
3 faciendum in iudicio, eo caſu die feriata fieri non † poteſt, & facta nullius eſt roboris, aut momenti, *Bart. loco citat. & Felin. num. 56.* Niſi proteſtatio fieret die feriata ad
4 diem † non feriatam, *Bart. & Felin. locis citat.* & amplius declarando, ampliando, ac reſtringendo *ex allegatis patribus.*

Quod autem pertinet ad ſuſceptam prouinciam, An
5 proteſtatio fieri poſſit tempore † nocturno. Dicendum, quod ſic, modo copia eius, cui facienda eſt proteſtatio,

po ſſit

poſſit † haberi, *Felin.in cap. cum M.num.58.Verſ. Quarta* 6
concluſio, de conſtitut. Bald. in cap. fin. numero quarto, Verſic. Sed nunquid, de appellat. Iaſon in l non ſolum §. morte, numer.42. ad fin. Verſic. Iuxta hanc quæſtionem ff de op. no. nunc.

Contrarium innuit *Iaſon in d.§ morte, numer.53.Verſ.In contrarium, quod tales proteſtationes*, quod ſcilicet pro-
teſtationes regulariter non poſſint fieri de † nocte, quo- 7
niam non dicatur fieri congruo tempore, *argum.l ſi ſoluturus ff.de ſolut.per gloſſ.ſingularem in l.more, cum Bar.ff.de ferijs, & Abb.in c.1.eod. titu.* Sed tandem conquieſcit in
† affirmatiua. 8

Quo tamen loco duo ſunt animaduertenda. Primum illud procedere, quoties proteſtatio eſt immediate iudici
facienda, quia, ſi nocturno † tempore poſſit illius copia 9
haberi, valebit vtique proteſtatio nocturno tempore facta per ſuperius adducta. Quod, ſi parti ſit facienda proteſtatio, nullo pacto nocturno tempore, ſi partis copia haberi non poſſit, concedendum erit proteſtationi. Licet
enim quoties alicui facienda eſt proteſtatio, ſi † copia il- 10
lius haberi non poſſit, poſſit fieri proteſtatio coram iudi-
ce, cuius rurſum ſi copia haberi non poſſit, coram † No- 11
tario facta valeat, modo domicilio affigatur, qui ſi abſit,
coram tribus † honeſtis perſonis poſſit tandem proteſta- 12
tio fieri, vt cenſuit *Felin.in cap.cum M.num.30.Verſi. Fallit tertio*, dum ſe remittit ad *cap.Paſtoralis §.fin.de offic. ordin. & ad l.Vt perfectius C.de annal.except. idem Felin. ibid.nu. 31.Verſ.Primo, quod fiat, de conſtitut Bald in cap.fin.num.4. de appellat.Verſ.Sed nunquid iſta*, vbi parum curat, ſiue hi
boni viri, coram quibus faciẽda eſt proteſtatio, ſint † cle- 13
rici vel laici. Vbi tamen proteſtatio fit de nocte, ſi copia
partis haberi non poſſit, non † ideo poterit proteſtatio 14
fieri coram iudice, vel aliis, ex eo quod, qui de nocte ſe re-
cipit, nõ dicitur ſe † ſubtrahere *l.1.§.dies, Verſ. Quid igitur* 15
ff. quand. appell. ſit, nec enim nocturnum eſt tempus ſui copiam faciendi, ſed potius facere non debendi. *Bald. in cap. fi. num.4. de appellat.* Poſterius eſt, quod facilius, ſi opportuna ad ſimulationem cõcurrant, de nocte facta pro-

16 teſtatio † ſimulata præſumitur, vt ita intelligo *Ioan. Bapt. Caſtell. in addit. ad Dictionar. Alber. in Verbo Nox*, dum dicit, quod proteſtatio de nocte facta prẹſumitur ſimulata. De hac proteſtatione, quæ ſit ea, quæ noctu poteſt cele-
17 brari † remiſſiue tangit etiam *Alciat. in l. non minorem, in Vltimis Verbis C. de tranſact.*

CAPVT CXXXII.

De Allegationibus.

ARGVMENTVM.

Allegationes dum nocturno tempore audiri poſſe, voluit Innocentius, diſtinguit Author.

SVMMARIA.

1 *Allegationes audiri poſſint nocturno tempore.*
2 *Aduocatus cogitur clientulis patrocinari.*
3 *Notarius cogitur inſtrumenta conficere.*
4 *Caupo cogitur hoſpites recipere.*
5 *Inimico fauere, aut*
Amicum perſequi nemo cogitur, etiã interdum, ſi aliud expoſcere videatur natura officij.
6 *Aduocatus, nec alius quiſpiam, tenetur quicquam facere in fraudem propriæ ſalutis.*
7 *Areopagitæ nocturno tempore controuerſias iudicabant.*

1 ALlegationes nocturno tempore † audiri poſſe ſcripſit *Innoc. in cap. conſuluit, prope fin. ff. de offic. delegat.* quod verum intelligo, ſi adſit etiam conſenſus aduocati,
2 licet enim aduocatus † cogatur, velit, nolit, patrocinari
3 clientulis, ſicut & Notarius † inſtrumenta conficere, &
4 caupo hoſpites † recipere, *Dec. in l. inuitus nemo, in prin. ff. de reg. iur. l. 1. & ibi Bar. in §. Maximus ff. nautæ, caupones, ſtabular*

ſalarii, Idem Bar in l. 1. § cura carnis, nu. 1. ff. de offi præfect. Vrb. Idem in l. vn § ſerui, num 3. Verſ. Non enim quis cogitur ff. furti aduerſ. naut. caup. attamen, cum aliis fallit modis,
tunc potiſſimum ceſſat, quoties quis, vel pro † inimico, 5
vel contra amicum inuitaretur, *Angel. poſt gloſſ. ibi allegat, in l. 1. in §. ait prætor, nu. 2. Verſ. In fin. glo. ff. de poſtul. ind.* ergo nec inimico tempore, quale eſt nocturnum, nec in
† fraudem propriæ ſalutis, impendent enim nocturno 6
potiſſimum tempore pericula, confouentur inſidię, vt ſępius dictum eſt.

Areopagitæ tamen ita ſtudioſi erant iuſtitiæ, vt litium
controuerſias non interdiu, ſed obſcura † nocte termi- 7
narent, ne, tum ex aliis, tum ex geſtibus ita mouerentur interdum, vt a iuſtitiæ tramite deflecterent, atque recederent, teſte etiam *D. Farneſio in ſimulachro reipubl. lib. 1. cap. 9. Non eſt ieiune, ad fi. Verſ. Areopagitæ autem, in 5. Panegyrico.*

CAPVT CXXXIII.

De Probationibus in ciuilibus.

ARGVMENTVM.

Portii dictum de probationibus noctu faciendis temperatur.

SVMMARIA.

1 *Probationes omnes fieri poſſunt nocturno tempore.*
2 *Termino ad probandum dato, vſque ad certam diem, intelligitur vſq; ad mediam noctem illius diei.*
Declarat Author, num. 3.

SEd, & generaliter † probationes omnes fieri poſſe no- 1
cturno tempore, datoque termino ad probandum,
non intelligi diem finitam, niſi ad † mediam noctem, 2

 ſcripſit

ſcripſit *Port in §. omnis ſtipulatio, nu. 19. Verſ. Non obſtat lex More Romano, Inſtit. de Verbor. obligat.* quod ego dictum intelligo verum, ac libenter admitto, quoties eæ ſunt
3 probationes, quando fieri poſſint, † ſine partis citatione, Iudex prætere a vel notarius ſui ipſius copiam facere velit; alias ſecus. Atq; huius rei veritas ex iis patet, quæ *ſuperius* dicta ſunt.

CAPVT CXXXIV.

De Sententia.

ARGVMENTVM.

Quæ Sententiæ poſſint nocturno ferri tempore, diligens, & accurata ſatis explicatio.

SVMMARIA.

1 *Sententia interlocutoria poteſt de nocte ferri, ex Baldo, & aliis.*
Contrarium voluerunt alii, num. 2.
Prima diſtinctio Rebuffi, num. 3.
Secunda diſtinctio, num 5.
4 *Sententia interlocutoria eſt in duplici differentia.*
6 *Sententia interlocutoria habens vim definitiua, ad formam definitiua regulatur, ſi magis de definitiua participet.*
7 *Sententia definitiua non poteſt de nocte ferri.*
8 *Sententiam definitiuam, ſi ferat Iudex nocturno tempore, facit litem ſuam.*
9 *Sententia definitiua, nec prima hora noctis ferri poteſt.*
10 *Sententia dum fertur, requirit partis præſentiam.*
11 *Iter nocturno tempore prohiberi poteſt.*
12 *Citatio, &*
Comparitio non fiunt nocturno tempore.

13 *Sen-*

13 *Sententia lata nocturno tempore valet.*

14 *Iudices poſſunt ſedere etiam de nocte volentes, de die etiam nolentes.*

15 *Sententia nocturno tempore ferri non debet de honeſtate, ſecus de neceſſitate, ex alijs.*

16 *Præceptum de honeſtate non reddit actum nullum, ſi cõtrarium agatur.*

17 *Sententia definitiua cur non poſſit nocturno ferri tempore.*

18 *Sententia definitiua lata de nocte non valet ex communi.*

19 *Sententia lata contra legem nihil valet.*

20 *Appellatio non eſt neceſſaria à ſententia nulla.*

21 *Areopagitæ nocturno tempore iudicabant.*

22 *Sententia definitiua nocturno tempore contra præſentem lata valet.*

23 *Præſens citari non debet.*

Etiam, ſi ex ſtatuto ſit facienda citatio, nu 24.

24 *Sententia definitiua lata nocturno tempore, etiam parte præſente, non valet, ſi pars contradicat.*

Declarat Author, num 26.

Datur cautela, num. 27.

28 *Appellatio non eſt neceſſaria in ſententia lata nocturno tempore.*

29 *Præſens licet citari non debeat, debet tamen priore loco certiorari de actu peragendo.*

30 *Sententia poteſt de nocte ferri, ſi vigeat conſuetudo.*

Et ita obſeruatur Mediolani ex Portio, nu. 31.

32 *Sententia nec etiam attenta conſuetudine poteſt ferri nocturno tempore, ex Felino.*

33 *Iuri prohibitiuo priuatam vtilitatem reſpicienti renunciari poteſt.*

34 *Sententiam de nocte poſſe ferri inueterata eſt conſuetudo.*

Maxime in curia Romana, num. 35.

Sed contrariam vigere conſuetudinem obſeruant alij, num. 36.

37 *Sententia lata de nocte propter multitudinem cauſſarum valet.*

Sed dubitat Felinus,nu.38.

39 *Sententia poteſt ferri de nocte, vbi res eſt continuo peritura.*

Sed potius faciet Iudex litem ſuam ex Authore, numer.40.

41 *Sententia poteſt ferri de nocte, vbi exſpirat iudicantis Iuriſdictio.*

Contrarium verius ex Imola,Iaſone, & Felino, numer.42.

Quos reprehendit Ioan. de Selua,& male,nu.43.

44 *Sententia vbi ferri non poteſt de nocte, quia culpa Iudicis exſpiret. Iuriſdictio, condemnandus eſt Iudex in expenſis erga partes.*

45 *Sententia poteſt ferri de nocte partibus conſentientibus.*

Et ſufficit tacitus conſenſus nu.46.

47 *Tacens,quando dicatur approbare.*

48 *Delegati ſententia poteſt de nocte ferri,ex Caſtrenſ.*

Reprehenditur dictum a Felino,nu.49.

50 *Contumax non eſt amplius citandus, niſi de vrbanitate.*

51 *Sententia poteſt ferri de nocte, ſi pars fuerit contumax.*

52 *Sententia poteſt ferri de nocte in foro mercatorum.*

53 *Sententia ad pias cauſſas poteſt ferri nocturno tempore.*

54 *Sententia pertinens ad voluntariam iuriſdictionem poteſt ferri nocturno tempore.*

55 *Sententia nocturno tempore poteſt ferri pluribus in caſibus,remiſſiue.*

56 *Sententia vbi nocturno tempore ferri poteſt, tria debent adhiberi luminaria.*

Et ea magna,num.57.

Et ita practicatur,num.58.

Siue cauſſa ſit ciuilis,ſiue criminalis,nu.59.

Senten-

SEntentia, vt duplex eſt, alia interlocutoria, alia definitiua, vt vidi duplicem opinionem, negatiuam aliam, aliam affirmatiuam, an ſententia poſſit ferri de nocte, pro ſcilicet ſententiarum natura. Affirmatiua opinio eſt ratione interlocutoriæ, negatiua eſt ratione definitiuæ, vt illa poſſit de nocte ferri, hæc ferri non poſſit.

Interlocutoriam ergo ſententiam poſſe de † nocte ferri voluit *Bald in l. more Romano, in ſecunda lect nu.* 2. *Verſ. Nota, quod licet non teneat, ibid Angel. ff. de ferijs*, ea ductus ratione, quia interlocutoria non exigat iudicem ſedere pro tribunali, idem voluit *Oz. er. in §. omnis. nu.* 11. *Verſ. Pro reſolutione iſtius articuli Inſt. de Verb oblig ibid. Non, nu.* 23. *Verſ. Sexto procedat.* 1

Negatiuam vero ſententiam, quod nec etiam interlocutoria poſſit de nocte † pronunciari, tenuit *Innocen in c. conſuluit, de offic. deleg. Alexand. in l. non minorem, num.* 2. *Verſi. Et intelligit Innoc. C. de tranſact. Felin. in d. cap. conſuluit, num.* 19. *Verſi. Dicit Innocent. de offic. deleg. Ioan. de Selua in tractat. de Benef. par.* 3. *colum.* 3 *num.* 2 *Verſ Et dicit Innocent in cap. conſuluit, num.* 5. *Verſi. Et crederem, de offic. deleg. Non. in §. omnis, num* 23. *Verſ. Sexto procedit, Inſtit. de Verb obligat.* 2

Placet mirum in modum diſtinctio † *Rebuff. in repet. l. quod iuſſit. ff. de reg. iudic. num.* 297. *Verſ. Interlocutoria vero ſic*, vt ſcilicet, quando interlocutoria non requirit cauſſæ cognitionem, poſſit ferri de nocte, quando vero cauſſæ cognitionem expoſtulat, nec ea nocturno tempore poſſit pronunciari. Nec enim arbitror ego ſententiam de nocte ferri non poſſe, ob ſolam iudicii maieſtatem, vt ſcilicet pro tribunali ſedeat iudex, quanquam ea iudicii maieſtas non contemnendi ſit ponderis, vt ideo ea quoque attenta ſententiæ interdiu proferantur: ſed etiam, vt partes exaudiri poſſint, eorumque aduocati, quod maxime requiritur, vbi cognitio cauſſæ eſt adhibenda. 3

Vel etiam dicamus, quod interlocutoria eſt in † dupliciti differẽtia, alia interlocutoria ſimpliciter, alia vero habens vim definitiuæ, interlocutoria ſimpliciter poterit 4

5 ferri de nocte, ſecus † ea, quæ habeat vim definitiuæ, ita
poſt *Caſtrenſ. & Bart. in l. More Romano ff. de ferijs. Firma.*
in Verbo ſententia, quando proferri poſſit, declarando ta-
men, *Vt infra*, quia interlocutoria habens vim definiti-
6 uæ, ſi de † definitiua magis participet, illius regulas, ac
normam ſequitur, *Rebuff. in repetit. l. quod iuſſit, Vbi late*
ex profeſſo, in præfat. numer. 73. Verſ. Quæro, an hæc interlo-
cutoria.

7 Definitiuam vero ſentētiam † non poſſe de nocte pro-
nunciari, eſt communis doctorum ſententia, *gloſſ. in §. 2.*
Inſt. de Verbor. obligat. eſt gloſſ. magn. ad fin. Vbi Angelus, &
alij, glo. in §. ſedebunt, in Verbo In matutino. Autu. de iudici-
bus, gloſſ. in l. more Romano in Verbo Lucis, Verſ. Item ſecus in
ſententia ff. de ferijs, Ozer in §. omnis num. 11. Verſ. Pro reſo-
lutione iſtius articuli, inſt. de Verb obligat. ibid. Port. num. 21.
* *Verſ. In ea gloſſ.* vbi innumeri adducuntur, *ſub litera C. Vat.*
qui plures adducit de * communi teſtantes, *in tractat. de*
Nullitatibus, in titu. de Nullitate ex defectu iuriſdictionis,
* *num. 132. Verſ. Siue exemplum ponas*, vbi dicit ita * ſeruan-
dum, alias ſequitur, quod Iudex, ſi aliud agat, ſentētiam-
8 que nocturno proferat tēpore, facit † litem ſuam, *Vant.*
loco citat. in fin. Signorol conſ. 52. Quæritur, an ſententia, in
9 *prin.* vbi idem dicitur, ſi ſit lata † prima hora noctis, vti et-
iam voluit *D. Menoch. lib. 1 de arbit. quæſt. 62. Signorolo ad-*
ditur de magis ** cōmuni, & legiſtarū, & canoniſtarum,
bene inter alias doctiſſimas rationes, vnam affert *Signo-*
rolus, quæ mihi ſalua illius pace, non ſatis ſuſtineri poſſe
videtur, quia ſcilicet, inquit ipſe, ad ferendam ſententiam
10 partis † præſentia requiritur, hucuſque bene agitur; ſe-
quitur, ſed non poteſt quis eſſe præſens, niſi ad iudicem
11 accedat, optime; tranſitus autem † nocturno tempore
prohibetur, *l. itinere ff. commun. prædior. l. hoc edictum ff.*
de his, qui deiecer. Vel. effud. quod, & nos ſuſtinuimus in
cap. Itinere, ſed aliud eſt, quod priuatus non poſſit iti-
neris ſeruitute vti in ædibus alienis nocturno tempo-
re, aliud autem quod non poſſit accedere ad iudicis
ædes dum fertur ſententia, alias iudex vellet repugnan-
tia, vellet enim partes adeſſe dum fert ſententiam, quia

vt dixit

vt dixit Signorol. non poteſt fieri ſententia, niſi præſente parte *l. iudices, ff. de iudiciis, l. 2. C. ſi per vim*, vel alio modo; velle autem abeſſe, dum non concedit illi liberam conueniendi facultatem. Non poteſt tamen ferri ſententia definitiua nocturno tempore, quod etiam voluit *pract. Papienſ. in tit. Forma ſententiæ definitiuæ, num. 37. verſic. Item eſt nulla, ſi lata fuerit de nocte, Petrus Duen. in part. 1. reg. 58. & reg. 188. & 192. in 2. part.* qui hoc dicit etiam de conſuetudine * obſeruari, *Marant. in ſuo ſpeculo part. 6. in verbo, Et demum fertur ſententia, num. 92. verſic. Quarto conſideratur tempus congruum*, vbi de ** magis communi, idem voluit *Corn. conſil. 54. Videtur prima facie, per totum, vol. 2.* qui *num. 13. verſic. Et ideo ex his*, id inter alia ex eo ſuſtinet, quia nec † citatio, nec comparitio fieri poteſt no- 12 cturno tempore, de quibus nos ſuperius aliquid diximus, *Abb.* de * communi *in cap. 1. num. 1. de feriis, Alexan. in l. non minorem, in princ. verſic. Vtrum autem ſententia, C. de tranſact. ibid. Bart. num. 3. verſic. Aut ſunt actus neceſſarii, Socin. reg. 445. Sententia regulariter, Ioan. de Selua in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 17. in princ. Felin in cap. conſuluit, nu. 18. verſic. In iudice vero, de offic. & poteſt. iud. delegat. Maran. in tract. iud. in 6. parte tert. & vlt. part. in 1. art. num. 29.* de * communi *Decius in dicto cap. conſuluit, num. 99. verſic. Et tenet Bart.* de * communi etiam *Iaſon in dicta l. non minorem, num. 3. Tu pro ſolutione, C. de tranſact.* de * communi etiam *Dominus Præſ. Menoc. lib. 1. de arbit. iud. quæſt. 62. verſic. Nam licet communis*, de * communi etiam *Michael de Craſſis in ſuo lib. com. opin. cap. 23. quæſt. 8.* quem refert, & ſequitur *Scapp. de iure non ſcripto, lib. 3. cap. 82. Sententia debet, num. 1.* & poſt plures *ibi* allegatos hanc quoque dicit communem *Vinius com. opin. 703. Sententia lata de nocte, in princ.* communem etiam *Aret. Port.* vbi etiam *Nonius, num. 22. verſic. In eadem gloſſ. in §. omnis, Inſtitut. de verbor. obligat. pract. Papienſ. in forma ſententiæ definitiuæ, §. 1. num. 37.* & iudicem, qui ab hac opinione diſſentiat litem ſuam facere ſcripſit *Aretin. in dicto §. omnis, Inſtitut. de verb. obligat. & com. opin. part. 4. loco 11. in tit. de iud. cap. 5. Sententia, in princ. verſic. Sententia lata*, de ** receptiori *Alciat. in l.*

non minorem, num.4. Verſic. Sed & ſententiam, C. de tranſact. & de magis communi idem *Iaſ. in dicta l. non minorem, num,3. C. de tranſact.* Hanc etiam tenet *Corn. conſil. 54. Videtur, in 2. & 3. col. Vol. 2. Corſet. in ſuis ſingul. in Verbo, Iudex, el 2. Rebuff. ad l. quod iuſſit, num. 296. Verſic. Triceſimoquarto, ff de re iudic.* Atque ſententiam de nocte ferentem facere litem ſuam, de communi poſt alios ibi allegatos tradit *Viuius com. opin. 803. Sententia lata de nocte, in princ.* & paulo *ſuperius* diximus *ex Vantio, & aliis.*

Maior difficultas eſt, an lata de nocte valeat. Et *gloſſ. in cap. conſuluit, in Verbo, Tenebras, de offic. delegat.* dicit quod
13 lata † valet, quia multa fieri non debent, quæ facta tenent, hanc etiam tenuit *Corn. conſil. 54. Videtur prima, nu. 3. Verſic. Et maxime, Vol. 2.* qui dicit valere, niſi pars appellet, *D. meus Præſ. Menoch. dicta quæſt. 62. num. 1. & 2.* &
* * communem dixit Alber. *in l non minorem, num. 2. Verſic. Communis opinio, C. de tranſact.* Et quia duo ſunt iura, quæ contrarium innuunt, alterum de iure ciuili *in §. ſedebunt, Authent. de iudicibus*, alterum de iure Canonico, *in cap. conſuluit, de offic. delegat. Ad text. in dicto §. ſedebunt, reſpondet Alber. loco cit.* quod ille *text.* vult, vt de die ſedeant iu-
14 dices ex neceſſitate, de nocte vero poſſint, ſi eis † placeat, & ante Alber. hæc fuit expoſitio *gl. in dicto § ſedebunt, in Verbo, In matutino, Authent. de Iudicibus, in illis Verbis,* Solum, iudicare poteſt de nocte ex voluntate, ſed de die ex neceſſitate. Sed intelligo ego *gloſſ. illam* ex voluntate, non ſolius iudicis, ſed etiam partium, de quo inferius. Ad *text.* vero *in cap. conſuluit, de offic. deleg.* reſpondet *D. meus Menoch. dicta quæſt. 62. num. 2.* poſt *Decium in dicto cap. conſuluit, num. 100. Verſic. Nam primo non obſtat, de offic. delegat.*
15 quod *text. ille* loquitur de † honeſtate, non de neceſſitate vt ſonant verba illa: Nos tamen procedendi horam con-
16 gruam, &c. & quæ præcipiuntur † ex honeſtate, ſi contrarium agatur valet adhuc, *Abb. in cap. decernimus, de iudic.*
* ita etiam *Vantius*, qui dicit opinionem vſu * receptam, *in tract. de nullitatibus, in tit. de nullitate ex defectu iuriſdictionis, num. 132. Verſic. Contrariam tamen ſententiam.*

Sed certe *ex illo textu* oritur diſpoſitio illa, quod hora noctis

noctis eſt tempus incongruum ad ferendam ſententiam. An autem ſententia poſſit pronunciari tempore incongruo, aliorum ſit iudicium, & præterea non eſt ea vltima ratio, Cur enim non eſt hora noctis congrua ad pronunciandam ſententiam? Prima eſt † ratio, quia ſubeſt periculum falſi, qui enim male agit odit lucem, ſic in propoſito textu *in d. cap. conſuluit*, quæ quidem ratio non eſt ſolius honeſtatis. Secunda eſt, quia debet pars citari ad audiendum ferri ſententiam vnica modo citatione, modo trina, vt late *Felin. in dicto cap. conſuluit, num. 8. verſic. Ad audiendum ſententiam, de offic. deleg.* non tenetur autem pars de nocte vagari, vt *ſuo* vidimus *loco*. 17

Contraria ergo opinio negatiua, quod ſententia lata de nocte † non valeat, eſt communis *pract. Papienſ. in tit. Forma ſententiæ definitiuæ, §. 1. num. 37. verſic. Item eſt nulla ſi fuerit lata de nocte, Petr. Duen. reg. 58. in 1. part. & reg. 188. & 192. in 2. part. ſyntag. com. opin. part. 4. loco 11. in tit. de iudiciis cap. 5. Sententia lata, Marant. in ſuo ſpeculo, part. 6. in verbo, Et demum fertur ſententia, num. 92. verſic. Quarto conſideratur*, vbi de magis* communi, de communi *Dec. in dicto cap. conſuluit, num. 100. verſic. Et hoc bene procedit, de offic. deleg.* & de magis** communi contra *Alberic. Laſ. in l. non minorem, num. 3. C. de tranſact.* lata enim contra † legem nihil valet, *l. non dubium, C. de legib.* Et reuera *gloſſ. illa in c. conſuluit, in verbo, Tenebras, de offic. deleg.* quæ anſam præbuit inueſtigantibus affirmatiuam, loquitur dubitatiue, dum ſic habet: Credo, quod valeat proceſſus, licet procedi non debuerit. Alii forte contra. 18 * * 19

Vtilitas inde maxima ſequitur, quia à ſententia † nulla non eſt opus appellare, *l. ſi expreſſum, ff. de appellat.* quãdo vero actus valet, licet iniuſtus ſit, appellationem deſiderat, ne ſola corruat contradictione, in terminis noſtris *Imola in dicto cap. conſuluit, de offic. deleg. ibid. Dec. num. 100. verſic. Sed aduertendum eſt.* 20

Quanquam † Areopagitæ non interdiu, ſed noctu, & obſcura luce iudicabant, ne hominis aſpectu, cultu, veſtitu, geſtibus ita moueretur iudex, vt à iuſtitiæ & æquitatis tramite decedere quodammodo cogeretur, vt etiam ob- 21

ſeruat

ſeruat *D. Faneſius in ſimulachro reipub. lib. 1. cap. 9. Non eſt ieiune, ad fin. in 5. Panegyrico.*

22 Fallit primo, ſi ſententia pronuncietur contra † præſentem, quia etiam de nocte lata valebit, *Angel. in l more Romano, ff. de feriis, Socin. reg. 445. Sententia regulariter, in 1. fallentia, Alciat. in l non minorem, nu. 4. Verſic. Idem ſi tacite, C. de tranſact.* qui dicit ita tenere * Doctores *in cap. conſuluit, de offic. delegat. D. meus Præſ. Menoch. de arbit. iudic. lib. 1. quæſt. 62. num. 4. Verſic. Idem etiam fortius.*

Verum res aliquam habet difficultatem, quia licet ceſſet ratio ſecunda citationis *ſuperius* adducta, quia præ-
23 ſens † citari debet, *Bald. in l. Labeo, in princip. num. 4. ff. de pact. Idem Bald. in l. Nam ita Diuus, num. 3. & 4. ff. de adopt. idem in l. conuenticulam, num. 36. C. quom. & quan. iud.* per notata *in cap. fin. de elect. in 6.* latiſſime differens *Ioan. Baptiſt. Aſin. in ſua praxi, §. 7. cap. 5. limitat. 90. per totam.* vbi *num. 4.* teſtatur de * communi *poſt Curt. iun. in rub. ff. de in ius Vocan. num. 8. & Curt. Sen.* pariter de communi teſtantem *in repetit. eiuſdem rubr. de in ius Vocan num. 11.*

24 Quod in tantum verum eſt, vt licet ex † ſtatutaria diſpoſitione caueatur, vt negotium aliquod ſine citatione non expediatur, illud tamen ſine citatione parte præſente expediri poſſit, *Bald. in l. 1. C. quom. & quan. iudex, in fin. Ioan. Andreas, & Romanus,* quos ſuis quoſque citatis locis & refert & ſequitur *Aſin. in dicto §. 7. cap. 5. limitat. 90. num. 5.*

Attamen non ceſſat ratio præſumptæ falſitatis, quia ſententia de nocte pronuncietur, vt *ſuperius* diximus, nec ſufficit alteram ex duabus prohibendi cauſſis ceſſare cauſam *Vulgato §. affinitatis, Inſtit. de nupt.*

Niſi dicamus ſatis ceſſare illam iuris præſumptionem per partis præſentiam, vt ſcilicet præſente parte omnis falſi ſuſpicio remota cenſeatur.

25 Contrarium tamen voluit, ſi pars † contradicat, *Iaſ. in l. non minorem, num. 3. Verſic. Secundo limita, C. de tranſact.* ſit ſcilicet ſententia nocturno tempore lata nulla ſit.

26 Quod verum arbitror, ſi non † erat citatus, quod ſi fuit, citatus, cur comparuit.

Poterit

Poterit ſaltem ad proprii iuris † cautelam, qui obiter 27 præſens eſt; excipere, & dicere ſententiam nullam, habebit etenim ſaltem canonis maximam præſumptionem ex capite falſi, *text. cum gloſſ. in cap. conſuluit, de offic. delegat.* & quatenus ſententia aliqua ſit, ſalubre erit appellare, *Ioan. de Selua in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 17. in princip. verſic. Aut excepit.* Quanquam appellationem hoc caſu † negligit *Imol. de quo Alexan. in dicta l. non minorem, nu.* 28 *2. Idem voluit Ioan. de Selua loco citato, col. 2. verſic. In iudice vero.*

Declarãdo, vt tunc omni dubio procul ſentẽtia de nocte lata, quẽadmodũ & quolibet alio tẽpore, nulla ſit licet citãdus ſit præſens, ſi priore loco à iudice de † actu peragẽ- 29 do non certioretur, citandus enim licet ſit præſens, prius tamen, quam aliquid fiat, de actu celebrando eſt à iudice certiorandus, *gl. in cap. conſuluit, in verbo, Terminum peremptorium, de offic. deleg.* poſt *text. in l. 2. C. quom. & quan. iudic.* de * communi *Capic. deciſ. 34. num. 8. & Aſin. §. 7.* * *cap. limitat. 90. num. 15.*

Fallit ſecundo ex conſuetudine, vt ſcilicet ſententia poſſit de nocte ferri, vbi vigeat † conſuetudo, vt de nocte 30 feratur, *in tract. de nullit. ex defect. iuriſdict. num. 132. verſic. Contrariam tamen ſententiam, Marant. in ſuo ſpeculo, part. 6. in verbo, Et demum fertur ſententia, num. 92. verſic. Quod tamen limita, Ioſeph Ludouic. concluſ. 38. illat. 86. poſt Blanc. de compromiſſis, quæſt. 9. num. 51. Ioan. Andreas in addit. ad Speculat. in tit. de ſentent. §. iuſta, verſic. Sed nunquid licet, Socin. Sen. in reg. 445. Sententia regulariter de nocte, verſic. Secundo fallit, Imol. Salycet. Ant. de Butrio,* & alii, quos refert & ſequitur *Alexan. in l. non minorem, num. 2. verſic. Sed nunquid, C. de tranſact.* vbi etiam *Alciat.* de * commu- * ni teſtans, *num 4. verſic. Conſuetudine quoque;* & ita intelligo *Guido Papa ſing. 983. Dies incipit,* ſic voluit etiam *Ioan. de Selua in tract. de benefic. part. 3. quæſt. 17. num. 2. col. 3. verſic. Quarto limitatur. Caſtr. in l. more, num. 7. ff. de feriis, ibid. Iaſ. num. 12. verſic. Sexto limita, ſyntag. com. opin. part. 4. loco 11. in tit. de iudiciis, cap. 5. Sententia debet,* vbi de communi, *Aret. Fort. & Nonius, num. 23. in §. omnis, Inſtit. de verbor. obligat.*

31 *oblig.* & ita * obſeruari † Mediolani teſtatur *dicto § omnis, Inſtitut. de Verbor. obligat. num. 21. Verſic. in ea gloſſ.*

Contrarium tenet *Felin. in cap. conſuluit, num. 18. Ver-*
32 *Quarto fallit, de offic. deleg.* ex eo quod † conſuetudo eiuſmodi ſit contra ſacros Canones, & Leges, ideoque non valeat, *cap. fin. de conſuet.*

Sed certe canones, & iura, licet prohibeant ſententiam de nocte ferri, id tamen prohibent ex cauſſa particulari, atque priuata vtilitate, huic potuerunt priuilegio renun-
34 ciare priuati tanquam ſuo, etiam, vbi ius eſt † prohibitiuum, vt noſtro præſupponimus caſu, *Angel. notabiliter in l. nulla, num. 5. ff. de legib.* regulas enim communes libenter, vel tyronibus, vel repertoriantibus relinquo. Renunciarunt ergo priuati, dum conſuetudinem inſtituerent, atque deinceps conſtituerent, quodque antiquior populus inſtituit, id populus recentior inſtituiſſe, ac conſtituiſſe dicitur, *l. properandum, C. de iud.*

Declarando, vt interim ſtylus, & conſuetudo ſenten-
34 tias de nocte pronunciandi ſit † inueterata, atque antiquo, ac vniuerſali fere * vſu recepta, *Vant. in tract. nullit. in tit. de nullit. ſentent. ex defectu iuriſdictionis ordinariæ, num. 132. D. meus Præſ. Menoch. dicta quæſt. 62. in princip. lib. 1. de arbitr. iud.* & ita * practicari teſtatur *Alber. in l. non minorem, num. 2. Verſic. Et Iacobus Butrig. C. de tranſact.* Atque opinionem illam, licet veram, quod ſententia non poſſit ferri de nocte, vſu receptam non eſſe, poſt *Vant. loco cit. de nullit. ex defect. iur. ord num. 132. Verſic. Contrarium tamen, ibi allegat.* voluit *Marc. Anton. Eugen. conſil. 48. Contracta ſocietate, num. 37. Verſ. Quia ea opinio, lib. 1.* & adducit *ibid.*
35 *Hoſt. in ſum. de iud. §. qualiter,* dicentem in Romana † curia
* ſæpius * obſeruatum fuiſſe, vt ſententiæ nocturno tem-
* pore fuerint latæ, & *ipſemet* teſtatur de conſuetudine * Peruſina, idem voluit *D. meus Præſ. Menoch. lib. 1. de arbit. iud.*
36 *quæſt. 62. in princ.* quanquam de * contraria † conſuetudine, vt ſcilicet ſententia de nocte lata ſit nulla, teſtatur *pract. Papienſ. in tit. Forma ſententiæ definitiuæ, §. 1. num. 37. Verſic. Item eſt nulla* Sed quæſo quiſque ſui fori conſuetudinem amplectatur.

Fallit

Fallit tertio propter † multitudinem cauſſarum, iudex 37
enim multis præpeditus negotiis ſententiam poteſt de nocte pronunciare, *Vant, de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iuriſdict. nu. 132. Verſ. Contrariam, Bal. in proœm. ff. in fin. Socin. Sen. reg. 44. in 3. fallent. Lud. Rom. in l. ſi Vero, in 15. fallen. ff. ſol. matr. idem in l. oratione, nu. 5. Verſ. Item illud, ff. de ſer. Iaſ. in l. non minorem, nu. 3. Verſ. Tertio limita, ibid. Alc. nu. 4. Verſ. Vel multitudine, C. de tranſact. idē Iaſ. in l. more, nu. 12. Verſ. Quarto limita, ff. de feriis, D. meus Praſ. Menoch. lib. 1. de arb. iud. quaſt. 62. nu. 3. Corſet in ſuis ſing. in Verbo, Iudex el 2. Ioan. de Selua in tract. de benef. par. 3. nu. 1. col. 2. in fin. Verſic. Secundo præmiſſa, ſyntag. com. opin. par. 4. locò 11. in tit. de indiciis, cap. 5. Sententia,* vbi de * communi, *Nonius poſt Aret. & Fabrum in §. omnis, num. 23. Inſtitut. de Verb. oblig.* *

Dubitat de hoc † Felin. *in cap. conſuluit, num. 18. Verſ. Secundo fallit, de offic. deleg.* & bene, quia poteſt differre in 38
diem ſequentem, *tex. in d. cap. conſuluit, de offic. deleg.*

Fallit quarto, propter neceſſitatem, ſi res ſit † conti- 39
nuo peritura, *Sebaſt. Med. de caſib. fort. par. 1. q. 6. Neceſſitas non habet legem, nu. 53. Verſ. Quadrageſimo tertio, Alc. in l. nō minorē, n. 4. Verſ. Quod intelligēdū, C. de tranſact. Ozer. in §. omnis, Inſt. de Verb. oblig. n. 11. Verſ. Pro reſolutione iſtius articuli, Soc. reg. 445. Sententia regulariter de nocte, in 4. fallent. Iaſ. in l. non minorem, nu. 3. Verſ. Quarto limita, C. de tranſact. D. meus Praſ. Menoch. lib. 1. de arbitr. iud. quaſt. 62. nu. 5. Verſ. Idem etiam fortius, Bart. in l. more, in fin. ff. de fer. additur ad Salyc. in l. non minorem, in Verbo, Alias legi non poſſet, C. de tranſact. Iaſ. rurſus in l. more, n. 12. Verſ. Secundo, niſi, ff. de feriis, Roman. in l. oratione, nu. 7. Verſ. Item illud, ff. eod.*

Sed forte ſuam faciet litem iudex, ſi fuit in † culpa, ar- 40
guendo de re ad tempus, *Ripa in l. 1. num. 4. ff. de Vulgar.* vt de tempore *inferius* dicemus, *ex Felin. in cap. conſuluit, nu. 18. Verſic. Secundo fallit, de offic. deleg.* non tamen, quod eo caſu faciat ſuam, quod ad totum negotium, quia res ſupereſt, faciet tamen litem ſuam, quoad impenſas, vt *inferius* dicemus

Fallit quinto, ſi † expiret iudicātis iuriſdictio, *Corn. con* 41
ſil. 54. Videtur prima, nu. 4. Verſ. A. u. ia, Vol. 2. c. conſuluit, de

offic.

offic.delegat. Bart. in l.non minorem, num.3. Verſic. Fallit ex cauſſa, C.de tranſact.ibid. Alciat.num.4. Verſic. Vel iuriſdictio, Socin. Sen. dicta reg.445. in 5. fallent. Bart. iterum in l. more, in fin. ff. de feriis, additur ad Salycet. in l.non minorem, Verſic. Alias legi non poſſet, C.de tranſact. Iaſ. in l.more, num. 12. Verſic. Tertio, quando, ff. de feriis, de * communi *ſyntag. com.opin.part.4.loco 11.de iudiciis cap.5. col.1. Nonius in §.omnis, num. 23. Inſtitut. de Verborum obligat. Verſic. Hoc tamen, ibid. Port. num.21. Verſic. In ea gloſſ.*

42 Contrarium per eundem text. tenet ibid. † *Imol.in dicto cap.conſuluit, Iaſon in l.non minorem, num.3. in 1.limit. C.de tranſact.* quod Felinus dicit notandum, tanquam vnum * miraculum, quia omnes in hoc errauerunt, *Fel.* inquam, *in cap.conſuluit, num.18. Verſic. Et nota hoc, de offic.*
43 *delegat.* quem tamen & male, vt opinor, reprehendit † in indiuiduo *Ioan.de Selua in tract.de benefic.part.3.quaſt.17. num.1.col.2. Verſic. Sed dicit Ioannes.*

Quo caſu, ſi culpa interceſſit, cur congruo tempore
44 non iudicarit, crediderim iudicem erga partes in † expenſis, damnis, & intereſſe elapſæ inſtantiæ condemnatum iri.

45 Fallit ſexto, vbi partes † conſentiant, quia tunc de nocte ferri poterit ſententia, volente tamen & ipſo iudice, & hic eſt verus caſus *gloſſ. in §. ſedebunt, in Verbo, In matutino, Authent.de iudic. Ozer. in §.omnis, num.11. Verſic. Pro reſolutione iſtius articuli, Inſtit.de Verborum obligat. Vbi Port. num.21. Verſic. In eadem gloſſ. Fel. in cap. conſuluit, num.18. in 3. fallent. de offic.delegat. Ioan.de Selua in tract.de benefic. part.3. dicta quaſt.17. col.2. Verſic. Quia ſi pars, & col.3. Verſic. Tertio iſtud limitatur, Salyc. in l.non minorem, C.de tranſact. ibid. Alciat. num.4. Verſic. Vel ſi partes, ita etiam Bart. in l.more, in fin. ff. de feriis, Bald. in l. eos, §. ſin autem, num.8. Verſic. Niſi expreſſe eſſet. C.de appellat. Iaſ. in l.more, num.12. Verſic. Primo de communi, ff. de feriis, ita etiam Nauarr. lib. 1.conſil.2. Definitorium, in tit.6. de elect. num.3. Verſic. Tum, quod etiam, Alexand. in dicta l.more, num.2.* atque hoc ca-
46 ſu ſufficit † tacitus conſenſus per non contradictiodem, quoties enim quis contradicendo poteſt actum infringere,

gere, tacendo cenſetur illum † approbare, late *Dynus in* 47
cap. qui tacet, de reg. iur. in 6. l. ſæpe, ff. de re iud. in terminis noſtris. Iaſ. in l. non minorem, num. 3. Verſic. Secundo limita, C. de tranſact. ibid. Alexan. nu. 2. Verſic. Ergo parte tacente, Dominus Præſ. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæſt. 62. num. 4. Verſic. Idem etiam fortius, additur ad Salycet. in l. non minorem, in Verbo, Alias legi non poſſet, C. de tranſact. Caſtrenſ. in l. mere. num. 7. ff. de feriis, Iaſ. ibid. num. 12. Verſic. Quinto fallit, Nonius poſt Angel. & Port. in §. omnis, num. 23. Inſtit. de Verborum obligat. de * communi *ſyntag. com. opin. par. 4. lo-* *
co 11. in tit. de iudiciis, cap. 5. Verſic. Sententia debet, col. 1. Roman. in l. oratione, num. 7. Verſic. Nunquid conſenſu, ff. de feriis, Vant. in tract. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iuriſd. num. 123. Verſic. Contrariam tamen, Marant. in ſuo ſpeculo, part. 6. in Verbo, Et demum fertur ſententia, num. 92. Verſic. Idem ſi ambæ partes.

Fallit ſeptimo in ſententia † delegati, quæ poteſt de 48
nocte ferri, *Caſtrenſ. in l. non minorem, num. 3. Verſic. Aut loquimur, C. de tranſact.* addo *Cagnol. l. 2. Verſic. Cumque conſules, num. 402. Verſic. Opponit Accurſ. ff. de orig. iur. Nonius in §. omnis, num. 23. Inſtit. de Verbor. obligat.*

Sed bene eum † reprehendit *Felin. cap. conſuluit, num.* 49
18. Verſic. Eſt Verum, de offic. deleg. dicens illam diſtinctionem Pauli Caſtrenſ. non ſuſtineri, & concluſionem negatiuam procedere tam in delegato, quam in ordinario, ita etiam *Alexan. in l. non minorem, num. 4. Verſic. Paulus de Caſtro, C. de tranſact.*

Fallit octauo ex partis contumacia, quia citatus tempore congruo, ſi non comparuerit, non eſt amplius citandus, niſi de † vrbanitate, *c. cõſuluit, de off. deleg.* & *ibi* omnes,
nihil eſt ergo, quod prohibeat ſententiam ferri de † no- 50
cte, vbi pars citanda nõ eſt, nec illius requiritur præſentia.

Fallit nono in foro † mercatorum, *Maran. in 9. memb.* 51
par. 6. in Verbo, Aduertatur ad exceptiones oppoſitas, num. 85. Verſic. Nunquid acta, & ſententia.

Fallit decimo in ſententiis latis ad † pias cauſſas, *Alber.* 53
de quo Alciat. in l. non minorem, num. 4. Verſic. Excipit. Alber. C. de tranſact.

54 Fallit vndecimo in ſententiis, quæ pertinent ad † voluntariam iuriſdictionem, *Alciat. loco cit.*

Fallit duodecimo pluribus aliis modis, quos remiſſiue
55 † videre eſt *in ſyntag. com. opin. par. 4. in tit. de iudiciis, loco 11. cap. 7. Sententia debet, in princ* poſt alios *ibi* allegatos, & præcipue *Anton. Nicell. in tract. de concord. gloſſ. concord. 21.* qui tractatus eſt *in 1. Vol tract.*

Declarando hæc omnia, vt quando ſententia ferri po-
56 teſt de nocte, tria † requirantur luminaria, *l. 1 §. tria luminaria, ff. de Ventre inſpicien.* in puncto *Bart. in l. non minorem, in fin. C. de tranſact. Ioan. de Selua in tract. de benefic. par. 3. quæſt. 17. num. 2. Verſic. Et ibi ſubdit, Nouius, num. 24. poſt Aretin. in § omnis, Inſtit. de Verbor. obligat.* nec arbitror
57 ſufficere tres candelulas, ſed tria requiri † magna luminaria, vt etiam innuit *Alber. in dicta l. non minorem, num. 1. Verſic Et Iacobus Butr. C. de tranſact. in illis Verbis, De nocte cum torcius*; ſed de hoc *ſuo loco* dicemus *in cap. de luminaribus.*

Idem voluit *Felin in cap. conſuluit, num. 18. Verſic. Et nota, de offic. deleg.* Requiruntur itaque tria luminaria, & ita
* 58 pluries * practicaſſe † teſtatur *Aretin. in §. omnis, col. 4. in princ. Inſtit. de Verb. oblig. D. meus Præſ. Menoch. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 62. Ioſeph Lud. concluſ. 38. in 84.* Illatione prout
* de practica communi, & magis ** communi teſtatur poſt *Viuium Bernardus Henricus in ſua ſumma, aurea magis communium opinionum, lib. 3. concluſ.* 104. *Sententia ad hoc,* & ita omnes tenere *in §. omnis, Inſtit. de Verborum obli-*
59 *gat.* & ita tam in cauſſis ciuilibus, quam † criminalibus, &
* * ſe iudicando ſeruaſſe, & multas vices ſe patrocinante ita obſeruari vidiſſe teſtatur *Viuius opin. 703. Sententia lata de nocte, num. 4. Verſic. Et aduerte, & ſyntag. com. opin. par. 4. loco 11. de iudiciis, cap. 5. col. 1.*

CAPVT CXXXV.

De Laudo.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Laudum iis caſibus nocturno tempore ferri poſſe, quibus ſententia.

SVMMARIA.

1 *Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.*
2 *Laudum non poteſt ferri de nocte, niſi magna imminente neceſſitate.*
Vel ex aliis cauſſis, prout ſententia, num. 3.
4 *Laudum an poſſit ferri de nocte, triplex declaratio, remiſſiue.*

EADEM ratione, quia arbitria ſunt redacta ad inſtar
† iudiciorum, *l.1.ff.de arbitr.* arbiter de nocte, niſi ex 1
imminenti neceſſitate, non poterit ſuum ferre † laudum 2
l.ſi de meis, §.fin. & l.ſi feriatis, ff.de arbitr. quæ iura ſic in
propoſito intelligit *Iaſ. in l.more, num. 12. Verſic. Secus eſt
in ſententia arbitri, ff.de feriis, Viuius opin. communi 703.
Sententia lata de nocte, num.2. Verſic. Vbi cum aliis citatis,
Bald. in l.eos, §.ſin autem, num.8. Verſic. Modo quæro, C.de appellat. ſyntag. com. opin. par.4. loco 11. tit. de iudiciis, cap.5.
Sententia debet, in princip. Verſic. Ampliatur idem, Ioan. de
Selua in tract. de benefic. par.3. quæſt.17. num.1. col.2. Verſic.
Secus vbi non poſſet, Felin. in cap. conſuluit, num.18. Verſic.
Gloſſ. in Verſic. Tenebris, de offic. delegat. Roman. in l.oratione, num.8. Verſic. Quid autem ſit in ſententia arbitri, ff.de feriis,* quæ omnia eadem recipiunt † temperamenta, quæ & 3
ſententiam nocturno tempore latam recipere diximus *in
ſuperiore cap. de ſententia.*

Fallit inſuper hæc deciſio in † tribus caſibus, de qui- 4
bus *Petrus Duen. reg.58. par.1.* & remiſſiue habetur *in ſyntagm. commun. opin. dicta part. 4. loco 11. in tit. de iudiciis, cap.5. in princip. Verſic. Fallit.*

CAPVT CXXXVI.

De Arbitramento.

ARGVMENTVM.

Arbitramentum ex vi regulæ, an poſſit de noctu ferri, breuis quidem, at ſedula explicatio.

SVMMARIA.

1 *Arbitramentum poteſt ferri nocturno tempore.*
2 *Arbitramentum magis eſt ſpecies tranſactionis.*
3 *Arbitramentum magis accedit contractui, quam iudicio.*
4 *Arbitramentum poteſt ferri de nocte, etiam vbi quis eſt electus in arbitrum, & arbitratorem.*
Et cautela Bald. hoc in caſu negligitur, num. 5.
6 *Iure illo cenſetur quis vſus in dubio, quo vti poterat.*
7 *Arbitramentum poteſt ferri de nocte, vbi adeſt clauſula, vt procedatur de iure, & facto.*
8 *Arbitramentum poteſt de nocte ferri in iis, quæ expediri poſſunt abſente parte.*
9 *Abſente parte quæ poſſint expediri, remiſſiue.*

1 ELECTVS autem arbitrator vel amicabilis compoſitor, poteſt ſuum † arbitramentum ferre etiam nocturno tempore *Ioan. de Selua in dicto tract. de benefic. par. 3. quæſt. 17. num. 1. col. 2. verſic. Vbi tenet, Alciat. in l. non minorem, nu. 4. verſic. Illud quoque, C. de tranſact.* qui illud appellat laudatiuum *D. meus Præſ. Menoch. lib. 2. de arbit. iud. quæſt. 62. nu. 3. verſ. Hinc videmus arbitratores, Bald. in l. eos, §. ſin autem, nu. 8. verſ. Modo quæro, C. de appell. Viuius dicta com. opin. 703. nu. 3. verſ. Sed vtiq; non procederet, Caſtr. in l. more, nu. 7. verſ. Sententia etiam, ff. de fer. ibid. Iaſ. nu. 12. verſic. Septimo fallit, Felin. in cap. conſuluit, num. 18. verſic. Gloſſ.*

in

in Verſic. Tenebras, de offic. delegat. Blanc. in tract. de compromiſſ. quæſt. 2. num. 26. pract. Papienſ. in tit. forma ſententiæ definitiuæ, §. 1. num. 37 Verſic. Item eſt nulla, ſi fuerit lata de nocte, ea nituntur omnes ratione, quoniam eiuſmodi arbitramentum ſit † ſpecies tranſactionis, *§. fin. Authent. Vt cum de appell. cognoſ.* tranſactio aũt poſſit nocturno tẽpore celebrari *l. non minorem, C. de tranſact.* & quia arbitramentum magis accedit † contractui, quam iudicio, 3 *Felin. in cap. Cum M. num. 65. Verſic. Et ibi ponit, de conſtitut. per text. in §. ſi vero contigerit, Authent. Vt differ. iud. Specul in tit. de arbitr. §. fin. Verſic. Sed nunquid amicabilis compoſitor,* ſicut ergo contractus poſſunt fieri nocturno tempore, ita, & arbitramenta ferri. Idem eadem ratione voluit *Roman. in l. oratione, num. 8. Verſic. Quid autem, ff. de feriis.*

Hoc autem placuit *Baldo in l. eos, § ſin autem, in fin. C. de appellat.* non ſolum quando, qui tulit arbitramenta nocturno tempore fuit a partibus electus in arbitratorem, & amicabilem compoſitorem, ſed etiam, quando ſint ſimul, & † ſemel electus in arbitrum, & arbitratorem, quia ſi proferat nocturno tempore ſententiam ſuam licet non valeat in vim laudi, valebit tamen in vim arbitramenti, *ſyntag. com. opin. par. 4. loco 11. in tit. de iudiciis, cap. 5. Sententia, col. 1. Verſic. Sed vtique.* Nec hoc caſu arbitror ego neceſſariam † cautelam illam *Baldi loco cit.* vt 5 ſcilicet electi dicant N o s N N. nõ tanquam arbitri, ſed tanquam amicabiles compoſitores, ſic diſponimus, &c. ſiquidẽ in dubio illo cenſetur quis vſus iure, quo † vti po- 6 terat, *l. Vxor. C. de legatis,* eam tamen laudo ad facilius euitandam ſtatuti pœnam, ſi qua irrogaretur. Idem voluit *Caſtrenſ. in l. oratione, ff. de feriis,* quoties in compromiſſo clauſula adſit, vt † procedatur de iure & de facto, eo enim 7 caſu nocturno etiam tempore, ſententia, ſeu arbitramentum ferri poterit, *Caſtrenſ. loco cit.*

Sed ea omnia, quæ diximus vera intelligit Felin. quoties ſumus in caſibus iis, qui poſſunt expediri † abſente 8 parte, alias ſecus, *Felin. in cap. conſuluit, num. 38. Verſic. Aduerte, quia hoc eſt verum, de offic. deleg.* Quæ autem ea ſint,

9 quæ abſentibus † partibus poſſint expediri, *Feli.loco cit.ſe remittit ad Ludouic.Roman.in l.ſi quis arbitratu, ff.de verborum obligat. Et ego me remitto. Illud placuit etiam poſt Alexan. Alciato in l.non minorem, num.4.verſic.Illud quoque conſtat, C.de tranſact.*

CAPVT CXXXVI.

De Appellationibus.

ARGVMENTVM.

Appellari an nocturno tempore poſſit victor ad alium iudicem, dum affirmant alii, alii diſtinguunt, ad id conſtans Ioannis de Selua theoria.

SVMMARIA.

1 *Appellatio poteſt de nocte interponi ex Decio & aliis.*
2 *Appellatio eſt ſpecies defenſionis.*
3 *Appellare, an liceat nocturno tempore, Baldi diſtinctio.*
Alia diſtinctio Salyceti, num.4.
5 *Appellatio, quæ interponitur viua voce, eſt ſtatim interponenda poſt latam ſententiam.*
6 *Appellatio, quæ interponitur in ſcriptis, an iudiciari poſſit nocturno tempore, diſtinguitur.*
7 *Appellationis dies currunt de momento ad momentum.*
8 *Appellationis decem dies, non poſſunt per iudicem, aut tolli, aut imminui.*
9 *Appellare licet de nocte licite, vbi de nocte licite iudicatur.*

APPELLARI autem an poſſit de nocte, affirmarunt
ſimpliciter alii, alii vero diſtinxerunt. Affirmauit
† *Dec. in cap. conſuluit, num. 33. Verſic. Et idem in appellatio-* 1
ne de offic. deleg. Bald in Authent. Hodie, num. 5. Verſic. Sed
nunquid appellatio, C. de appellat. Iaſ. in l non minorem, nu.
5. Verſic. Quarto limita, ibid. Alciat. num. 4. Verſic. Sed & ap-
pellatio, C. de tranſact. quod voluit Alciat. ea potiſſimum
ratione, quia appellatio ſit ſpecies † defenſionis, idem *Iaſ.* 2
in l. more, num. 13 Verſic. Vltimo adde, ff. de feriis, idem in l non
ſolum, § morte, num. 43. Verſic. Primo, quod licet, ff. de operis
noui nunciat. Dd. in cap. quoad conſultationem, de re iudic.
ſynreg. com opin par. 4 loco 11. in tit. de iudiciis, cap. 5. Senten-
tia debet, col. 2. in princ. Verſic. Et quanquam ſententia, Vi-
uius communi opinione 703. Sententia lata de nocte, num. 6.
Verſic. Et quanquam ſententia. Idem autem Bald. in di-
cta Authentica Hodie, num. 5. Verſic. Dic contrarium, C.
de appellat. † diſtinxit, aut enim haberi potuit noctur- 3
no tempore iudicis copia, quia ſederet pro tribunali,
vel haberi non potuit, vt primo caſu poſſit etiam de no-
cte interponi appellatio, ſecundo caſu non poſſit, ita et-
iam idemmet *Bal. in l. non minorem, num. 2. Verſic. Vnde di-*
cunt, C. de tranſact. Felin. in cap. cum M. Ferrar. num. 58. Ver-
ſic. Quarto, de conſtit. aliter diſtinxit Salycet † *in dicta Au-* 4
thent. Hodie, num. 3. Verſic. Quæro ſeptimo, C. de appellat. di-
cens, quod appellatio alia eſt, quæ interponitur viua vo-
ce, alia, quæ in ſcriptis; quoties appellatio interponitur
† viua voce, ea interponenda eſt illico poſt tempus ſen- 5
tentiæ, ideo tempus latæ ſententiæ conſiderandum eſt, vt
ſi ſententia nocturno tempore fuerit lata, appellatio,
quoque de nocte interponatur. Vbi vero appellatur
in † ſcriptis, eo caſu diſtinxit iterum, & optime *Salycet.* 6
ibi, aut iudex tulit ſententiam interdiu, aut nocturno tem-
pore; ſi interdiu, nullo pacto poterit de nocte appellari
quod intelligo ego, niſi nocturno tempore decimi diei
poterit pars appellare, currunt enim decem dies ad appel-
landum de † momento ad momentum, ideo imputet ſi- 7
bi iudex, qui ſententiam nocturno tempore tulit, nec

5 *Apoſtoli debent peti intra triginta dies.*

6 *Apoſtoli debent a Iudice peti de die, non de nocte.*

7 *Apoſtoli non debent a iudice peti, dum eſt in prandio, vel aliter impeditus.*

8 *Apoſtoli poſſunt peti de nocte, ſi de nocte lata eſt ſententia.*

9 *Apoſtolorum petendorum tempus eſt tempus continuum.*

10 *Apoſtolorum petendorum tempus non poteſt à iudice imminui.*

Sed imò poteſt imminui; licet prorogari non poſſit, numer. 11.

Vtilitas, num. 12.

Libellos dimiſſorios quos † apoſtolos vocant, ipſius 1
appellationis portionem † *Bald. in l. eos §. apoſtolos C.* 2
de appellat. Imol. in capit. ab eo, de appellat. in 6. Ferrarius Montanus de appellat lib. 2. cap. 7. Hactenus interpoſuimus. colum. 1. verſic. Vbi, & hoc obſeruare conuenit, eſſe inſtantes,
& † ſæpius petendos, congruis tamén loco, & † tempore, 3
eſt inter alia pleraque iura *tex. in cap. ab eo, de apellat. in 6.* 4
Quod autem cógruum, quodue incongruum tempus declarat *gloſſ. ibid. in verbo loco*, dicens, quod † apoſtoli de- 5
bent peti intra triginta dies, de die, non de † nocte, vel 6
cum iudex eſt in prandio, vel † aliter impeditus, quod ve- 7
rum intelligo, quoties ſententia lata eſt de die, quod, ſi
ſententia lata fuerit nocturno † tempore, etiam noctur- 8
no tempore peti poterunt apoſtoli, *Ioan. de Selua in tract. de Benef. part. 3. quæſt. 17. num. 2. verſi. Et idem ſecundum eundem, Felin. in cap. conſuluit, num. 18. in fin. verſ. Idem puto, de offic deleg.* & ratio eſt manifeſta, ſiquidem tempus
triginta dierum ad petendos apoſtolos eſt † continuum, 9
& currit de momento in momentum, *Ferrarius Montanus de appellat. lib. 2. cap. 6. Hactenus interpoſuimus, colum. 3. verſic. Aduertendum quoque eſt, per text. in l. 1. §. biduum ff. quando appellandum ſit, gloſſ. in cap. non ſolum, & in cap. ſciuerit, de appellat. in 6. gloſſ. in l. 1. ff. de libell. dimiſſ.* imputet ergo ſibi iudex, qui ſententiam nocturno tulit tem-

Satiſdationem poſſe † nocturno tempore præſtari ſcri- 1
pſit *gloſſ. in leg. More Romano, ff. de ferijs, ibid. Angel. nu. 8. verſ. Nota diligenter, Alexand. num. 8. & 9. Bald. num. 3. verſic. Secundus eſt actus ſatiſdationis.* Quod in ſatiſdatione † voluntaria ex conſenſu partium nullam patitur 2
difficultatem, quoniam quilibet actus nocturno tempore poteſt celebrari, vt diximus, & declarauimus *in c. de Venditione in fin.*

Quod vero pertinet ad ſatiſdationem contentioſam, *Bal. & Alex. loco citat.* voluerunt tunc demum † noctur- 3
no tempore poſſe ſatiſdari, ſi Iudex ſui copiam faciat, vel periculum ſit in mora.

Ego vero exiſtimo decretum quidem ſatiſdationis à Iudice pendente, ipſam vero ſatiſdationem præſtandam
eſſe † Notario, ſeu actuario, illius periculo in ſubſidium, 4
tex. in §. ſciendum, & in §. fin. cum gloſſ. in verb. Vrbi, Inſtit. de ſatiſdat. tutor. qua de re dico ſatiſdationem contentioſam, ſi ſola deſideretur præſtatio, etiam nocturno tempore præſtari poſſe, ſi Notarius, ſeu actuarius ſui copiam faciat, vel periculum ſit in mora.

CAPVT CXL.

De Pignoribus.

ARGVMENTVM.

Pignora voluntaria nocturno tempore conſtitui poſſe, ſed & contentioſa, ſi Iudex pateat, vel periculum ſit in mora.

SVMMARIA.

1 *Pignora nocturno tempore conſtitui poſſunt.*
Quod procedit, ſi pignora ſint voluntaria, ſecus ſi contentioſa, num. 2.
3 *Pignora contentioſa quando nocturno tempore poſſint conſtitui.*

Huic

1 HVic proxima eſt pignorum † conſtitutio, quæ etiam nocturno tempore fieri poteſt, *gloſſ in l. More Romano ff. de ferijs*, quod intelligo verum de conſtitutione pi-
2 gnorum † conuentionali, ſecus de contentioſa, vna cum Neguſant. *in tractat. de Pignor. in primo membro tertiæ partis, Capiendo itaq; primum, num. 3. Verſ Item poteſt conſtitui etiam de nocte.* Sed, & pignorum conſtitutio contentioſa
3 fieri poterit † nocturno tempore, ſi Iudicis copia habeatur, vel periculum ſit in mora, *Bald. in d l. More, nu. 3. Verſi: Secundus eſt actus ſatiſdationis, ff. de ferijs, ibid. Alexan. nu. 8. & 9.*

CAPVT CXLI.

De Teſtamentis.

ARGVMENTVM.

Teſtamenta noctu celebrata, nec etiam ad priuilegiatas cauſſas ſuſtineri, manifeſtoque voluntatis defectu laborare.

SVMMARIA.

1 *Teſtamentum poteſt fieri de nocte.*
Triaq; ad id luminaria requiruntur, nu. 2.
3 *Teſtamenta facta de nocte ſunt ſuſpecta.*
Declarat Author, ibid.
4 *Teſtamenta nocturno tempore celebrata ſine lumine, non valent.*
5 *Teſtamenta nocturna ſine lumine, non carent ſuſpicione falſitatis.*
6 *Teſtes in teſtamento debent videre teſtatorem.*
7 *Cortina poteſt intercedere inter teſtes, & teſtatorem ex gloſſ. ſed ea gloſſ. communiter reprobatur, numer. 8.*

9 Teſta-

9 Teſtari poteſt infirmus etiam in domo obſcura, ſi teſtes habeant notam vocem contrahentium.

Contrarium verius, num. 10.

11 Teſtamentum nocturnum ſine lumine, vt ſuſtineatur cautela.

Cautela non placet, num. 12.

13 Hæres fiduciarius non eſt hæres.

14 Hæres fiduciarius eſt potius cuſtos.

Seu nudus miniſter, nu. 15.

16 Mater poteſt filium exhæredare, ſi de illius commodo agatur.

Exemplum ibid.

17 Tex. in §. fin. Inſt. de vulg. & in l. ſi paterfamilias ff. de hæred inſt. locum habet in ſeruis.

In filijs, num. 18.

Et in monachis, num. 19.

Non tamen in hærede fiduciario. nu. 20.

21 Teſtamenta nocturna non poſſunt ſine luminaribus celebrari, etiam ad pias cauſſas, & quare.

22 Teſtamentum deficiens totaliter in voluntate non valet nec etiam ad pias cauſſas.

23 Teſtamentum minus ſolemne inter liberos, inter eos valet, non inter alios.

24 Subſtitutio pupillaris facta in teſtamēto minus ſolemni quando valeat.

25 Tutor datus filijs in teſtamento minus ſolemni quando valeat.

26 Statutum eſſet iniquum, ſi iuberet, vt teſtamēta nocturna valerent ſine luminibus.

27 Statutum poteſt tollere ſolemnitates teſtamentorum, ſed non probationes.

28 Teſtamenta nocturna ne ſine luminibus conficiantur, non ſolum pertinet ad ſolemnitatem, ſed etiam ad probationem.

29 Mortis articulus imaginarius potentior eſt reali in vltimis voluntatibus.

30 Teſtamenta etiam cum luminaribus nulla vrgente neceſſitate, non poſſunt fieri de nocte, quia ſunt ſuſpecta.

13 Maxi.

31 *Maxime, ſi inſtituti fuerint affines in eorum domo.*

32 *Teſtamenta nocturna deſiderant noctis horam.*

33 *Dolus præſumitur in actibus noctu celebratis ſine neceſſitate.*

34 *Neceſſitas duplex, realis, & imaginaria, & altera ſemper dicitur ineſſe teſtamentis conficiendis.*

1 TEſtamentum, nocturno tempore confici † poſſe, eſt *text. in l. ad teſtium, § ſignum autem, verſ. Poſſe, & nocte ff. qui teſtam. his verbis*, Poſſe, & nocte ſignari teſtamentum nulla dubitatio eſt. Idem voluit omnino *D. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 8. Quamuis, num. 3. verſ. Illud etiam notandum puto, Roma. in l. oratione, num. 8. verſi. vlt. gloſſ. ff. de feriis*, & in genere loquens de omnibus vltimis voluntatibus poſt *Felin. & Decian. in cap. conſuluit, de offic. deleg. ibi allegat.* ſcripſit Nauarr. *conſil. lib. 1. in tit. 6. de Electione, conſ. 2. Definitorium, num. 1. verſ. Reſpondeo, Alber. in rub. ff de teſtam. num. 20 verſ. Quod teſtamentum poſſit.* At-
2 que eo tempore, neceſſario tria requiri † luminaria, quia ſumus in ſuſpectis, *Ioſeph Ludouicus deciſ. Peruſ. 116. Notarius ſic, num. 4. verſ. Verum, ſi fieret part. 2. D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 4 præſumpt. 12. Conuenit, vt hoc in loco, num. 5 verſi Secunda eſt coniectura, Rimin. iun. conſil. 269. num. 17. cum ſeqq. Simon de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 2. dubit. 1. ſolut. 3. Res demum, num. 9. verſ. Item ratione temporis, pag. 126. B. Iaſ. conſ. 50 Placet conſultatio, lib. 3. Anch iun. quæſt. 11. Cornelius tempore noctis, numer. 8. verſ. Niſi facta ſint, par. 2.* & ita intelligo *Bald. ibid.* allegatum *in cap. 1. co. pen. de fid. inſtrum.* qui dixit, quod
3 teſtamenta facta de nocte ſunt † ſuſpecta, intelligo inquam, ſi ea non intercedant, quæ requirantur, Idem voluit *Ioan. de Boniſac. in tractat. de furt. §. Inuito domino, numero vigeſimo primo. verſi. Hinc eſt lege*, & per *text. in l. 1. §. tria lumina ff. de ventr. inſp.* voluit *D. Mantica loco citat.* qui alias ſine luminaribus teſtamentum nocturno tem-
4 pore celebratum † non valere concludit eo loci duplici ratione, quarum tamen altera ab altera pendet. Prima eſt, quia teſtamentum nocte factum abſque luminibus

non

non caret ſuſpicione † falſitatis per *text.in d. l.1. §. tria lu-* 5
mina ff. de ventre inſp. Secunda, quoniam ad hoc, vt te-
ſtamentum valeat, debent teſtes † conſpicere teſtatorem, 6
l. ſi non ſpeciali, ibid. Bal. & alij, C. de teſtam. addo *text. in*
l. ſi vnus ibi, coram teſtatore C. eod. de teſtam. & hanc con- *
cluſionem procedere de * plano ſcripſit *Decian. conſi. 354.*
In caſu propoſito, in princ. Iaſ conſi. 50. Placet conſultatio, per
totum, volum. 3. Tiberius Decian. conſil. 65. Licet autem, nu-
mer. 20. verſic. Sexto conſidero, volum. 2. qui tamen alter-
natiuam ponit, quod ſcilicet teſtamenta nocturno tem-
pore celebrata abſque tribus luminaribus non valent, vel
ſaltem ſuſpecta redduntur, *Roman. in l. oratione, numer. 8.*
verſi. Dubium eſt, vbi videtur velle ſufficere Lunam, *ff. de*
ſeruis.

Et licet contrarium ſenſerit *gloſſ. in l. in ſumma §. Idem*
Labeo el primo in verſic. Audierint ff. de aqu. pluu. arcend.
dum voluit, quod poſſit intercedere † cortina inter te- 7
ſtes, & teſtantem, attamen communis eſt in contrarium,
requiritur enim conſpectus, *text. in d. l. ſi non ſpeciali C. de*
teſtam. ibid. Bart. numer. 1. Caſtrenſ. num. 5. Ang. num. 3. de
* communi *Imol. in l. in ſumma §. Idem Labeo, in meo Cod.* *
eſt in l. 1. num. 23. ff. de aqu. pluu. arcend. additur ad *Abb. in*
ca. praeterea, nu. 6. in verſi. Cacus, ſub litera A extra de teſti-
bus, ibid. Iaſ. in. num. 4. Angel. in Auth. de Har. & Falcid.
num. 34. verſi. Et per hoc apparet, text. in §. ſi vero abſunt ali-
qui, & gloſſ. ibid. in verſi. Et vidiſſe, Auth. eod. de Haeredibus,
& Falcid. de communi etiam Alexan. *conſi. 99. In caſu prae-*
dicto, num. 5. verſi. Et eſt communis, lib. 3. & illam *gloſſ. in l. in*
ſumma, §. Idem Labeo ff. de aqu. pluu. arcend. eſſe * commu- *
niter reprobatam † teſtatur *Mattheſilanus ſuo ſingu. 124.* 8
Nota, quod licet regulariter, etiamſi haberent teſtes vo-
cem teſtatoris notam, quoniam infirmus de facili vocem
immutat, *Felin. in cap. praeterea, num. 4. de teſtibus, Bar. in l.*
in ſumma §. Idem Labeo, el primo, ff. de aqu. pluu. Abb. in ca.
cum cauſſam, num. 9. de teſtibus, Alex. conſil. 24. Animad-
uerſis his, num. 10. verſ. Nec obſtat, quod iſte teſtis lib. 2. de
* communi idem *Alex. conſ. 99. In caſu praedicto, nu. 5. verſi.* *
Et eſt communis, lib. 3.

Ex

Ex quibus patet male ſentire addentes, ad *Matheſila.*
9 *loco citat.* dum voluerunt, quod, ſi teſtes erant in domo † obſcura, & teſtator erat infirmus, & vox eius erat nota teſtibus, quod poſſunt teſtes deponere de ipſo teſtamento; Nec hoc conuincunt ſimilia *ibi* adducta; Atque hoc dictum condemnat *Decian. conſil 354 In caſu, in fine*, & ideo
10 * Bononiæ teſtamentum quoddam ea de re fuiſſe † caſſatum, qui teſtes non viderant teſtatorem, poſt plures *ibi* allegatos teſtatus eſt *Anchar. iun. quæſt.* 11. *Cornelius tempore noſtro num. 6. Verſ. In quo loco*, Idem Voluerunt *Socin. conſil 130. Volum. 1 Iaſ. conſil. 97. lib. 4. Corne. conſil. 18. Volum.* 2. & * Modernos eſſe contra Bald. teſtatur *Anchar. loco citat.*

Cautela conſideratur poſt *Corne. conſ. 8. Principale, in fin. Volum. 2.* ab additionatore ad *Matheſil. dicto ſing.* 124.
11 vt ſcilicet inſtituatur hæres † Eccleſia, vel alius pius locus; & ab huiuſmodi hærede relinquatur, quibus, & quantum teſtator velit, & valebit hoc caſu diſpoſitio teſtatoris, etiam ad cauſſas non pias. Quod dictum apud me maxi-
12 mam habet † difficultatem. Vel enim iuſſa eſt Eccleſia aſſem integrum reſtituere, vel illius certam partem. Si iuſſa eſt integram hæreditatem reſtituere, ceſſant profecto omnia Eccleſiæ priuilegia, quoniam non ipſa Eccleſie hæ-
13 res cenſetur inſtituta, ſed ii, quibus † totum fuit patrimonium legatum, *Ripa in l. Cum filiuſfamilias, num. 64. ff. de*
14 *leg. 1.* potius enim † cuſtos eſt hæres fiduciarius, quam hæres, *Ripa in l. In fideicommiſſariam § ſi legatum, num. 7. ff. ad*
15 *Trebell. & alibi* dicitur † nudus miniſter a *tex. in l. Sulpitius ff. de donat. inter Vir. & Vxor.* pro qua facit notabile dictum, quod dixit Clar. * communiter receptum, *lib. 3. recept. ſentent. §. teſtamentum, quæſt. 41. nu. 7.* vbi dicit, quod; ſi pater ſit bonorum dilapidator, prodigus, poterit mater
16 † exhæredare filium, ne pater adminiſtret bona filii, modo alium inſtituat, qui poſtquam filius ſui iuris ſit effectus, eidem hæreditatem vna cum fructibus reſtituat, & actus ille ſuſtinetur. Qua de re, dixi ego aliquando diſpoſitionem *l. ſi paterfamilias ff. de hæredit. inſtituend. & § fin.*
17 *Inſtit. de* *nu. 3.* quamuis in † ſeruis locum habeat, vt ibi ad

literam

literam legitur, item † in filiis, atque etiam in † mona- 18
chis, iuxta tamen diſtinctionem, quæ colligitur ex *Ange-* 19
lo in d. l. ſi paterfamilias, num. 3. ff. de hæred. inſtituend. Iaſ. in l. 1 § per ſeruum, qui num. 14. ff. de acquir. poſſ. per cap. cum ad monaſterium, de ſtat. homin. & cap. cum olim, el. 2. de priui-
leg. dixi tamen eam non habere locum in hærede † fidu- 20
ciario. Sed nec arbitror teſtamentum, etiam fauore piæ
cauſſæ, nocturno tempore celebrari poſſe ſine † lumina- 21
ribus, præcipua enim ratio, cur non poſſit teſtamentum nocturno tempore ſine luminaribus celebrari, eſt, de qua *D. Mantica allegato lib. 2. tit. 8. num 3. in fin.* ea eſt, ſiquidem teſtamentum ſic conditum non caret ſuſpicione falſitatis. En ergo defectum voluntatis, quo caſu eſt certa iuris regula, quod nec etiam fauore piæ cauſſæ valet teſtamen-
tum deficiens ſaltem totaliter in † voluntate, *Aretin. Inſt.* 22
de teſtam. in princip. num. 7. & 8. Bald. in l. & in epiſtola,
num. 2. C de fideicommiſſis, de * communi poſt Boer. *deciſ.* *
93. à num. 10. deciſ. 240. num. 5. & alios *ibi* allegatos, teſtatus eſt *Clar. in §. teſtamentum quæſt 7. num. 4. Verſ. Sed tamen credo.*

Amplius exiſtimo, quod etiam ſi luminaria nocturno tempore ſint ad ſolam ſolemnitatem, non autem ad reiiciendam præcipue falſitatis ſuſpicionem, ſicque defectus luminum arguat defectum ſolemnitatis, non voluntatis, quod valebit quidem teſtamentum ratione piæ cauſſæ, non autem ratione cauſſæ non piæ annexæ, video enim, quod teſtamentum inter liberos, ſi deficiant ſolemnita-
tes, valet quidem quoad † liberos, ſed non quoad extra- 23
neos *l. Hac conſultiſſima §. ex imperfecto, C. de teſtam.* vnde dixit Bar. *in l. 2. num. 18. ff. de Vulg.* quod, ſi teſtator in teſtamento minus ſolemni inter liberos ſubſtituat alteri ex fi-
liis ſuis † pupillariter alterum ex filiis ſuis, eiuſmodi ſub- 24
ſtitutio, tanquam facta in fauorē filiorum, ſuſtinetur. Sed ſi teſtator propriis liberis extraneum ſubſtituat, eum dixeris, qui non ſit ex liberis, non ſuſtinetur teſtamentum;
& de * communi poſt *Car iun. in d §. ex imperfecto, num 6.* *
ibi allegatum teſtatus eſt *Clarus d. §. teſtamentum quæſt. 10. Diſpoſitio, nu. 2. Verſ. Hinc infertur.* Rurſum video, quod;

diximus *in cap. de Notario*, & *in cap. de falſis*, prius vero cõmunis negligit obſeruatio, ac praxis.

Nec me mouet, quod ſine neceſſitate, ſi quod fiat nocturno tempore, in eo † dolus præſumatur, quod in puncto voluit *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. 12. num. 7. verſ. Imo dolus præſumitur, lib. 4.* poſt *Socin. iun. conſil. 31. numer. 49. lib. 2. & Crauet. conſil. 34. num. 11. nouiſſime Ioan. Boniſ. in tractat. de Furtis §. Inuito domino, num. 25. verſ. Et ſicuti nox*, & diximus alibi, non me mouent ea inquam, 33
quia ſubeſt ſemper † neceſſitas in teſtamentis, vel realis, vel imaginaria, vt diximus *in cap. de Contractibus, numer. 9.* 34

CAPVT CXLII.

De Codicillis.

ARGVMENTVM.

Codicillos nocturno tempore, ſine luminaribus confici non poſſe ex veriori aduerſus plures.

SVMMARIA.

1 *Codicilli poſſunt etiam nocturno tempore ſine luminibus confici, ex pluribus.*
2 *Teſtaměta etiam nocturno tempore, ſine luminibus valent ſi addatur clauſula codicillaris.*
3 *Teſtamentum nocturnum ex Decio ſemper ſuſtinebitur, etiam ſine lumine, in vim codicillorum, quia codicillaris clauſula ſemper ſubintelligitur.*
4 *Mulier in teſtamentis non poteſt eſſe teſtis.*
Poteſt tamen eſſe teſtis in codicillis, nu. 5.
Siue ſint codicilli teſtamentum ſubſtantiantes, nu. 6.
Siue per teſtamentum expreſſe, vel tacite, confirmati, num. 7.

8 *Siue per teſtamenti reſolutionem creati.*

9 *Codicilli non poſſunt nocturno tempore, ſine luminibus celebrari, ex veriori.*

10 *Clauſula codicillaris vel apponitur ex ſtylo notarij, vel illius vires non intelligit teſtator.*

11 *Clauſula codicillaris non appoſita pro omiſſa habetur regulariter.*

12 *Suppletionis ſpecies quinq; & quæ.*

13 *Clauſula conſueta apponi habetur pro appoſita. Maxime, ſi communiter apponi conſueuit, nu.14.*

15 *Clauſula in reſcriptis, ſi preces veritate vitantur ſemper ſubauditur.*

16 *Clauſula conſueta apponi, omiſſa non ſubauditur in ijs, in quibus eſt facienda ſtricta interpretatio.*

17 *Clauſula conſueta apponi, ſed omiſſa, quæ ſuppleantur, ex Authore.*

TEſtamenta autem, licet nocturno tempore, ſine luminaribus celebrari non poſſint, vt paulo *ſuperius*
1 vidimus, codicillos tamen poſſe etiam † nocturno tempore confici, etiam ſine luminibus, additur ad *Mattheſil. ſingu.124. Nota, quod licet regulariter, poſt Alexa. in l. ſi non ſpeciali C. de teſtam.* quo loco eam ob rem cautela datur, vt ſi nocturno tempore teſtari contingat, vel etiam alio tempore, nec tamen teſtes teſtatorem conſpiciant, addãt
2 † clauſulam codicillarem, vt ſaltem valere poſſit actus in vim codicillorum. Amplius in ſuis rationibus dubitandi *Decian. conſil.354. In caſu propoſito, num.1.* dicit, quod ſemper teſtamentum nocturno tempore, ſine luminaribus
3 celebratum valebit, ſaltem in vim † codicillorum, quoniam ſubintelligitur clauſula codicillaris, tanquam communiter apponi conſueta Ratio autem huius differentiæ additur ad *Matthesilan. loco citat.* qua ſcilicet à teſtamento ad codicillos non infertur reſpectu eorum, quæ ad ſolemnitatem pertinent per *l. hac conſultiſſima C. de teſtam. iunct. l. fin. C. de Codicill. & l. fin. C. de donat. cauſ. mort.* Ea-
4 dem ratione videmus, quod mulier, licet in † teſtamentis non poſſit eſſe teſtis regulariter §. *poſſunt autem, Inſtit. de teſtam.*

teſtam.l.qui teſtamento §.eum,qui lege, Verſic. Mulier teſtimonium ff qui teſtam.late Ruin.conſi.192 num. 3. Volum.2. quam opinionem ſequi * omnes nemine diſcrepante poſt *Bellen. conſi 14. num.* 8. teſtatus eſt, *Viuius communi opinione 968. in princip.* poteſt tamen eſſe teſtis in † codicillis, *Aretin.in d §.poſſunt autem,num. 1. Inſtit. de teſtam. gloſſ.in l.fin.C.de codicill.in Verbo Quinque teſtes, Socin. reg. 511. in tertia fallent. gloſſ. iterum in l. qui teſtamento §. mulier,in Verbo Non poterit ff. de teſtam. Iaſ.in l.hac conſultiſſima,in princ.num.8.C.de teſtam Decian.in l.2. num.15.* qui opponit, & ſoluit *ff.de reg iur. Felin.in cap 3 num. 2. extra de teſtibus, Bal.conſ 9. Licet mulieres, Volum.5.* de * communi *Viuius opin.968. Teſtis non poteſt, num 2.& Ioa. Crot. de teſtibus,par.1. num. 6.* ſiue ſint codicilli teſtamentum † ſubſtantiantes iuxta terminos *leg.ſi ita ſcripſero ff. de condit.& demonſtrat.ex Alber.in leg. qui teſtamento §.mulier, num.8.ff.de teſtam.* ſiue ſint codicilli per teſtamentum tacite, vel expreſſe † confirmati, quod, vel idem eſt, vel paulum diſtat à ſuperiore pronunciato, *Bald. conſil 9. Licet mulieres, Volum.5.* ſiue etiam ſint codicilli per teſtamenti † reſolutionem creati, vt quando in teſtamenti defectum apponitur clauſula codicillaris, *Petr.de Moncada ad Ioan. Crot.de teſtibus par 1. num. 6. ſub litera H. poſt Aretin. Bauer. Fabr. & Iaſ. ibi allegatos,* idem voluit, quod ſcilicet codicilli poſſint fieri nocturno tempore, ſeu, quod idem eſt, teſtibus non videntibus teſtatorem, voluit inquam *Dilect.de art.teſtand.titu.2 de teſtam. ordin. caut.8. Teſtes ad teſtamenti, numero tertio, Verſic. Item teſtes debent Videre.*

5 6 7 8

Sed certe arbitror rem ſe aliter habere, atque opinor † 9 codicillos nocturno tempore ſine lumine celebratos nullius eſſe valoris, aut momenti, quod voluit *Corn. conſil.18. Principale, Volum.2.* additur ad *Mattheſil. d.ſingu. 124.* latiſſime *Decius conſi.354. In caſu propoſito, per totum,* per rationes *ibi* allegatas, vbi de * communi teſtatur, *nu.3 Verſi. Et in iſta opinione, D.meus Praſ.Menoch.conſi.288. Et ſi Vere exiſtimem, num.29. Verſi. Atqui codicilli,* qui cum ſuperiores etiam alleget doctores, mihi tamen nouum tantum

addit, poſteaquam illum vidi, *Alciat.reſponſ.553. num. 4.*
Addo Anchar.iun.quæſt.11.Cornelius tempore noctis, nu. 11.
Verſi.Sed maius dubium eſt par.2. qui Mattheſi. *in indiui-*
duo, dicto ſingu.124. & eius ſequaces reprehendit, cuius di-
ctum placet. ſed diſplicet ratio, dum vult, quod illud ideo
10 ſit, quia clauſula † codicillaris, vel apponatur ex ſtylo no-
tarii, vel ſaltē illius vires neſciat teſtator, quaſi velit, quod
ſi iubente teſtatore, eodemq; vires clauſulæ codicillaris
intelligente, clauſula codicillaris in teſtamento appona-
tur, valeat in vim codicillorum teſtamentum nocturno
11 tempore factum, ſine luminaribus, quod non placet. Ra-
tio autem, cur nocturno tempore non poſſint codicilli
ſine luminibus celebrari, eſt manifeſta ni fallor, funda-
mentum prioris opinionis retorquendo, quoniam quod
teſtes videant teſtatorem, etiam in teſtamentis, non eſt
ad ſolam ſolemnitatem, ſed etiam ad probandam volun-
tatem, & compeſcēdam præſumptæ falſitatis audaciam,
vt diximus *in ſuperiore cap.* quod profecto per *ſuperius* di-
cta procedit etiam in codicillis.

Quod, ſi vera ſit prior opinio, vt ſcilicet codicilli con-
fici poſſint de nocte, ſine luminaribus, quod tamen pro
noſtra auctoritate reprobauimus, non ideo tamen vera
erit ratio dubitandi, de qua *Decian. d.cap. 554. in princ.* vt
ſemper valeat teſtamentum nocturno tempore celebra-
tum ſine luminaribus, ſaltem in vim codicillorum, quia
hæc clauſula codicillaris communiter apponi conſueue-
rit. Dico enim quod clauſula codicillaris non appoſita
12 pro † omiſſa habetur, niſi in ſpeciali cauſſa, *text. gloſſ. &*
ibi Bald num.6.in l.cohæredi §.cum filia ff.de Vulg.late Fab.
Turret.in tractat. de clauſula codic.in princ. Quod autem
pertinet ad regulam illam, quod clauſula conſueta appo-
ni pro appoſita habetur: ſcio equidē eſſe quinq; ſpecies
† ſuppletionis, & ſubauditionis ex *Bal.in l.errore, nu. 3. C.*
de teſtam. Primam ex natura rei, vel actus; Secundam ex
natura orationis; Tertiam ex natura relationis; Quar-
tam ex natura breuiloquæ locutionis; Quintam ex natu-
13 ra conſuetudinis; Quare dicunt doctores, quo clauſula †
conſueta apponi pro appoſita habetur, & in inſtrumento
ſubaudi-

ſubauditur, *Bald. in l. ſi quis ſub conditione, nu. 4 ff. de condit. inſtitut. Iaſ. in l. certi condictio §. ſi nummos, num. 24. ff. ſi cert. pet.* maxime, ſi † communiter conſueuerit apponi, 14
non raro, vt in terminis *Decij Iaſ.* qui ita diſtinguit *in l. Vt liberis, num. 24. C de collat.* quare clauſula illa in reſcriptis communiter apponi conſueta, Si preces veritate nitantur, ſemper † ſubauditur, *Aretin. in §. ſed & quod principi,* 15
num. 4. Inſtit. de iure natur. Bartol. in l. ſi ex falſis, num. 1. C. de tranſact. Idem in l. 2. num. 3. C. ſi contra ius; ſed ſcio etiam, quod vbi ſtricta eſt, non autem larga rogatio, qualis eſt illa teſtamentorum, omiſſa † clauſula, licet conſueta, 16
non ſubauditur, *Iaſ. in d. l. Vt liberis, nu. 24. C. de collat.* ſcio præterea, quod clauſulæ ſunt in duplici † differentia, aliæ 17
enim conſueuerunt apponi pendentes ex facto notarii ad ſolemnitatem actus, & hæ ſupplentur; aliæ ex facto partis ad maiorem voluntatis expreſſionem, qualis eſt clauſula codicillaris, & hę non ſubaudiuntur, vt colligo *ex Bart. in l. ſi librarius ff. de reg. iur.*

CAPVT .CXLIII.

De Donatione cauſſa mortis.

ARGVMENTVM.

Donationem cauſſa mortis, ſine luminibus nocturno tempore celebrari non poſſe, aduerſus omnes. Eadem donatio, in fieri, an magis contractui, an magis vltimæ accedat volũtati, nouiſſime diſtinguit Author.

SVMMARIA

1 *Donatio cauſſa mortis fieri non poteſt nocturno tempore, ſine luminaribus.*

Quicquid plerię contrarium arbitrentur, nu. 2.

3 *Donatio cauſſa mortis, in fieri, magis accedit contractui quam vltimæ voluntati.*

4 *Donatio cauſſa mortis, ſi nullus recipiat nomine donatarij, magis accedit vltimis voluntatibus.*

1 EAdem ratione concludo, nec † donationem cauſſa mortis poſſe nocturno tempore, ſine luminaribus ce-
2 lebrari. Sileant igitur † contrarium ſentientes, additio ad ad *Matthesil. ſingu. 124. Nota, quod licet regulariter, Iaſon conſi. 26. Omiſſis quibuſcunque, nu. 10. verſi. Bene facit ad prædicta, volum. 1. Idem Iaſ. conſ. 82. Viſo teſtamento, nu. 4. verſi. Bene facit illud, volum. 3. Roland. à Valle conſil. 82. Prima facie videretur, num. 33. verſ. Pro cuius opinione, colum. 1. Ioan. Dilect. de Art. teſtand. titu. 2. de teſtamentis ordinand. caut. 8. Teſtes ad teſtamenti ſolemnitatem num. 3. verſ. Quia ex teſtamento.* Nec mihi faceſſit negocium illorum ratio,
3 quoniam ſcilicet † donatio cauſſa mortis in fieri, & ordinari, magis accedat contractui, quam vltimæ voluntati,
* quod * commune teſtatur pronunciatum, addo de communi *Iaſon. in l. 2. num. 1. ff. de leg. 1. ibid. Ripam, num. 15 Iaſ. iterum in l. ſenium, num. 8. in fin. C. qui teſtam fac. poſſunt, Clar. in* §. *donatio,* qui alios recenſet, *quæſt. 5. num. 1.* etenim illud tollit ſolemnitates, non probationes, lumina autem nocturno tempore, iam *diximus in c. de teſtamentis,* requiri quoad probationem.

Quod maxime locum haberet, ſi donatio cauſſa mortis fieret in teſtamento, ſine præſentia donatarii, vel alterius recipiẽtis, ac ſtipulantis nomine donatarii, ſiquidem
4 magis accederet etiam in fieri ad naturam † vltimarum voluntatum, valeret enim in vim fideicommiſſi, vt de
* communi poſt plures *ibi* allegatos *Clar. loco cit. n. 9. verſ. Sed pone.* Vide eum.

CAPVT CXLIV.

De Vltimis voluntatibus.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Vltimas voluntates noctu explicatas, eo tempore, nec ſcribi, nec nuncupari poſſe.

SVMMARIA.

1 *Voluntas vltima nulla noctu ſine luminibus celebrari poteſt.*

Sub falſi præiudicio, num. 2.

3 *Generi quæ conueniunt, dicuntur etiam de ſpeciebus.*

4 *Genus continet omnes ſuas ſpecies, & proprie.*

TANDEMQVE nullam eſſe vltimam † voluntatem, quæ noctu confici poſſit, ſine luminaribus, aliterque explicatam, & ſcriptam aut nuncupatam, periculo maximo, maximoque † falſi præiudicio ſubiacere ſcripſit poſt *Felin. & Dec. ibi allegat. in cap. conſuluit, de offic. deleg. Nauarr. conſil. lib. 1. in tit. 6. de elect. conſil. 2. Definitorium, num. 1. verſic. Reſpondeo, Alber. in rubr. ff. de teſtam. num. 20. verſic. quod teſtamentum poſſit.* 1 2

Ex quibus patet, quid dicendum ſit de ſingulis vltimarum voluntatum ſpeciebus, ſciunt enim omnes quæcunque de † genere prædicantur, eadem omnia, & de ſuis ſpeciebus dici, *D. meus Alexan. Raud. de analogis lib. 1. cap. 7. Vniuoci nominis, num. 5. verſic. Nam ſi hominem definias.* cum genus omnes ſuas ſpecies continuat & † proprie, *gloſſ. in l. ſi quid earum, §. interemptum, ff. de leg. 3. Dec. in l. 1. num. 6. verſic. Sed ab iſta regula, ff. de reg. iur. Bald. in l. 2. C. de iur. aur. annul.* 3 4

CAPVT CXLV.

De Bonorum poſſeſſionibus.

ARGVMENTVM.

Bonorum poſſeſſio, quæ, vel de plano agnoſcitur, vel cum cauſſæ cognitione, quando nocturno tempore agnoſci poſſit, abſoluta D. Philippi Maſſinii diſtinctio.

SVMMARIA.

1 *Bonorum poſſeſſio, quæ agnoſcitur de plano, quando poſſit nocturno tempore agnoſci.*

2 *Bonorum poſſeſſio quæ agnoſcitur de plano, poteſt agnoſci etiam in tranſitu iudicis.*

3 *Bonorum poſſeſſio coram iudice nocturno tempore agnita, ſufficit ſaltem ad purgandam moram.*

CLARISSIMVS olim collega meus D. Philippus Maſſinius *in ſua celebri repetitione rubr. C. qui admitti, num. 673. verſic. Quod attinet ad primum,* inter alia, quæ de bonorum poſſeſſione examinat, illud quoque quærit, an bonorum poſſeſſio poſſit nocturno tempore agnoſci, & tam acute diſtinguit, tam plene ſatisfacit, vt decreuerim nuncupatim illius diſtinctionem referre, nec aliud quicquam, vel minimum addere, tanta eſt apud me viri illius authoritas. An ergo nocturno tempore bonorum poſſeſſio peti poſſit, diſtinguit ille. Aut verſamur in bonorum poſſeſſione agnoſcenda de plano, aut in ea, quæ requirit cauſſæ cognitionem. Primo † caſu, aut bonorum
1 quirit cauſſæ cognitionem. Primo † caſu, aut bonorum poſſeſſionem agniturus poteſt incidenter habere Prætoris copiam nocturno tempore, & poteſt agnoſcere, ſufficit enim tunc iudicis præſentia, etiam in † tranſitu, ex
2 ficit enim tunc iudicis præſentia, etiam in † tranſitu, ex his, quæ *ſupra* dicta ſunt; Aut non poteſt incidenter illius copiam habere, & tunc, aut iudex ſui copiam facere non vult, & non tenetur, *argum. gloſſ. in §. ſedebunt, in Authent. de iudicibus,* tradit *Alber. in l. non minorem, nu. 2.*

C. de

C.de tranſact. Aut copiam ſui facere vult, & nihil prohi-
bet, quin nocturno etiam tempore agnoſcat. Secundo
etiam † caſu, aut pars aduerſa conſentit, & ſui copiam Iu- 3
dex non negat, & tunc noctis quoque tempore poteſt a-
ctus agnitionis explicari, faciunt *tradita per Bart.in l.mo-
re,in fin.ff.de feriis,Vbi etiam Iaſ.num.12.* nec non *per Saly-
cet.in dicta l.non minorem,ff.de tranſact.* & per *Felin.in cap.
conſuluit, num.18. de offic. delegat.* Aut contradictor non
conſentit, & tunc rurſus diſtinguendum eſt, quia, aut nul-
la ſubeſt cauſſa, & non poteſt, aut cauſſa ſubeſt, vt puta,
quia expiraret tempus ſtatutum ad agnoſcendam bono-
rum poſſeſſionem ſine culpa illius, qui vult agnoſcere, &
tunc poterit, volente iudice, inuita etiam parte, agnoſce-
re, ita vt agnoſcenti proſit ſaltem ad † purgandam mo- 4
ram, ex iis, quæ tradit *Marc. Anton. Eugen. conſil.48. Con-
tracta ſocietate, num.39.lib.1.*

CAPVT CXLVI.

De Inuentario.

ARGVMENTVM.

Inuentarium reluctante, vel Iudice, vel iis qui ad id citandi ſunt, nocturno tempore confici non poſſe; Sed, nec deficientibus opportunis luminarib.

SVMMARIA.

1 *Inuentarium requirit iudicis præſentiam, ex Martino de fano, & aliis.*

2 *Inuentarium non requirit iudicis præſentiam ex Salyceto.*

Quam eſſe veriorem ſcripſit Monticulus, ibid.

3 *Inuentarium, an iudicis præſentiam requirat, prima diſtinctio.*

Secunda

ſecunda diſtinctio,num.4.
Tertia diſtinctio, num.5.
Quarta diſtinctio,num.6.
Quinta diſtinctio,num.7.
Sexta diſtinctio, num.8.
9 *Inuentarium requirit eorum citationem, quorum intereſt.*
Specialiter interdum,interdum per proclama,num.10.
11 *Cæcus non poteſt eſſe teſtis in inuentario.*
12 *Inuentarii requiſita, remiſſiue.*
13 *Inuentarium ad hoc, vt confici poſſit nocturno tempore, quæ in eo requirantur.*

INVENTARIVM ad ſui validitatem, an requirat iudicis præſentiam,id eſt in quo diſputant plerique, atque negantibus aliis,alii affirmant,alii vero diſtinctionis fœ-
1 dere varias conciliant opiniones. Affirmarunt † requiri *Martinus de Fano*,prout illum refert *Specul.in §.fin. in tit. de inſtrum.edit per text.in l.de creationib.C.de epiſc.audien. gloſſ.Bart.& alii in l.tutor qui repertorium,in princ.ff.de adminiſt.tut.pract.Papienſ.in forma libelli,quo petitur hæreditas ex teſtamento,in verbo,Pure inſtituit, Angel.in l.1.§.hæc ſtipulatio, col.8.verſic. De quarto,ff.ſi cui plus, quam per legem Falcid.Bald.conſil.265.Inuentarium,in fin.lib.3.Rolan.*
* *à Valle conſil.73.num.36.vol.2.* de* communi *Angel. loco cit. & Phanuc. de inuent. par.3. num.10. verſic. Iſtud tamen*
2 *de præſentia.* Negauit † vero Salycet. *in l.fin.§.ſin autem dubius,col.2.in fin. verſic. Quæro ad quem locum, C.de iure deliber.*quoniam,nec *in dicta l.fin.C.de iure deliber.*nec *in §.ſi vero abſunt, Authent.de hæred. & Falcid.* quibus in locis modus, & forma conficiendi inuentarii ponitur, aliqua habetur mentio de iudicis præſentia,*ibid.Caſtren.col.*
* *4.verſic.Martinus de Fano*, & hanc eſſe ** veriorem ſcripſit *Monticulus in tract.de inuentario,cap.8.Septimo princi-*
* *paliter,num.12. verſic. Contraria opinio verior*, de** communi refert, ſi bene animaduertatur, *Roland. à Valle de confectione inuentarii,par.3.in tit.de præſentia iudicis, num. 7.verſic.Et ad gloſſam.*

Diſtin-

Diſtinxerunt alii:

Prima † diſtinctio in propoſito, quod aut ſumus in inuentario tutoris, vel curatoris, & requiritur præſentia iudicis *l de creationibus, C.de epiſc.audient. cum ſimilibus*, in aliis nequaquam, ita poſt *Caſtrenſ.in l.fin. §.ſin autem dubius, C.de iure deliber. Roland.à Valle loco cit.num.7.Verſic. Ad legem Vero.* 3

Secunda † diſtinctio, quod aut quærimus, an debeat intereſſe perſonaliter, & non requiratur realis illius præſentia in conficiendis inuentariis, debeat tamen intereſſe ſaltem per ſuum notarium, *Roland. à Valle de confect.inuent.par.3.in tit.de præſentia iudicis, num.2. per tex. in l.inſtrumentum, C.de iure fiſci, lib.10. & tex.in §.ſi Vero abſunt, Authent.de hæred.& Falcid.* 4

Tertia † diſtinctio. Aut agitur de aliqua ſcriptura in inuentario regiſtranda ad id, vt aliis præiudicet, & requiritur præſentia iudicis. alias ſecus, *Phanuc. de Inuentario, par.3 num.10.Verſic.Quinetiam dixerunt, per text.in l.chirographis, de adminiſtrat.tut. Bart.in l.tutor, qui repertorium, ff.eod. Alexan.in l.fin.in princ.nu.11.C.de iure delib.* & alios *ibi* allegatos. 5

Quarta † diſtinctio. Aut quærimus, an præſentia iudicis neceſſaria quantum ad hoc, vt inuentarium faciat fidem contra debitores nominatos in eo & requiritur iudicis præſentia. Aut quærimus, an requiratur iudicis præſentia quantum ad hæredem obligandum, & non requiritur, *Roland.à Valle dicta par.3. in tit. de præſentia iudicis, num.8. Verſic. Quid dicendum, & num. 10. Verſic. Aut Vero quærimus.* 6

Quinta † diſtinctio. Vt ſtricto iure non requiratur in inuentario iudicis præſentia, de * conſuetudine vero requiratur, *Cagnol.in l.ſi quis maior, num.210. C.de tranſact. Monticulus de inuentario, cap.8. Septimo principaliter, num. 12. Verſic. Sed quamuis ita de iure ſit, Roland.à Valle in dicto tit.de Præſentia iudicis, num.2. Corn.in l.fin. num.10. Verſic. Decimo quærit, C.de iure deliber.* & de * communi poſt *ibi* allegatos *Phanuc.dicta par.3.num.10.Verſic.Et quod ita ſeruatur.* 7 *

Sexta

8 Sexta † diſtinctio, quod de rigore non requiratur in inuentario iudicis præſentia, ad cautelam tamen, vt lites tollantur, melius ſit adhibere, vt poſt *Corn. Rolan. à Valle loco cit. num. 11. Verſic. Tamen ad maiorem.*

Requiritur præterea in inuentario citatio omnium,
9 quorum † intereſt, qui ſi ſint certi nominatim citandi
10 ſunt, & ſpecialiter, ſi incerti generaliter per † proclama, niſi talis incertitudo poſſit de facili certificari, *Roland. à Valle loco inferius allegando*, ii tamen ſolicitandi ſunt,
* quos negotium tangit per prius, de *communi poſt *Cravet. conſil. 89. in fin. Thomas. loco cit. num. 11. & 12. Roland. à Valle de inuent. par. 3. in cap. incip. Citandi denique erunt, cum tribus ſeqq. Monticulus de inuentario d. cap. 8. num. 13. Verſic. Quarto eſt citatio.*

Amplius debent bene conſpici res, quæ in inuentario ponuntur, cuiuſnam ſint valoris, adeo quod cœcus non
11 poteſt eſſe teſtis in † inuentario, *text. in §. ſi vero abſunt,* & *ibi* etiam *gloſſ. in Verbo, Et Vidiſſe, Authent. de hæred. & Falcid.*

12 Requiruntur & alia, de † quibus *Monticulus dicto cap. 8 per totum,* ſed cauſſæ noſtræ non inſeruiunt.

Ex his patet, reluctante, vel iudice, vel citandis, vel non
13 adhibitis opportunis luminaribus, inuentarium † nocturno tempore confici non poſſe. Et quod pertinet ad iudicem ſatis conſtat ex iis, quæ ſcripta ſunt *in tit. de ſententia.* Quod reſpicit citandos probatur *ex cap. de citatione, de edicto publico, & de comparitione.* Poſtremum de luminaribus patet *ex cap. de priuilegiatis perſonis, in fine de viſu, de luminaribus, & alibi.*

CAPVT CXLVII.

De Luminaribus.

ARGVMENTVM.

Luminaria, in quibus actibus nocturnis requi-

requirantur, quot, qualia, non incurioſe obſeruatum.

SVMMARIA.

1 *Sententia non poteſt ferri de nocte, ſine luminaribus.*
2 *Contractus non poſſunt de nocte celebrari, ſine luminaribus.*
3 *Teſtamenta nocturna tria requirunt luminaria.*
4 *Luminaria tria requiruntur in actibus nocturnis, qui ſunt de genere ſuſpectorum.*
5 *Luminaria tria, an & quando in iis actibus nocturnis requirantur, qui non ſunt de genere ſuſpectorum.*
6 *Mediolani nocturni contractus fiunt cum vno duntaxat lumine.*
7 *Mediolani in contractibus vnus ſaltem teſtis notus requiritur.*
8 *Mediolani nocturni contractus etiam cum vnico lumine valent.*
9 *Præſumptio ſpecialis firmior eſt præſumptione generali.*
10 *Præſumptio illa fortior eſt, atque potentior, quæ tendit ad conſeruationem actus.*
11 *Lumina tria in dubio præſumuntur in nocturnis actibus adfuiſſe.*
12 *Luminaria tria vbi requiruntur nocturno tempore debent eſſe ampla, non exilia.*
13 *Luminaria tria qualia eſſe debeant nocturno tempore, arbitrarium eſt.*

QVOTIES aliquis actus de nocte celebratur, an neceſſe ſit ſemper luminaria adhibere, & quod pertinet ad † ſententias, iam diximus ſuo loco in ferendis ſententiis nocturno tempore tria requiri luminaria, *Bart. in l. non minorem, in fin. C. de tranſact. Ioan. de Selua in tract. de benefic. par. 3. quæſt. 17. num. 2. verſic. Et ibi ſubdit Nonius, num. 24. poſt Aretin. in §. omnis, Inſtit. de verborum obligat. Felin. in cap. conſuluit, num. 18. verſic. Et nota, de offic. deleg.* 1

de

de* praxi *Aret.loco cit.D.meus Præſ.Menoch.lib.1.de arbit. iud.quæſt.62.Ioſeph Ludouic.concluſ.*38. *in* 86.*illatione, Bernardus Henricus in ſua ſumma aurea magis communium opinionum,lib.3.concluſ.*104.*Sententia adhoc,*de* communi, à qua non ſit in iudicando recedendum, *Viuius opin.* 703.*ſententia lata de nocte,num.4.Verſic.Et aduerte,& ſyntag.com.opin.par.4. loco* 11. *de iudiciis, cap.5.col.1.* Idem de
2 contractibus † nocturnis, vt ſcilicet, dum ii celebrantur, tria adhibeantur luminaria, vt late diximus *in cap.de con-*
3 *tractibus,num.14.* de † teſtamentis diximus paulo *ſuperius in cap.de teſtamentis*, & omiſſis caſibus particularibus, ex dictis *Bart. in l.non minorem, in fin. C.de tranſact. Iaſ.ibid. num.*4.*Verſic.Item aduerte*, & *text.*quo nituntur omnes *l.*1. §.*tria lumina,ff.de Ventr.inſpicien.*totum negotium deducitur ad hanc, quæ ſequitur, theoriam. Aut ſcilicet actus eſt de genere ſuſpectorum, & quia tenebræ aptiores ſunt
4 ad ſubiiciendum, ideo tria † lumina in eiuſmodi actibus, nec pauciora deſiderantur *l.*1.§.*tria luminaria, ff.de Ventr.*
5 *inſpicien.* Aut actus non eſt de genere † ſuſpectorum, & tunc; Aut teſtes non debent cognoſcere partes, nec video eo caſu tria lumina requiri; Aut teſtes debent cognoſcere partes, & quia non facile id in obſcuro expediri poteſt, requiruntur tria lumina, *Bart.& Iaſ.locis cit.in dicta l.non minorem, ambo, num.4.C.de tranſact.* per *iura ibi allegata.*

Quo fit, vt demirer ego, cur tanto tempore nunquam
6 eliminata fuerit corruptela illa in Ducatu † Mediolani, nec deſtructus abuſus ille, vt publica contractuum documenta de nocte conficiantur adhuc vnico duntaxat cum lumine. Cum tamen ſit lex municipalis ibi ſcripta *in cap.* 332.*in* 1.*Vol.ſtat.* vt ſcilicet in quolibet inſtrumento adhibeantur tres teſtes idonei ad minus, inter quos, ſit ad mi-
7 nus † vnus, qui ſit notus contrahentium, ſeu diſtrahentium, &c. Deberent ergo Mediolani tria adhiberi lumina, quoties actus aliquis de nocte per publicum celebratur inſtrumentum, cum teſtis ſaltem vnus debeat cognoſcere partes ex ſtatuto. Et ita concludo etiam *per Iaſ. conſil.50 Placet conſultatio,num.1.Vol.3.*

8 Non ſum is tamen ego, qui in dubium † auſim reuo-

care

tare validitatem eiuſmodi actorum, tum ex inueterata conſuetudine, tum quia idem ſtatutum *in eod. cap. in fin.* diſponit, quod teſtes noti cenſeãtur, ſi ita fuerit ſcriptum in inſtrumento, donec probetur contrarium, quare cum illa ſit prçſumptio generalis omnium actuum, vt ſcilicet, niſi fiant, cum tribus luminibus, præſumantur ſuſpecta, quia teſtes non cognouerint contrahentes, hæc ſit præſumptio ſpecialis, quæ inducitur a ſtatuto, vt ſcilicet præſumatur teſtis ille notus, ſi id ſcriptum fuerit, ſequitur regula illa, quod firmior ac potentior eſt præſumptio † ſpecialis præſumptione generali, *Natta conſil.164.num.*8.*lib.* 1.*Bart in l cum de indebito, in princ.num.*1.*ff.de probat. Bal. in l.ſiue poſſidetis, col.*1. *Verſic.Vlt.oppono, C.de probat.* colligitur manifeſte in pulchro caſu *ex Ancharan. conſil.*305. *Dubium, de quo ſupra quaritur*, ex profeſſo *D. meus Præſ. Menoch.lib.*2.*de arbit.iud. caſu* 472.*In commentariis, num.* 14.*Verſic. Quinto illa præſumptio, Idem de præſumpt. lib.*1. *quæſt.*29.*num.*7. *Verſic. Quinto illa præſumptio*, ſed, & alia ratione dico valere eiuſmodi documenta, quia ſcilicet præſumptio iuris communis tendit ad ruinam actus, & præſumptio ſtatutaria tendit ad illius tutelam, præſumtio autem illa firmior eſt atque potentior creditur, quæ facit † conſiſtere, & valere actum, *Decius in l.in teſtamento, num.*12. *C.de teſtam.milit.Dec. conſil.*77.*Viſo puncto, nu.* 4.*prope fin.Verſic. Et iſta eſt potens præſumptio*, & aliis præponderare videtur, late *D. Menoch.* tum *dicto caſu* 472.*nu.* 2 *Verſi. Primo illa præſumptio, tum d.lib.*1.*præſump.*29.*nu.*3. *Verſ.Primo illa.* Addo quod in † dubio cenſentur nocturno tẽpore tria adfuiſſe luminaria in teſtamentis, & cæteris actibus, ita *Iaſ.conſ.*50.*Placet cõſultatio, n.*9.*in fin. Vol.*3. 9 10 11

Tria ergo luminaria requiruntur, & quia ratio eſt, ne in tenebris aptior ſit ſuppoſitio, icirco exiſtimarim ego non ſufficere tres † candelulas, ſed requiri omnino tria congrua lumina, aut cerea, aut ſebacea, ſed nec aſpernarer lychnos lucernaſue ſimplices tres, aut etiam ternas mergulis tamen diſtinctis & ſeparatis oleo paratas, vel id eſſet oleaginum, vel carynum prout ita intellig. *Alciat. in l.non minorem, C.de tranſact.* linaceum oleum, aut ſpa- 12

ceum reiicerem, ſicut etiam tenuia admodum linamenta, exileque elychinum, quod in indiuiduo probatur ex *Ancharan. iun. quæſt.* 11. *Cornelius tempore noctis, num.* 9. *Verſic. Cum in contractibus, par.* 2. additur ad *Signorol. conſ.* 52. *Quæritur, ibi, Cum magnis luminaribus accenſis, D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *præſumpt.* 12. *Conuenit, Vt hoc loco, num.* 5. *ibi, Sine tot luminaribus, quibus manifeſte cerni, & cognoſci, &c. Prat. de interpret. Vlt. Volunt. lib.* 2. *interpret.* 2. *dubit.* 1. *ſolut* 3. *Res demum in diſpoſitione, num.* 9. *ibi, Sine luminibus ſaltem tribus ſufficientibus ad expellendas tenebras,* qui alios adducit *fol.* 126. *B. Claud. Bertaz. ad conſil. patris ſui, conſil.* 538. *Cum in hac cauſſa ſub litera A, Vol.* 2. *ibi, Quæ luminaria debent eſſe magna, non ſemimortua, aut ſiticuloſa, Alber. in l. non minorem, num.* 2. *Verſic. Et Iacobus Butr. C. de tranſact. ibi, de nocte cum tertius.* Sed quæſo id in caſibus particularibus, optimus ac integerrimus † arbitretur iudex.

13

CAPVT CXLVIII.

De Reſignatione beneficiorum

ARGVMENTVM.

Reſignationem beneficiorum, vel ea ſit diurna, vel nocturna, præcipuas quaſdam deſiderare cautelas.

SVMMARIA.

1 *Reſignatio beneficiorum poteſt fieri nocturno tempore.*
2 *Reſignatio beneficiorum eſt de genere ſuſpectorum.*
Maxime ſi fiat ab eo qui aduerſa valetudine laboret, num. 3.
4 *Reſignatio beneficiorum nocturna tria requirit luminaria.*

5 Re-

1 *Reſignatio beneficiorum diurna requirit feneſtras apertas.*

NEscio quo pacto excidit è manibus Typographi caput iſtud, quin ſub materia canonica calcographo imprimendum fuerit datum, nec operis huius debuit alia eſſe ratio quam aliorum. Quanquam non ſegniter omni ex parte actum eſſe reperies, teque iudice maximam hac in re operam impenſam ſcies. Quæ ergo ſuccedunt capita, vel ea ſunt, quæ ſuis locis exciderunt, vel quæ cũ aliis miſceri noluerunt, nec certæ normæ potuerunt ſubiici. Sed quæſo ad rem ipſam accedamus, ſitque primum caput, *de reſignatione beneficiorum.*

Reſignationem beneficiorum fieri poſſe † nocturno tempore, poſt *Sard. quæſt. 8. in fin. ibi allegat.* ſcripſit *Flam. Pariſ. de reſignat. benefic. lib. 12. tomo 2. quæſt. 8. num. 40. verſic. Ita & reſignatio.* 1

Quia tamen reſignatio beneficiorum eſt de genere † ſuſpectorum, maxime, ſi qui dicitur reſignare aduerſa 2
laborat † valetudine, maximum enim paratur ideo præ- 3
iudicium, ea de re ſcripſit *Capol in l. 2. ff de verborum ſignific. & Petr. Gregor. Tholoſſan. par. 2. ſyntag iur. in tit. particularis de vacatione beneficiorum, num. 25. verſic. Quamobrem, dum reſignatio*, quod ſcilicet, dum † reſignatio, vel 4
conſtitutio procuratoris ad reſignandum fit noctu, tria debent adeſſe luminaria, ſi interdiu feneſtræ † apertæ, vt 5
cognoſci reſignans indubie poſſit à teſtibus, & notario, & eſt *text. in argum. in l. 1. § tria, ff. de ventre inſpicien.*

CAPVT CXLIX.

De Frugibus.

ARGVMENTVM.

Fruges noctu ſecantibus, ſiue puberibus,

ſive impuberibus duodecim tabulis indicta pœna.

Svmmaria.

1 *Fruges noctu ſecanti puberi capitale erat legibus duodecim tabularum.*
Impuberi vero, arbitrarium, num. 2.

Dixımvs alibi, ſcio de nocturnis agrorum depopulatoribus, nec tamen obſeruauimus ad id duodecim tabularum legem. Reperi autem apud *Plinium, lib.* 8. *cap.* 3. Iugerum vocabant locum *in hæc verba*; Frugem quidem aratro quæſitam furtim nocte parauiſſe, ac ſecuiſſe:
1 puberi duodecim tabulis † capitale erat ſuſpenſumque Cereri necari iubebant grauius, quam homicidio conui-
2 ctum. Impuberem Prætoris † arbitratu verberari, noxamue, duplionemue decerni. Non poſt longum temporis ſpatium idem reperi prorſus apud *Petrum Gregor. Tholoſſ. in ſyntag. iur. vniuerſ. lib.* 37. *in tit generali, de actionib. cap.* 7. *Qui fructus maturos, in tit particulari, de frugibus furto ſublatis, num.* 2. *verſic. Frugem aratro.*

Capvt CL.

De Animo deliberato.

Argvmentvm.

Animi deliberationem in homicida præſumi ex noctis tempore, ex aliis; Ex D. Præſ. Menochio diſtinguendum; Ex Authore in Iudicis arbitrium id reiiciendum.

Svm-

SVMMARIA.

1 *Animus deliberatus, ex quibus præſumatur, remiſſiue.*
2 *Animus deliberatus præſumitur, ſi homicidium nocturno tempore committatur.*
Diſtinguit D. Præſ. Menochius, num. 3.
Relinquit arbitrio iudicis Author, num. 4.

ANIMVS deliberatus ad occidendum, ex quibus † præſumatur latiſſime, & doctiſſime de illius præ- 1
cellentiſſimi viri more, explicat *D. meus Præſ. Menochius poſt ibi allegatos, lib. 2. de arbit. iud. caſu 361. Quoniam ſuperioribus.* Atque inter alias coniecturas, recenſet & illam *6. loco, num. 36 Verſic. Sexta coniectura*, videlicet, ſi tempore † noctis perpetratum eſt homicidium, præſumitur e- 2
nim ex animi deliberatione commiſſum, citat *Alber. in 3 par. ſtat. quæſt. 64. prope ſin. Boſſ. in tit. de homicid. num. 63. in fin. Mantuan. conſil. 325. lib. 2. Blanc. in l. fin. num 198. ff. de quæſt. Caſon. tract. 3. maleſic. cap 10. Verſic. A tempore.* Addo ego nouiſſime Ioannem Bonifacium *in tract. de furtis, §. inuito domino, num. 24. Verſic. Et tempus nocturnum*, qui dicit ita tradere * Doctores *in l. more Romano, ff. de feriis*, *
Sed *D. Menochius loco cit.* dixit hanc coniecturam non eſſe veram abſolute, quia interdum, & ſæpe, noctis etiam tempore, rixæ excitantur, & exoriuntur. Diſtinguit itaque aut † conſtat de rixa, aut non conſtat, ſi conſtat, non 3
præſumitur animo deliberato commiſſum homicidium, ſi verò non conſtat, præmeditato animo præſumitur factum homicidium, non caſu. Atque ita tempus noctis operatur, vt illa bona præſumptio, quæ erat pro homicida, vt non diceretur præmeditatè occidiſſe, ceſſet contrariaque inſurgat coniectura, vt imo ratione nocturni temporis contra eum præſumatur, quod cum animi deliberatione occiderit. Ego † libenter id in iudicis arbitrium 4
reiicerem, qui omnino obſeruaret, & delinquentem, & delinquentis artem, eiuſue exercitium, & occiſum, & noctis horam, & alia eiuſmodi.

CAPVT CLI.

De Problematis.

ARGVMENTVM.

Nox Autumnalis, an Verna frigidior, noua Authoris diſtinctio. Aurora, cur frigidior Veſpera. Problemata alia de nocturno tempore, remiſſiue.

SVMMARIA.

1 *Nox autumnalis verna frigidior.*
Prima ratio Rhodigini, num. 2.
3 *Aurora frigidior veſpera cur.*
4 *Dies medium calidiſſimum.*
6 *Nox autumnalis per ſe eſt minus frigida verna ex Authore, & quare.*
Per accidens vero eadem frigidior, & cur, ex Authore, num. 7.
8 *Aquæ puteales, frigidiores æſtate, calidiores hyme.*
9 *Problemata varia de nocturno tempore, remiſſiue.*

CÆLIVS Rhodiginus *part. 3. lectionum antiquarum, lib. 30. cap. 23. Autumnalis appetentia, ad fin. verſic. Sed*
1 *cur nam autumnalis*, quærit cur nox † autumnalis verna ſit frigidior, cum ſecus omnino eſſe debuerit. Dicendum
2 autem, reſpondet † *Rhodiginus*, vehementer rarum aerem nō facilius modo calorem admittere, ſed, frigus, quando & aqua ignibus attenuata, factaque ſolutior concreſcit celerius multo, quibus meatibus longe amplioribus, penetrare vehementius frigiditas poteſt.

Sed ſtatim veſtigio occurrit mihi contrariũ Ariſt. problema problematiſque contraria reſolutio. Is enim *Pro-*
3 *blem ſect. 25. prob.* 15. Cur aurora, quærit, cur † aurora frigidior

dior ſit quam veſpera. An quoniam inquit Ariſtoteles, altera noctis medio propior eſt, altera meridiei? Eſt autem, vt † diei medium calidiſſimum, quia ſoli poximum eſt, ſic 4
noctis medium † frigidiſſimum, quia remotiſſimum. 5

Quo fit, vt ego aliter difficultatem ſoluam, ſi graculo mihi liceat inter maximos philoſophos crocitare. Dicoque † autumnalem noctem per ſe eſſe minus frigidam 6
verna, quoniam autumnalis eſt proximior meridiei, id eſt, æſtati, verna vero medio noctis, id eſt, hyemi. Sed † per 7
accidens autumnalem eſſe verna frigidiorem, cum enim æſtate per contrapoſitionem, quam Græci antiperiſtaſin vocant, ſubterranea frigidiora ſint, hyme autẽ calidiora, cuius certiſſimum præbent argumentum, locupletiſſimumque teſtimonium † aquæ puteales, relaxat autumno 8
frigus paulum miteſcente calore, propinat vere calidi quippiam rigore frigoris langueſcente; quid mirum igitur, ſi & autumno noctes frigidiores ſint, quam verno tempore?

Sunt alia pleraque † problemata de nocturno tempo- 9
re, quæ videri poſſunt apud *Ariſtot. ſect. 25. probl. 16. Cur temporis feruidi, ibid. probl. 4 cum ſeq. ſect. 11. probl. 33. & alibi*, tum apud *Ariſtot.* tum apud *alios naturæ exploratores*, quæ ego miſſa facio, ne philoſophicas potius, quam legales tradere velle videat diſciplinas.

CAPVT CLII.

De Natali die.

ARGVMENTVM.

Natalis dies quomodo computetur. Natalis nox cui adſcribatur diei.

SVMMARIA.

1 *Nati à media nocte ad mediam noctem, dicuntur eodem die nati.*

2 *Natus nocturno tempore, quo die dicatur natus.*

3 *Naturalis dies, & ipſe a media nocte ad mediam noctem numeratur,*

QVÆRI ſolitum eſt, inquit *A. Gellius* qui noctis hora tertia, quartaue, ſiue qua alia nati ſunt, vter dies natalis haberi, appellarique debeat, is ne quem nox ea conſecuta eſt, an qui dies noctem conſecutus eſt. Marcus Varro *in libro rerum humanarum* quem de *diebus* ſcripſit, homines, inquit, qui media nocte ad proximam mediam
1 noctem in his horis 24. nati ſunt, vna † die nati dicuntur. Quibus verò ita videtur dierum obſeruationem diuiſiſſe, vt qui poſt ſolem occaſum ante mediam noctem natus ſit, is ei dies natalis ſit, à quo die ea nox cœperit. Contra
2 vero, qui in ſex horis † poſterioribus naſcatur, eo die videri natum, qui poſt eam noctem diluxerit, ita *Aul. Gell. lib. 3 noct. Att. cap. 2. Quæri ſolitum eſt, in princ. D. Cotta in ſuis Memorabilibus, in verbo, Diem more Romano, col. 2. Verſic. Aulus quoque Gellius, Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 2.* ex quibus locis manifeſte colligitur integro capitulo ad ra-
3 tionem reuocato, quod etiam natalis dies † a media nocte ad mediam dinumeretur noctem. Quod quomodo ſit, vidimus *in cap. de ſexta hora noctis.*

CAPVT CLIII.

De Noctis parentibus.

ARGVMENTVM.

Noctem, certam apud Poetas habuiſſe matrem, patrem vero incertum. Noua huius rei ratio ab Authore excogitata.

SVM-

Svmmaria.

1 *Nox filia terra.*
2 *Nox patrem habet, ſed incertum.*
Ratio Authoris, num. 3
4 *Nox eſt formaliter priuatio.*
5 *Priuationis cauſſa materialis eſt certa.*
6 *Priuationis cauſſa efficiens eſt, per accidens, & ſic quodammodo incerta.*

FAbulantur Poetæ Noctem è † terra genitam, illiuſq; filiam fuiſſe, vt etiam teſtis eſt *Cælius Rhodiginus par. 3. lect. antiqu. lib 25. cap. 16.* Et habetur *in Genealogia Deorum Gentilium, lib. 1. cap. 9 Ex incerto Patre* Patrem autem habere quidem, ſed † incertum Sed cur nam ſit incertus pater, certa vero mater, illud nullus eſt, qui aperiat. Ego eam eſſe † rationem opinor, ſtetque donec alius meliorẽ inueſtiget, quia ſcilicet Nox cum ſit formaliter † priuatio, vt voluit *Speuſippus, Natta conſi. 469. Exſtat decretum. num. 13 Angel. in l. Titius §. Lucius. num. 4 Verſi. Item nota, quod illud ff. de lib. & poſthum. Aretin. in tractat. Maleſ. in Verbo de Nocte, num. 2. in principio,* priuationes habent certam cauſſam † materialem, non autem certam cauſſam efficientem, priuationem enim cauſſa efficiẽs, eſt cauſſa † accidentalis, ſeu cauſſa per accidens, & ſic proprie per ſe incerta in ordine ad effectum per accidens, qualis eſt priuatio, quid mirum ergo, ſi mater ſit certa, quia eſt ſubiectum certum, & cauſſa materialis certa, pater vero ſit incertus, quia efficiens, & ipſum quodammodo incertum eſt, hoc eſt accidentale.

Scio *in Genealogia d. cap. 9. lib. 1.* adductam fuiſſe rationem, cur incerto patre dicatur Nox genita, ſed ſi bene obſeruetur ratio illa, cõcludit noctem nullum potius, quam incertum habuiſſe patrem.

CAPVT CLIV.

De Noctis coniugio.

ARGVMENTVM.

Nox cur Erebi coniux in fabulis; Cur eadem à Phanete dilecta, illum fuerit aſpernata.

SVMMARIA

1 *Nox in fabulis fuit Erebi coniux.*
2 *Nox à Phanete paſtore dilecta.*
3 *Sol cur paſtor dictus.*
4 *Nox cur dicatur Erebi coniux.*

1 LEgitur quidem paſſim noctem † Erebi coniugem, ſed apud paucos, aut cauſſam obſeruaui, aut fabulæ
2 vidi allegoriam. Fuit igitur Nox in fabulis virgo à † Phanete paſtore dilecta, cui petenti cum mater vellet copulare connubio, dixit Nox, ſe ignotum habere hominem, nec vnquam vidiſſe, audiuiſſe tamen illum ſuis aduerſum moribus, & ideo mori malle, quam illi nubere, quam ob rem indignans Phanetes ex amatore hoſtis factus eſt. Dū autem illam occiſurus ſequeretur, illa ſe Erebo copulauit, non auſa, vbi Phanetes eſſet, apparere. Quid autem rei ſit, *Genealogiæ lib. 1. c. 9.* illud optime declarat, quod Pha-
3 netes ſit Sol, ideo † paſtor dictus, quia ſuo opere viuentia cuncta paſcuntur, is autem Sol noctem adamaſſe fingitur, quia tanquam dilectam ſibi videre cupiens, rapido curſu ſequitur, & illi videtur appetere copulari. Illa vero renuit, nec minus volucri paſſu fugit, quam ſequatur, eo, quod ſibi mores aduerſos habeat. Illuminat enim ille, ipſa autem obſcurum facit. Nec fruſtra ſe, ſi illi iungatur, morituram dixit, cum Sol luce ſua omnem diſſoluat ob-
4 ſcuritatem, & ſic eius hoſtis efficitur. Demum Nox † Erebo iungitur, id eſt, interioribus terræ penetralibus, quo nunquam ſolares perueniunt radii, mox ideo viget, atque ſecura conſiſtit.

CAPVT

CAPVT CLV.

De Noctis ornatu.

ARGVMENTVM.

Noctis ornatus, hoc eſt quadriga, & Palla picta, quid rei contineant.

SVMMARIA.

1 *Sponſæ egredientis deſcriptio,*
2 *Helenæ ornatus.*
3 *Noctis ornatus.*
4 *Noctis quadriga quæ.*
5 *Noctis Palla picta quæ.*

DEſponſatas mulieres maximam impendere operam, maximumque adhibere ſtudium inter ornandum, & ſciunt omnes, & experiuntur plerique non ſine magna facultatem iactura, quod ſatis innuit Auſonius in *deſcriptione egredientis* † *ſponſæ* hoc carmine. 1

Tandem progreditur Veneris iuſtiſſima cura,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis,
Virginis os, habitumq́; gerens, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit,
Intentos voluens oculos, vritq́; videndo.
Illam omnis tectis, agriſq́; effuſa iuuentus,
Turbaq́; miratur matrum veſtigia primi,
Alba pedis, dederatq́; comam diffundere ventis,
Et picturatas auri ſub, tegmine veſtes,
Ornatus † *Argiua Helena.* 2

Ipſa etiam Nox ſuos habet † ornatus, quos illi in fabulis Iuppiter dono dederit. Ii ſunt † quadriga, & Palla picta. Hoc eſt, quatuor noctis † vigiliæ, in quas nox diuiditur, & ſyderei ambitus cœli, quo tegitur, *Genealogia Deorum Gentilium, lib.1.cap.9. Ex incerto.* 3 4 5

CAPVT

Miſeria Noctis filia, ibid.
Fames Noctes filia, ibid.
Querela Noctis filia, ibid.
Morbus Noctis filius, ibid.
Pallor noctis filius, ibid.
Tenebra Noctis filia, ibid.
Somnus Noctis filius, ibid.
Mors Noctis filia, ibid.
Charon Noctis filius, ibid.
22 *Amor Noctis, & Erebi filius ex Genealog.*
Sed potius Noctis & Aeteris ex Maioragio, nu. 23.
24 *Amor quorum proles, varia opiniones ex Maioragio.*
25 *Dies Noctis, & Erebi filia ex Tullio.*
Ratio, num. 26.
Reuocatur in dubium ab Authore, nu. 27.
28 *Gratia Noctis & Erebi filia ex Cicerone.*
Sed potius Iouis, & Auctonii, vel Liberi, & Veneris, numer 29.

SVnt in filiis ſeminarii quidam affectus, hæreditariæ quædam propenſiones, quibus parentibus ſæpius† aſſimilentur, vt eſt *tex in l. quiſquis §. 1. C. ad Iul. ma l. quod ſi nolit § qui mancipia ff de ædil. edict. Decian. conſil. 64 Diligenter pro viribus, numer. 3. verſ. Vltimo prædicta concluſio, Hieron. Gigas in tractat. de crimin. læſ. Maieſt. in rub quis de crimine, num. 8. in princip. rubr. & lib 3. in rubr. de pœn. cap. 23. num. 3. & cap. 23. num. 1. cum ſeq.* Ratioque ipſa † exigit filios eſſe parentibus ſimiles, vt inquit *Ariſt. de Animalibus*, ne quaſi idem a ſe ipſo differret, parumque ſibi conſtaret. Quod & manifeſte innuit *Poeta Lyricus carminum lib. 4. Ode. 4.* 1 2

Senſere quid mens ritè, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum

Virtus

Crocitantem inter Muſas graculum æquis auribus
accipe.
Si quid minus arriſerit in ſpongiam incumbito.
Reſpondebam ego.
Pyndaricos ſi quis neruos haud auribus æquis
Accipiat, nigris indiget helleboris.
Spongias, quos Erebus genuit cum Nocte fures iis
Vnica ſit tanti vix medicina mali
Munera Pieridum tua ſunt. Tot mene recenter
Donis acumulas? Hinc mihi nomen erit.
Quam celebras Ripam ſpernit Ticinus, at ipſo
Exultat Duce te Regius Eridanus.

12 Quinta eſt † Metus, vt poſt *Tullium* obſeruat eadem
13 *Genealog. lib. 1. cap. 19 Metus.* Rationi ſcilic. aduerſa † cautio. Hunc dum alii Noctis, & Erebi filium ideo dictum
14 arbitrantur, quia ex † remotis a cognitione noſtra notis in pectoribus oriatur; Ego certe eundem potius his
15 progenitum parentibus † arbitror, quia dum & Nox, & Erebus nolunt a potentiore Sole conſpici, quem maxime contremiſcunt, ſed in magis abdita terræ penetralia ſe reuocant, ſic & meticuloſi omnia pertimeſcunt, atque in ſecretioribus reconduntur.

16 Sexta † Dolus ex Nocte genitus, hoc eſt ex mentis cæcitate procreatus, per quam, ea via, quæ minime deceat, in deſiderium ſuum tendit: & ægri pectoris ignominioſa concupiſcentia feruentis dolus creatur, & naſcitur; Et vt plurimum, non ante in lucem viſum, quam in præcipitium venerit, in quem ſtruitur, *Geneal. lib. 1. cap* 20. *Eſt & dolus.*

17 Septima † Noctis, & Erebi filia eſt Fraus, inter quam,
18 & dolum, illud intereſt, quod dolus quandoque † bonus eſt, quod etiam patet ex *inſcriptione in ff. de dolo malo:*
19 Fraus vero ſemper † mala eſt, & dolo agimus aduerſus
20 † hoſtes, amicos fraude decipimus, *Genealog. lib. 1. cap. 21. Fraus.*

21 Sunt & † aliæ Noctis, & Erebi filiæ, Pertinacia. Egeſtas. Miſeria. Fames. Querela, Morbus. Pallor. Tenebra. Somnus, de quo *ſuo loco.* Mors. Charon.

Hucuſq;

Hucuſque bene agitur. Sed & alios adſcribunt Poetæ filios Erebo & Nocti, marem alterum, alteram fœminam parentum moribus prorſus aduerſos. Mas eſt † Amor, 22
Genealog. lib. 1. cap. 9. Ex filiis Erebi. Sed licet eæ ſint fabulę, non tamen placet id, nec etiam in ſuo genere, & tandem *Genealogia* concludit illum non eſſe Amorem, ſed Odium.

Placet, quod voluit Marcus Antonius Maioragius dulciſſimi aui mei paterni D. Angeli Ripæ Præceptor, *in ſua oratione 22.* quam de Amore fecit, cum Virgilii *librum 4. Aeneidos* publice eſſet interpretaturus, vt ſcilicet *ex Acuſilao* Amor ex Nocte, & † Aetere ſit genitus Quin ipſe 23
vir doctiſſimus plures recenſet opiniones, quibuſnam ſit ſatus Amor, nec eam refert, qua amorem ex Nocte, & Erebo genitum cum *Cicerone*, & *Genealogia* dicebamus. Etenim apud † *Maioragium loco citato*, Simonides voluit 24
Amorem ex Venere, & Marte natum, Acuſilaus ex Nocte, & Aetere, Alcæus, ἐκ τῆς Ἔριδος καὶ Ζεφύρου. Hoc eſt, ex Contentione, & Zephyro, Sappho Veneris, & Cœli filium tradit.

Fœmina vero Noctis, & Erebi filia eſt † Dies Aetheri 25
fratri ſuo coniugio copulata, vt ex *Tullio* ſcribit *Genealogia lib. 1. cap. 34. Dies Erebi*, fingunt autem † Poetæ Diem 26
noctis filiam, quia ex aduentu Solis cedente nocte conſurgat dies. Sed ſi res ſic ſe habet, cur non † potius dicatur 27
Nox filia diei recedent Seole, & die?

Addit *Cicero* † Gratias, quas dicit Noctis, & Erebi fili- 28
as, ſed certe magis placet † *Genealogia lib. 1. cap. 16. Erebi,* 29
& Noctis, vt Gratiæ, vel Iouis, & Auctonii, vel Liberi patris, & Veneris filiæ fuerint.

CAPVT CLVII.

De Noctis Partibus.

ARGVMENTVM.

Noctem ex aliis in decem partes, ex aliis

2 *Natus nocturno tempore, quo die dicatur natus.*
3 *Naturalis dies, & ipſe a media nocte ad mediam noctem numeratur,*

QVÆRI ſolitum eſt, inquit *A. Gellius* qui noctis hora tertia, quartaue, ſiue qua alia nati ſunt, vter dies natalis haberi, appellarique debeat, is ne quem nox ea conſecuta eſt, an qui dies noctem conſecutus eſt. Marcus Varro *in libro rerum humanarum* quem de *diebus* ſcripſit, homines, inquit, qui media nocte ad proximam mediam
1 noctem in his horis 24. nati ſunt, vna † die nati dicuntur. Quibus verb s ita videtur dierum obſeruationem diuiſiſſe, vt qui poſt ſolem occaſum ante mediam noctem natus ſit, sei dies natalis ſit, à quo die ea nox cœperit. Contra
2 vero, qui in ſex horis † poſterior bus naſcatur, eo die videri natum, qui poſt eam noctem diluxerit, ita *Aul. Gell. lib.3 noct. Att. cap.2. Quæri ſolitum eſt, in princ. D. Cotta in ſuis Memorabilibus, in verbo, Diem more Romano, col.2. Verſic. Aulus quoque Gellius, Macrob. Saturnal. lib.1. cap.3.* ex quibus locis manifeſte colligitur integro capitulo ad ra-
3 tionem reuocato, quod etiam natalis dies † a media nocte ad mediam dinumeretur noctem. Quod quomodo ſit, vidimus *in cap. de ſexta hora noctis.*

CAPVT CLIII.

De Noctis parentibus.

ARGVMENTVM.

Noctem, certam apud Poetas habuiſſe matrem, patrem vero incertum. Noua huius rei ratio ab Authore excogitata.

SVM-

SVMMARIA.

1 *Nox filia terræ.*
2 *Nox patrem habet,ſed incertum.*
Ratio Authoris,num.3
4 *Nox eſt formaliter priuatio.*
5 *Priuationis cauſſa materialis eſt certa.*
6 *Priuationis cauſſa efficiens eſt, per accidens, & ſic quodammodo incerta.*

FAbulantur Poetæ Noctem è † terra genitam, illiuſq; filiam fuiſſe, vt etiam teſtis eſt *Cælius Rhodiginus par. 3 lect. antiqu. lib 25.cap. 16.* Et habetur *in Genealogia Deorum Gentilium, lib.1.cap.9 Ex incerto Patre* Patrem autem habere quidem, ſed † incertum Sed cur nam ſit incertus pater, certa vero mater, illud nullus eſt, qui aperiat. Ego eam eſſe † rationem opinor, ſtetque donec alius meliorẽ inueſtiget, quia ſcilicet Nox cum ſit formaliter † priuatio, vt voluit *Speuſippus, Natta conſi.469. Exſtat decretum. num.13 Angel.in l. Titius §. Lucius.num.4 verſi. Item nota, quod illud ff. de lib. & poſthum. Aretin. in tractat. Maleſ. in verbo de Nocte, num.2. in principio,* priuationes habent certam cauſſam † materialem, non autem certam cauſſam efficientem, priuationem enim cauſſa efficiẽs, eſt cauſſa † accidentalis, ſeu cauſſa per accidens, & ſic proprie per ſe incerta in ordine ad effectum per accidens, qualis eſt priuatio, quid mirum ergo, ſi mater ſit certa, quia eſt ſubiectum certum, & cauſſa materialis certa, pater vero ſit incertus, quia efficiens, & ipſum quodammodo incertum eſt, hoc eſt accidentale.

Scio *in Genealogia d.cap.9.lib.1.* adductam fuiſſe rationem, cur incerto patre dicatur Nox genita, ſed ſi bene obſeruetur ratio illa, cõcludit noctem nullum potius, quam incertum habuiſſe patrem.

CAPVT CLIV.

De Noctis coniugio.

CAPVT CLV.

De Noctis ornatu.

ARGVMENTVM.

Noctis ornatus, hoc eſt quadriga, & Palla picta, quid rei contineant.

SVMMARIA.

1 *Sponſæ egredientis deſcriptio,*
2 *Helenæ ornatus.*
3 *Noctis ornatus.*
4 *Noctis quadriga quæ.*
5 *Noctis Palla picta quæ.*

DEſponſatas mulieres maximam impendere operam, maximumque adhibere ſtudium inter ornandum, & ſciunt omnes, & experiuntur plerique non ſine magna facultatem iactura, quod ſatis innuit Auſonius in *deſcriptione egredientis* † *ſponſæ* hoc carmine. 1

Tandem progreditur Veneris iuſtiſſima cura,
Iam maturâ viro, iam plenis nubilis annis,
Virginis os, habitumq; gerens, cui plurimus ignem
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit,
Intentos voluens oculos, vritq; videndo.
Illam omnis tectis, agriſq; effuſa iuuentus,
Turbaq; miratur matrum veſtigia primi,
Alba pedis, dederatq; comam diffunderè ventis,
Et picturatas auri ſub, tegmine veſtes,
Ornatus † *Argiuæ Helenæ.* 2

Ipſa etiam Nox ſuos habet † ornatus, quos illi in fabulis Iuppiter dono dederit. Ii ſunt † quadriga, & Palla picta. Hoc eſt, quatuor noctis † vigiliæ, in quas nox diuiditur, & ſyderei ambitus cœli, quo tegitur, *Genealogia Deorum Gentilium, lib.1.cap.9. Ex incerto.* 3 4 5

CAPVT

CAPVT CLVI.

De Noctesatis.

ARGVMENTVM.

Noctis fabuloſa proles tota ſerie recenſentur. Sed eam dum alii vniuerſam Erebo coniugi adſcribunt, ab iis aliquando recedit Author.

SVMMARIA.

1 *Filii parentibus ſæpe, eorumq́ moribus aſſimilantur.*
Ratioq́ ipſa exigit ex Ariſt. nu 2.
3 *Parcæ Noctis filiæ.*
4 *Parcæ per antiphraſin à parcendo dictæ.*
5 *Odium Noctis & Erebi proles.*
6 *Odium cæcum.*
7 *Labor Noctis filius.*
8 *Mora potius, quam labor, Noctis proles, ex Authore.*
9 *Ænigma Authori Intentorum Principi Academicæ oblatum.*
Eiuſdem ſolutio ex Authore, num. 10.
11 *Inuidentia Noctis, & Erebi filia.*
12 *Metus Noctis, & Erebi filius.*
13 *Metus eſt rationi aduerſa cautio.*
14 *Metus cur Noctis, & Erebi proles ſingatur.*
Alia ad id Authoris ratio, nu. 15.
16 *Dolus Noctis filius.*
17 *Fraus Noctis filia.*
18 *Dolus bonus alius, alius malus.*
19 *Fraus ſemper eſt mala.*
20 *Dolo agimus aduerſus hoſtes.*
Fraude amicos decipimus, ibid.
21 *Pertinacia Noctis filia,*
Egeſtas Noctis filia, ibid.

Miſeria

Miſeria Noctis filia, ibid.
Fames Noctes filia, ibid.
Querela Noctis filia, ibid.
Morbus Noctis filius, ibid.
Pallor noctis filius, ibid.
Tenebræ Noctis filia, ibid.
Somnus Noctis filius, ibid.
Mors Noctis filia, ibid.
Charon Noctis filius, ibid.
22 *Amor Noctis, & Erebi filius ex Genealog.*
Sed potius Noctis & Aeteris ex Maioragio, nu. 23.
24 *Amor quorum proles, varia opiniones ex Maioragio.*
25 *Dies Noctis, & Erebi filia ex Tullio.*
Ratio, num. 26.
Reuocatur in dubium ab Authore, nu. 27.
28 *Gratia Noctis & Erebi filia ex Cicerone.*
Sed potius Iouis, & Auctonii, vel Liberi, & Veneris, numer 29.

SVnt in filiis ſeminarii quidam affectus, hæreditariæ quædam propenſiones, quibus parentibus ſæpius† aſ- 1 ſimilentur, vt eſt *tex in l. quiſquis §. 1. C. ad Iul. ma l. quod ſi nolit § qui mancipia ff de ædil. edict. Decian. conſil. 64 Diligenter pro viribus, numer. 3. verſ. Vltimo prædicta concluſio, Hieron. Gigas in tractat. de crimin. læſ. Maieſt. in rub quis de crimine, num. 8. in princip. rubr. & lib 3. in rubr. de pœn. cap. 23. num. 3. & cap. 23. num. 1. cum ſeq.* Ratioque ipſa † exigit 2 filios eſſe parentibus ſimiles, vt inquit *Ariſt. de Animalibus*, ne quaſi idem à ſe ipſo differret, parumque ſibi conſtaret. Quod & manifeſte innuit *Poeta Lyricus carminum lib. 4. Ode. 4.*

Senſere quid mens ritè, quid indoles
Nutrita fauſtis ſub penetralibus
Poſſet, quid Auguſti paternus
In pueros animus Nerones.
Fortes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum

Virtus

Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

Quid boni in iis futurum ſperemus, aut auſpicemur, qui tam obſcurorum parentum filii ſint, quam obſcuri ſunt Erebus, & Nox?

3 Prima igitur huius fabuloſi coniugii proles ſunt † Parcæ, vt poſt Ciceronem de Natura Deorum [illegible] in *Genealogia Deorum gentilium, lib. 1. cap. 5.* Sunt autem tres,
4 Cloto, Lacheſis, Atropos, dictæ Parcæ per † [illegible]aſim, ſeu per contrarium a parcendo, quod nemini parcant. De his *Virg. lib. 9. Aeneidos.*

Ergo aderat promiſſa dies & tempora Parcæ
Debita complerant, cum Turni iniuria matrem
Admonuit ſacris ratibus depellere tedas.

Et *Ouid. lib. 15. Metamorph.*

Talia nequicquam toto Venus anxia cælo
Verba iacit ſuperoſq; mouet qui rumpere quamquam
Ferrea non poſſunt veterum decreta ſororum.

5 Secunda † Odium, dum enim aliqui volunt Amorem Noctis, & Erebi filium, *Genealogia Deorum gentilium lib. 1. cap. 9. Ex filiis Erebi*, ſuſtinet, & optime, [illegible] pentatis illum non amorem eſſe, ſed rectius odium voca-
6 ri. Inde † cæcum illud vocat *Iuuenalis*, tanquam parentibus ſimillimum.

Aut cæcis odiis inimicos ducere d[illegible]

7 Tertia † Labor, vt poſt *Ciceronem* voluit Genealog. *lib. 1. cap. 17. Labor à Cicer.* Noctis, & Erebi filius [illegible]tur. Huic autem quale conueniat Epithetum [illegible] oſtendit *Virg. lib. 1. Georgicorum.*

Nam primi cuneis ſcindebant fiſſile lignum,
Tum variæ venere artes. Labor omnia vincit
Improbus.

8 Sed neſcio † cur potius Labor, quam Mora, quæ propriè cum nocturno ſit tempori opportuna, vt video, cur non laborem diei, moram noctui adſcribamus. Defatigantur enim homines interdiu, noctuque corpori danda quies, eam enim feſſi vocant ſæpius, vt ex *Decaſtico* illo colligitur ænigmatico, quod mihi immerito licet Inten-

torum

torum Academiæ Principi ab Offuſcato Intento doctiſſimo adoleſcente fuit † oblatum in hæc verba. 9

Tu qui Muſarum potis es penetrare receſſus,
Quód latet obſcuro carmine, pande precor.

Ænigma.

Illa ego ſum Princeps orbis, quæ legibus Vrbes
Arcto, mihi magnus eſt genus à ſuperis.
Immutata, hominum iungo pia pectora nexu:
Rurſus & hoſtiles arceo clara manus.
Immutata iterum, Muſis ſum grata canoris;
Rurſus me feſſi terq; quaterq; vocant.
Immutata iterum volucres per mane volantes
Excipio; Rurſus me genus omne colit.
Et rurſus pedibus premor; Immutata priorem
Naturam teneo, nec tamen eſt eadem.

Cui † memini me ſtatim hoc diſticho reſpondiſſe, neſcio an illi ſatisfecerim, dixerunt tamen omnes, atque ille ſibi factum ſatis. 10

Roma, Amor, Armo, Maro, Mora, Roma, Oram, Orma, Amor; Illic.
Sum Deus; Hic alios inter amandum amor.

Vſus ſum more antiquorum, dum amandum non contraxi, ſi quis ſit plus æquo ſuperſtitioſus, legat. Hic alios inter amam dum, & amor.

Quarta eſt † Inuidentia, vt poſt *Ciceronem* habetur in *Genealogia lib.1.cap.18. Inuidentiam.* 11

Atque hic ſcio me eo dicendi modo à tabula reſpondiſſe viro doctiſſimo de vtraq; lingua, & Latina, & Græca optime merito, Bartholomæo Regio, dum me dulciſſime ad carmina laceſſeret, muſamque meam, hoc eſt metricam dicendi facultatem, ex lethargo excitaret maximo, quo ob Iuriſprudentiæ ſtudium detinebatur.

Erant ad me Bartholomæi Regii hæc Carmina.

Munera Pieridum, & Charitum, & quod donat Apollo.
Hoc Polydore tuum eſt, hinc tibi nomen habes.
Nec Tagus auriſluus, nec te Pactolus arenis
Ticina æquabit, Ripa modo hac vigeat.

Croci-

Hucuſque bene agitur. Sed & alios adſcribunt Poetæ filios Erebo & Nocti, marem alterum, alteram fœminam parentum moribus prorſus aduerſos. Mas eſt † Amor, 22
Genealog. lib. 1. cap 9. Ex filiis Erebi. Sed licet eæ ſint fabulę, non tamen placet id, nec etiam in ſuo genere, & tandem *Genealogia* concludit illum non eſſe Amorem, ſed Odium.

Placet, quod voluit Marcus Antonius Maioragius dulciſſimi aui mei paterni D. Angeli Ripæ Præceptor, *in ſua oratione 22.* quam de Amore fecit, cum Virgilii *librum 4. Aeneidos* publice eſſet interpretaturus, vt ſcilicet *ex Acuſilao* Amor ex Nocte, & † Aetere ſit genitus Quin ipſe 23
vir doctiſſimus plures recenſet opiniones, quibuſnam ſit ſatus Amor, nec eam refert, qua amorem ex Nocte, & Erebo genitum cum *Cicerone*, & *Genealogia* dicebamus. Etenim apud † *Maioragium loco citato*, Simonides voluit 24
Amorem ex Venere, & Marte natum, Acuſilaus ex Nocte, & Aetere, Alcæus, ἐκ τῆς Ἔριδος καὶ Ζεφύρου. Hoc eſt, ex Contentione, & Zephyro, Sappho Veneris, & Cœli filium tradit.

Fœmina vero Noctis, & Erebi filia eſt † Dies Aetheri 25
fratri ſuo coniugio copulata, vt ex *Tullio* ſcribit *Genealogia lib. 1. cap. 34. Dies Erebi,* fingunt autem † Poetæ Diem 26
noctis filiam, quia ex aduentu Solis cedente nocte conſurgat dies. Sed ſi res ſic ſe habet, cur non † potius dicatur 27
Nox filia diei recedent Seole, & die?

Addit *Cicero* † Gratias, quas dicit Noctis, & Erebi filias, 28
ſed certe magis placet † *Genealogia lib. 1. cap. 16. Erebi,* 29
& Noctis, vt Gratiæ, vel Iouis, & Auctonii, vel Liberi patris, & Veneris filiæ fuerint.

CAPVT CLVII.

De Noctis Partibus.

ARGVMENTVM.

Noctem ex aliis in decem partes, ex aliis

in ſeptem tempora, ex aliis iterum in quatuor vigilias diuiſam.

Svmmaria.

1 *Nox diuiditur in decem partes ex Cenſorino.*
2 *Nox diuiditur in ſeptem partes ex Macrobio.*
3 *Crepuſculum à Crepero dictum, quod eſt dubium.*
4 *Crepuſculum græcè ἀμφιλύκη, quaſi dubia lux.*
5 *Fax prima Vnde dicta.*
6 *Concubium cur ſic dictum.*
7 *Nox intempeſta quam ob rem ſic nuncupetur.*
8 *Gallicinium à Galli cantu dictum.*
9 *Conticinium Vnde deriuetur.*
10 *Diluculum à lucente die dictum.*
11 *Nox pro more nautarum diuiditur in quatuor Vigilias ex aliis.*

1 CENſorinus de Natali die, Noctem diuidit in partes †decem, Veſperum, Crepuſculum, Primam Facem, Concubium, Noctem Intempeſtam, ad mediã noctem, Mediam noctem, De media Nocte, Gallicinium, Conticinium, & Diluculum. Idem voluit Cherubinus Sandolinus in ſuo *Thaumalemmate poſt lib. 8. in Verbo Nox, & eod. lib. 8. cap. 22. Temporalium in fin. Verſ. Sit dies artificialis. Macrobius* autem *in ſuis naturalibus*, de quo etiam *Genealogia Deorum Gentilium lib. 1. cap. 9. Ex incerto*, Noctem
2 in † ſeptem diuidit tempora. Quorum primum, Sole oc-
3 cidente dicitur Crepuſculum à Crepero, quod eſt dubium, eo, quod dubitari videatur, diei præteritæ, an venienti nocti attribuendum ſit. Pro quo eſt illud *Ouidii lib. 4. Metamorphoſ.*

Iamq; dies exactus erat tempuſq; ſubibat,
Quo tu, nec tenebras, nec poſſes dicere, lucem,
Sed cum luce tamen dubia confinia noctis.

Atque illud Baptiſtæ Fonteii Primionis *in Plumbicano lib. 1.*

Poſt Antri patulum, poſitumq; ſub æthere hiatum.

Poſt

Poſt os ſpelunca, exiguumq́; in limine vicum,
Quà modicam oſtendunt, dubiaq́; crepuſcula lucem.

Sed & Græcè Crepuſculum dicitur † ἀμφιλύκη quaſi 4
Dubia lux.

Secundum autem, cum iam obſcurum ſit, Fax † prima 5
dicitur, eo, quod tunc faces accendantur. Tertium iam
denſiore facta nocte † Concubium nuncupatur, eo, quod 6
dormituri ad cubandum accedamus. Quartum dicitur
Nox † intẽpeſta, eo, quod nulli operi ſit tempus aptum. 7
Quintum dicitur † Gallicinium, eo, quod à medio ſui 8
nocte in die tendente Galli cantent. Sextum appellatur
Conticinium iam auroræ proximum, ideo ſic † dictum, 9
quia tunc videatur gratior quies, ideoque omnia conticeſcant, Septimum Diluculum à lucente iam die, in quo ſolertes aſſurgunt operi, quod minime ſomno aptum eſt.

Alii tandem *ex iiſdem Authoribus* inſtar nautarum, & caſtrenſium vigilum, Noctem in † quatuor vigilias diuidunt. *Vide eos.*

CAPVT CLVIII.

De Partibus diei naturalis.

ARGVMENTVM.

Diei naturalis duodecim partes ex Macrobio declaratæ.

SVMMARIA.

1 *Dies duplex naturalis, & artificialis.*
2 *Dies naturalis concluditur in 24. horis.*
3 *Dies naturalis diuiditur in 12. partes.*
4 *Occiduum eſt tempus in noctem tendens.*
5 *Suprema tempeſtas eſt diei nouiſſimum tempus*
6 *Veſpera à ſtella heſpero dicitur.*

Diximus olim *in cap. 3.* Diem alium eſſe naturalem,
alium † artificialem, atque naturalem conſtare 24. 1

 horis

horis,noctemque etiam comprehendere, plures, *ibi* ad-
2 duximus,quos *ibi* † videas. Hunc autem diem naturalem *Macrobius in Saturnal.* de quo etiam *Genealogia Deorum*
3 *gentilium,lib.* 1.*cap.* 34. *Dies Irobi*, diuiſit in † duodecim partes. Eæ ſunt, Noctis Inclinatio,pars ſcilicet à media nocte,cum nox inclinat in diem; Gallicinium, Conticini-
4 um,Diluculum,Mane,Meridies, Occiduum,hoc eſt † tẽpus in noctem tendens,Suprema tempeſtas,eo,quod diei
5 ſit † nouiſſimum tempus,vt in 12.tab. eſt expreſſum: SOLIS OCCASVS SVPREMA TEMPESTAS ESTO.
6 Veſpera à ſtella † heſpero, quæ in occaſu Solis apparet, Prima Fax,Concubium,Nox intempeſta.

CAPVT CLXI.

De Noctilucis.

ARGVMENTVM.

Noctilucas inter ſydera ad Lunam referri:inter ſublunaria, ad herbas modo, modo ad lapides, ad ligna interdum, interdum etiam ad animantia.

SVMMARIA.

1 *Luna noctiluca dicitur per antonomaſiam.*
2 *Nyctilops herba nocturno collucet tempore.*
Nyctegretum ab aliis dicitur,ibid.
Lunaria ab aliis,num. 3.
4 *Carbunculi apud Garamantas, & Indos nocturno collucent tempore.*
5 *Ligna quadam arida nocturno tempore radiantia.*
6 *Noctiluca animalculum nocturno ſplendeſcens tempore.*
7 *Nytedula idem,quod Noctiluca.*

Noctilucas

NOctilucas in ſphæris alias, alias vero ſublunares eſſe non eſt nouum. Atque quod ad ſphæras pertinet, aſtrorum omnium parui penſa luce, Luna † Noctiluca per 1
antonomaſiam appellatur. *Horat lib. 4. Carmin. Ode. 6.*

Ritè Latonæ puerum canentes,
Rite creſcentem face Noctilucam,
Proſperam frugum celereq; pronos
Voluere menſes.

Sublunares vero Noctilucæ referuntur aliæ ad herbas, quæ nocturno collucent tempore, qualis eſt † Nyctilops, 2
quod herbæ genus alii Nyctegretum, alii † lunariam dicunt. 3
Alij ad lapides pretioſos, quales ſunt Carbunculi, qui apud Garamantas, & † Indos reperiuntur, gemmæ etenim 4
eiuſmodi igniti carſionis ſimilitudinem referentes, ipſis etiam noctibus lucent. Aliæ ad † ligna quædam ari- 5
da, cuius generis vidi ego olim Piſis fagi aridum, atque ſatis vetuſtum fruſtrum nocturno tempore tenebris interioribus extremis lateribus refulgens, de quo ego opportune aliquando, fabuloſe tamen cecini.

Cerberus vmbrarum cuſtos ego ſydus olympi,
Imperioq; Iouis Sylius exul erit.
Spiritus interea radiantes cornua fagi
Incolit: hic cornu fulgor vtroq; micat.

Alię ad animantia referuntur, atque vt pleraque omittam, Noctiluca † animalculum quoddam dicitur; quod 6
nocturno lucet tempore, hoc † Nitedulam alii vocant. 7

CAPVT CLX.

De Gallicinio.

ARGVMENTVM.

Gallicinium, cum nocte iam in ſequentem diem inclinante contingat, Rotæ Romanæ votum.

SVMMARIA.

1 *Galli nocturni vigiles.*
2 *Galli cantant etiam in meridie.*
3 *Galli de Nocte cucuriunt poſt mediam noctem.*
Ratio ex Democrito, num. 4.
5 *Collatio beneficiorum, eiuſque diuiſio per menſes, inter Summum Pontificem, & Epiſcopos incipit à media nocte ad mediam noctem.*
6 *Galli dum cantant poſt mediam noctem, Rota Romana votum in quadam facti ſpecie.*

1 CIcero *lib. 2. de Diui.* Gallos dicit † vigiles nocturnos, quos excitandis à ſomno in opera mortalibus procreaſſe prouidentia diuina videatur. Hi vigiles, Galli ſci-
2 licet, dum, & in ipſo † meridie cantare conſueuerunt, potiſſimum tamen eorum cucuritus nocturno tempore ob-
3 ſeruatur. Cucuriunt enim de nocte, & quidem poſt † mediam noctem in diem inclinante nocte, cuius rei cauſſam dicit *Cicero loco citat.* à Democrito optimis verbis expli-
4 catam, depulſo enim ante lucem de pectore, & in omne corpus diuiſo, & modificato cibo, cantus edere quiete ſatiatos. Cantant ergo poſt mediam noctem ex quo fuit
* aliquando * reſolutum à Romana Rota, quod, cum † di-
5 uiſio collationis beneficiorum inter ſummum Pontificem, & Epiſcopos, per menſes, à media nocte ſumatur ad mediam noctem, mortuus fuit præbendatus vltima die
6 Ianuarii nocte ſequenti in Gallicinio, fuit inquam † reſolutum, quia Galli cantant poſt mediam noctem, vt is diceretur vita functus de menſe Februarii, teſtis eſt *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 116. Notarius iſte, num. 7. verſ. In conferendis, par. 2.*

CAPVT CLXI.

De Certa Hora Noctis.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Certam Noctis horam exprimendam interdum, bini caſus obſeruati.

SVMMARIA.

1 *Hora certa noctis regulariter non eſt apponenda in nocturnis actibus.*

2 *Hora certa noctis regulariter non eſt apponenda in teſtamentis ad maiorem cautelam.*

3 *Hora certa noctis eſt interdum neceſſitate exprimenda, dum beneficia conferuntur.*

NOcturnum tempus, ſed nec certam nocturni temporis horam, neutrum † eſſe apponendum regula- 1
riter de neceſſitate, & ſcripſimus *in cap. de Contractibus, de Notario,* & tradit etiam *Ioſeph Ludouicus Peru. deciſ.* 116. *Notarius iſte, per totam par.* 2.

Vidi tamen duos caſus, quibus altero expreſſio horæ eſt ad maiorem cautelam, altero vero etiam ad neceſſitatem. Ad maiorem cautelam eſt in † teſtamẽtis, quæ dum 2
noctu conficiuntur, ad omnem falſitatis amouendam ſuſpicionem, debet in iis à Notario certa noctis hora apponi, *Tiber. Decian. conſi.* 65. *Licet autem, num.* 21. *Verſ. Et ad tollendam, Volum.* 2. Ex neceſſitate eſt caſus in † Collatio- 3
ne beneficii, vacantis per obitum præbendarii decedentis vltima die menſis nocte poſtrema, vide *Ioſeph Ludouicum, d. deciſ.* 116. *num.* 6. *Verſ. Imò etiam aliquando, par.* 2.

CAPVT CLXII.

De Partu ſuppoſito.

ARGVMENTVM.

Partus ſuppoſiti variæ recenſentur conie-

cturæ, etiam in ordine ad nocturnum tempus. Eædem adiuuantur, leniuntur, extenuantur, reiiciuntur.

SVMMARIA.

1 *Suppoſitio partus continet falſum.*
2 *Partus ſuppoſitio præſumptionibus, & coniecturis probatur.*
Siue ea ſint hominis, ſiue etiam legis, nu. 3.
4 *Mulier quinquagenaria ſi dicatur peperiſſe præſumitur ſuppoſitus partus.*
Contrarium verius, nu. 6.
Debent tamen adeſſe pleniores probationes, nu. 8.
Si tamen aderant contraria coniectura, nu. 9.
5 *Quinquagenaria poteſt parere.*
7 *Henricus Imperator iuſſit vxorem quinquagenariam publice parere.*
10 *Sterilis, ſi pariat, ſubeſt ſuſpicio ſuppoſiti partus.*
Reprobatur coniectura, num. 11.
Temperat rurſum coniecturam Author, nu. 12.
13 *Sterilis græcè ἄγονος.*
14 *Sterilis propriè dicitur infructuoſus per priuationem.*
15 *Sterilis, ſi pariat, ſubeſt ſuſpicio ſuppoſiti partus in vxore potius, quam in non vxore, ratio ex Authore.*
Fallit in vxore, quæ pluribus nupſerit, nu. 18.
16 *Virgo interim præſumitur, quæ nondum nupſit.*
17 *Vxor præſumitur cognita.*
19 *Partus ſuppoſitus præſumitur, quoties mulier quæ ſe prægnantem aſſerebat, nec cuſtodiri voluit, nec pati, vt venter inſpiceretur.*
Declarat Author, nu. 20.
21 *Patior quid ſignificet ex propria ſignificatione.*
22 *Partus ſuppoſitus conijcitur, ſi quæ dicitur prægnans, rus ſe contulerat nulla ſecum ducta obſtetrice.*
Reiicitur à D. Menochio hæc coniectura, nu. 23.
Temperatur eadem ab Authore, nu. 24.

25 Partus

25 *Partus ſuppoſiti quinta coniectura.*

Sed plura requirit, quatuor ſcilicet D. Menochius, numer.26.

Addit quintum Author,nu.27.

Sed & ſextum,nu.28.

29 *Partus ſuppoſiti coniectura debent duobus teſtibus probari.*

30 *Partus ſuppoſiti ea etiam eſt coniectura,ſi panni ex vtero aſſerta pragnantis exciderint.*

Sed facile euitatur eiuſmodi coniectura ex D.Menochio, num.31.

Alia ad id Authoris obſeruatio,nu.32.

33 *Partus ſuppoſiti ſeptima coniectura.*

Eam dicit leuem D.Menochius,num.34.

Confirmat dictum D.Menochii Author,nu.35.

36 *Partus ſuppoſiti coniectura eſt, quando nullus partui fuit praſens.*

Eam coniecturam debilem dicit Menoch.nu.37.

Pracipuè ſi pariat nocturno tempore, ex Authore, numer.38.

39 *Partus ſuppoſiti coniectura eſt,ſi partus genitoribus non aſſimiletur.*

40 *Filii,quod parentibus aſſimilentur,prouenit ex mulieris imaginatione.*

Aliud potius opinatur Author,num.41.

42 *Partus ſuppoſiti maxima coniectura eſt fama.*

Declarat Author,num.43.

44 *Fama debet eſſe publica,alias dicitur potius opinio.*

45 *Fama in partu ſuppoſito debet habuiſſe ortum ante litem conteſtatam.*

Declaratur,nu.46.

47 *Partus ſuppoſiti coniectura eſt etiam matris confeſſio.*

Maxime ſi ſit conſtituta in mortis articulo,nu.48.

49 *Partum ſuppoſitum non probat matris confeſſio ſi partus iam fuerit in quaſi poſſeſsione filiationis.*

50 *Morienti non creditur in praiudicium tertii.*

51 *Maximè, vbi per quaſi poſſeſſionem ſit ius quæſitum.*

52 *Partus ſuppoſitus præſumitur, vbi nocturno tempore tria lumina non fuerunt adhibita.*

Si tamen iam ventri erat mota quæſtio ſtatus, nu. 53.

Vel erat ſterilis, num. 54.

55 *Partus ſuppoſiti præſumptiones extenuantur ex quaſi poſſeſſione filiationis.*

Maximè aduerſus eum qui partum, tanquam filium, etiam mortuo patre tractauerit, nu. 56.

57 *Filiationis quaſi poſſeſſio, non ſolum procedit in naturalibus tantum, & ſpuriis.*

SCio partus ſuppoſitionem eſſe delictum continens in
1 ſe pœnam † falſi, fingitur enim falſo filius, qui filius non erat, conſuetum fieri clam, & occultè, ideoque præ-
2 ſumptionibus, & † coniecturis aptum probari, vt in terminis latiſſimè *Boſſ. in titu. de Partu ſuppoſito, per totum, Maſcard. de probat. concluſ. 1152. Receptiſſima eſt in iure noſtro, num. 2. Soc. Iun. conſi. 90. Abunde, num. 17. volum. 2. D. meus Præſ. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. caſu 116. Eueniunt aliquando, num. 7. verſ. Tertius caſus eſt, Idem de præſump. lib. 5. præſumpt. 24. Cùm & ſuppoſiti partus, num 2. verſ. Receditur tamen, Ioan. Bonifacius in tract. de Furtis in §. Corporalis, nu. 44. verſ. Quomodo autem in ſpecie.*

Scio etiam duplicem eſſe præſumptionem, legis, & hominis, & ſufficere ad partus ſuppoſitionem probandam
3 † hominis præſumptionem, non ſolum legis, *Maſcard. loco cit. num. 29. verſ. Præterea intelligi debet Boſſ. loco cita. num. 29. verſ. Præterea intelligi debent Boſſ. loco cit. de Partu ſuppoſito, nu. 34. verſ. Sed dic contrarium.* Sed circa coniecturas aliquandiu immorandum eſt.

4 Prima itaq; coniectura eſt, quoties mulier eſt † quinquagenaria, cum enim ex frequentius accidentibus non pariant quinquagenariæ, vt eſt *text. in l. ſi ſterilis in principio ff de action. empt.* maxima inde oritur ſuppoſiti partus ſuſpicio, ita *Socin. Iun. Boſſ. & Maſcard. locis citat.* de quibus etiam *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſump. 24. Cum & ſuppoſiti, nu. 4. verſ. Prima itaq;*

Sed

Sed certe, cum poſſit mulier, etiam †, quinquagenaria parere, vt eſt *tex. in l. ſi maior quinquagenaria C. de legitimis hæredibus*, adhuc niſi aliæ concurrant coniecturæ, dicendum erit illam potius peperiſſe, etiam † quinquagenariam, quam deliquiſſe, *Pariſ. conſ. 29. Cato ſextum, num. 19. Verſ. Accedat text. & num. 44. Verſic. Præterea, Volum. 2.* & eſt tex *in d. l. ſi quis maior C. de legitim. hæred.* & inclinat *D. meus Præſ. Menoch. dicta præſumpt. 24. nu. 10. Verſ. Et ſatius quidem.* 5 6

Nec me mouet exemplum illud Federici Imperatoris, qui conceptus à matre quinquagenaria, illius pater † Henricus vt omnem tolleret ſuſpicionem, voluit eam publice, omnibuſque videntibus parere, de quo exemplo *Dominus meus Præſ. Menoch. dicta præſumpt. 24. nu. 7. Verſ. Qui commemorant, Pariſ. d. conſil. 29. Cato, num. 46. Verſ. Et Vlterius Volum. 2. Angel. in d. l. ſi maior C. de legit. hæred. Addo Tiraquel. de ll. connubial. in 6 lege, num. 32. Vincent. Annibald. ad conſ. Alba, conſ. 319. Quomodocunq; ſub litera A. Verſ. Partus ſuppoſitus.* 7

Primò etenim illud fecit ad maiorem cautelam, quod & fatentur allegati Patres, dum illud referentes exemplum dicunt, vt omnem tolleret ſuſpicionem. Rurſus agebatur de Imperio, & ſic de ſumma rerum, in quo maximam vim facit in ſuo caſu *Boſſ. in titu. de Partu ſuppoſito.*

Illud autem, quod ſcribit *Fulgoſ. conſ. 212. Quædam mulier, colum. 3. Verſic. Fieri tamen poteſt, Pariſ. d. conſ. 29. num. 47. Verſ. Et eſt de mente, Volum. 2.* quod eo caſu requirantur † pleniſſime probationes, alias præſumatur potius partus ſuppoſitus, intelligo ego verum, ſi aliæ aderant † coniecturæ, præter eam, quæ ex pleniori ætate conſurgere conſueuit. 8 9

Secunda eſt coniectura, de qua, & *Socin. iun. conſ. 90. num. 19. Verſ. Adeſt etiam, lib. 2. & Boſſ. de Partu ſuppoſito, num. 12. Verſ. Et ita videtur, & Maſcard. concluſ. 1152. Receptiſſima, num. 9. Verſ. Alia etiam eſt præſumptio, & D. Menochius d. Præſumpt. 24. numer. 11. Verſic. Secunda eſt coniectura*, ſi mulier quæ dicatur peperiſſe, diu fuerit † ſterilis 10

is, præſumitur enim tunc partus ſuppoſitus, ſi pariat.

11 Verum *D. Menoch. loco cit.* non ſatis † probat hanc cõiecturam, & equidem duplici ratione, quarum prima ea eſt, quia id tam maſculis, quam fœminis poſſit contingere, vt vno tempore, nec generare poſſint, nec concipere, alio vtrumque poſſint. Altera eſt ratio, quia ſæpius docuit experientia, fœminam cum vno coeuntem viro concipere, cum alio non cõcipere: maſculum item ad eam fœminam accedentem non generare, generare ſi alteri immiſceatur.

Addo ego nullius eſſe momenti coniecturam in ea,
12 quæ diu fuerit ſterilis, quia diu fuerit † virgo, quanquam eo caſu ſterilis dici nullo pacto poteſt, cum ſterilis Græce
13 † *ἄκαρπος* dicatur, hoc eſt infructuoſus, & infœcundus
14 per † priuationem, ergo præſupponitur potentia, quæ quidem potentia concipiendi non eſt naturaliter in virgine, quamdiu virgo perſeuerat. Atque hoc caſu magis
15 præſumpſerim ergo partum ſuppoſitum in † vxore, quamdiu fuerit ſterilis, quam in alia ſine coniugio retenta domi fœmina. Et quidem duplici de cauſſa, quarum ea eſt prior, quia, vt dicebam, diu virgo, non dicitur fuiſſe diu ſterilis, atque ideo ſi longo tempore virgo perſeuerans tandem viro ſubiiciatur, inde potius prægnans ſurrexiſſe præſumitur, quam partum ſuppoſuiſſe.

16 Id autem eſt communiter receptum, vt innupta † virgo interim præſumatur, ita poſt *Abb. in c. 1. de adult. Alex. conſ. 239. nu. 2. lib. 6. Ruin. conſ. 199. num. 11. lib. 2. Bertrand. conſil. 135. & conſi. 158. lib. 2. Alb. conſ. 37. nu. 2. Crauet. conſil. 166. nu. 5. Clar. §. ſtuprum verſ. Sed pone, Maſcard. de Proba. concluſ. 1410. num. 1.* & *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 89. Dubitari ſæpè ſolet, in principio.* Marito
17 autem copulata † mulier reddita præſumitur, *Beroius conſil. 36. num. 9. lib. 1. gloſſ. in cap. dixit Dominus, 32. quæſt. 1. D. meus Menochius loco citato, num. 6. verſ. Et maritum pariter*, qui dicit ita tenere * Doctores *in cap. continebatur, de deſponſat. impub.*

Quod

Quod, ſi eandem innuptam ab aliis etiam prius cognitam velis, tunc adhuc idem dicendum eſt, partum ſcilicet facilius præſumi ſuppoſitum ab vxore, quam ab ea, quæ non ſit vxor, quia vxor non niſi a proprio ſit cognoſcenda viro, hæc vero, quæ à pluribus fuerit cognita, cum vno, vt *ſuperius* dicebamus potuit eſſe ſterilis, cum alio fœcunda.

Ex quibus correlarie deduco, quod etiam in ea, quæ fuerit nupta † pluribus non præſumitur partus ſuppoſi- 18
tio, ſi diu cum altero viro ſterilis fuerit, mox cum alio cõcœperit, eadem prorſus ſuadente ratione.

Tertia eſt coniectura, de qua, tum *Socin. Iun. tum Maſcard. locis cit. à Domino meo Præſ. Menoch. d. præſumpt. 24. li. 5. num. 15. Verſ. Tertia eſt cõiectura. Maſcard. d. concluſ. 1152. num. 2. Verſ. Ad hæc* vbi de * communi, quando. ſ. mulier, *
quæ aſſerebat ſe pregnantem eſſe, nec † cuſtodiri voluit, 19
nec pati, vt illius venter inſpiceretur. Quam coniecturam intelligo veram, ſi † aderat qui vellet, cuiuſve intereſſet, 20
vel cuſtodiri ventrem, vel eundem inſpici, per ea, quæ habentur in *l. 1. ff. de Ventre inſpiciend.* eſt enim Pati ex † 21
propria ſignificatione, vim illatam ſuſtinere, non pati vim illatam refellere, adeo quod *Patior*, & *Non Patior*, differant tantum in ordine ad terminum, a quo, non differunt, quia vtrobique præſupponitur vis in agente.

Quarta coniectura ſuppoſiti partus eſt quando † re- 22
ceſſit ex vrbe, vbi rerum omnium copia adeſt, & rus ſe cõtulit, nulla ſecum ducta obſtetrice, nullaque re neceſſaria ad puerperium parata ita poſt *Boſſ. d. t. de Partu ſupp. n. 12. Verſ. Et cum eſſet Socin. Iun. conſ. 90. num. 3. Verſ. Et prætereа, lib. 2. Maſcard. d. concluſ. 1152. Receptiſſima, n. 10. Verſic. Veluti, ſi mulier, D. meus Præſ. Menoch. dicto libro quinto, præſumpt. Vigeſimo quarto, num. decimo ſexto, Verſic. Quarta eſt coniectura.*

Verum *D. meus Menoch. loco cit.* ab ea præſumptione
† recedit, dicit enim hanc coniecturam, etſi ſuſpicionẽ 23
quandam faciat, non tamen multum vrgere, cum receſſus ille contingere potuerit, vel mulieris imprudentia, vel leuitate, quo vitio earum multæ laborant.

Sed

24 Sed quæſo, quæ ea eſt † mulier, quæ nouerit ſe inde ad decendium, ſed nec ad diem parituram? Niſi prius dolores effingens receſſiſſet deinde imparata.

Vel forte prius quæſtio ſtatus iam ventri mota eſſet. Alias nimis ſuperſtitioſe ageretur profecto, ſi prægnans ab vrbe recedere non poſſet, & recedens ſecum obſtetrices conducere teneretur.

25 Quinta eſt coniectura † ſuppoſiti partus, quando cõſtat iam paulo ante natum fuiſſe ex alia puerum, & hunc traditum alicui magna familiaritate coniuncto illi mulieri, quæ ſe nunc peperiſſe dicit, *Boſſ. in d. tit. de Partu ſuppoſito, num. 16. verſ. Addo, quod non ſolum, Socin. Iun. dicto conſil. 90. poſt num. 3. verſ. Quod præterea inſuper, libr. 2. Maſcard. de probat. d. concluſ. 1152. num. 11. verſ. Si conſtat paulo ante, D. meus Præſ. Menoch. d. præſumpt. 24. num. 17. verſ. Quinta eſt coniectura, lib. 5.*

26 Sed certe, vt obſeruat *D. Menoch. loco cit.* plura requiruntur ad hoc, vt aliquid operetur hæc coniectura, quatuor enim ad minus requiruntur, quod mulier arguatur de ſuppoſito partu, quod paulo ante natus ſit puer, qui traducitur, quod alicui magna familiaritate coniuncto mulieri illi, quæ ſe nunc peperiſſe dicit, traditus fuerit nuper editus partus, & quod vere fuerit domum ementientis puerperæ delatus.

Addas duo, quod ſcilicet appareat traductum puerum
27 apud ementitam puerperam † permanſiſſe, vel affirmatiue, quia vere permanſerit, vel abnegatiue, quia non appareat, quod illuc traductus fuerit inde translatus alio. Præterea conſtare debet dum ea res ex coniecturis penditur conſtare debet inquam quænam pepererit, vel ſi in-
28 ter † expoſitos adducendus eligatur, debere conſtare de eo, qui adducendum, & exportandum dederit, nec enim pueri recenter nati, in viis ad libitum reperiri conſueuerunt, nec etiam arbitror natos eiuſmodi vili adeo, atque neglectæ curæ eſſe ſuis in Xenodochio præfectis, vt paſſim quæritantibus etiam ignotis, nullo adhibitio ſtudio, nulla inde retenta notula, ab iiſdem præfectis exhibeantur, quod mihi inſuper voluiſſe videtur *Boſſ. in tit.*

de Partu ſuppoſito, num. 16. Verſ. Vnus infans natus ex quadam Vrſina fuit ſtatim, &c.

Atque harum vnaquæque præſumptio † duobus ſaltem teſtibus, & legitimis, & legitime deponentibus probanda eſt, ita in puncto *Maſcard. d concl. 1162. num. 31. Ver. Tertio Velim,* vbi de * communi. Idem *in concl. 894. Iudicium quodlibet, per totum.* 29 *

Sexta eſt coniectura, quando teſtibus probatum eſſet, eo tempore, quo ſe prægnantem aſſerebat mulier, ab ea † pannos excidiſſe è ventris regione, *Dominus Menoch. loco cit. num 18. Verſ. Sexta eſt coniectura, Boſſ. d. tit. de Partu ſuppoſito, numer. 10. Verſ. Quod eo maxime dicendum eſt, Maſcard. de Probat d. concluſ. 1152 num. 15. Verſic. Eandem partus ſuppoſiti.* 30

Hanc † coniecturam dicit *D. Menoch. loco cit.* facile euitari poſſe, ſi mulier ipſa aſſerat, ſe tunc ventris dolore affectam, pannos ſuper impoſuiſſe. 31

Addo omnino obſeruandam pannorum † qualitatem, & quantitatem, & tẽporis ſtationem. Quid ſi ſubtilis decidat ex panno tutela? hyeme præſertim? Ex eo ſolo nõ arguetur certe falſus venter. 32

Septima eſt coniectura partus ſuppoſiti, ſi mulier poſt mortem mariti ſe nunquam pręgnantem eſſe dixerit poſt † longum temporis ſpatium *Socin. Iun. dicto conſil. 90. numer. 19. Verſ. Inprimis enim, lib. 2. Maſcard. in dicta concluſ. 1142 num. 17. Verſ. Amplius, & illa coniectura, D. Menoch. loco cit. num. 19. Verſ. Septima eſt coniectura.* 33

Hanc coniecturam dicit *D. Menoch. loco cit.* † leuem eſſe, quia ſint quædam mulieres, quæ falluntur, ne ſcire poſſint, an grauidæ ſint, & quia matris negligentia, cum præſertim requiſita non eſt, an prægnans ſit, puero nocere non debet. 34

Tu vide ea, quæ dixerim *ego de Act. in mort. artic. cap. de Poſth.* Adde, quod quæ † alias pepererint, conſueuerunt eiuſmodi negligere, quæ vero primo ſunt partu, dũ ſunt prægnantes, licet non negligant, erubeſcunt tamẽ. 35

Octaua eſt cõiectura, de qua, & *Soc. & Maſc. locis cit. & D. meus Præſes Menoch. d. li. 5. pſump. 24 n. 20. V. Octaua cõiectura*

quando

36 quando † nullus præſens fuit tempore, quo mulier ſe peperiſſe dixit.

37 Hanc coniecturam † debilem dicit *D. Menoch. loco cit.* Potuit enim eſſe, vt vel ob celeritatem partus, vel alia de re, mulieres habere non potuerit, quæ ſibi opem ferrent in puerperio.

Quod ego maxime verum arbitror, ſi non erat mota
38 quæſtio ſtatus, & enixa fuit mulier † nocturno tempore, omnes enim eo tempore ſe domi libentiſſime continent, ne in itinere in malum aliquid ſe præcipitent ipſos, aut ab aliis conſtructas ſentiant fraudes, vt *ſæpius* diximus.

39 Nona coniectura eſt, ſi partus genitorib non † aſſimiletur, quam tamen negligit *D. Menoch. loco cit. n. 21. Verſ. Nona eſt coniectura*, quam ** rectiorem eſſe ſententiam ſcripſit idem *D. meus de arbitr. Iud. caſu 89. Cum filiationis, num. 97. Verſ. Rectius contrariam*, ex eo, quod ſimili-
40 tudo eiuſmodi omnino ex mulieris † imaginatione conceptionis tempore pendeat, *D. Menoch. loco cit. Ruin. cõſ. 53. Et pluribus ſimul, num. 9. Ver. Quia ex hoc nõn probatur, Vol. 5. Pariſ. conſ. 10. Aduerſus, num. 18. Verſ. Nec ſimilitudo, Vol. 2.*

41 Adde † immiſcentes, & decidens ſemen varie variis temporibus affectum, & ſecundum qualitates primas, & ſecundum qualitates ſecundas, defectum materiæ, & virtutis ſeminariæ, excrementum, & eiuſmodi alia, quæ ego pluris facio, quam mulieris imaginationem, ex qua, ſi principaliter dependeret prolis forma, pulchri nimis procrearentur liberi, tanta eſt mulierum quarundam ambitio.

42 Decima eſt coniectura † Fama, quod partus fuerit ſuppoſitus *D. meus Præſ. Menoch. d. præſumpt. 24. num. 22. Verſic. Decima coniectura, Boſſ. de Partu ſuppoſito, numer. 20. Verſ. & ſufficit ſola fama, Socin. Iun. d. conſ. 90. num. 21. & num. 36. lib. 2. Maſcard. de probat. d. concl. 1152. n. 20. Verſ. Per famam etiam.*

43 Quod quomodo procedat, vide quæ † dixerimus *in cap. de Fama*, debet enim proceſſiſſe a fide dignis, & fama debet eſſe publica, alioquin, ſi ſit priuata, erit potius opi-

opinio † quædam, quam fama, *Capol. conſ. crim. 2, in cauſ- 44
ſa matrimoniali, num. 8. Verſic. Decima, & Vltima præſum-
ptio, Bartol conſil. 19. Viſo libello, ad fin. par. 2. in puncto
Grat. conſil. 94. Viſis facti ſpecie, num. 17. Verſic. Quarta
probatio Vol. 2.*

Adde, quod debet habuiſſe ortum ante † litem conte- 45
ſtatam, *Abb. in cap. licet ex quadam, colum. 2. de teſtibus,*
maxime ſi ſolum fundamentum famæ ſit in perſonis, à 46
quibus illud ſit † auditum, *Boſſ. de partu ſuppoſito, num.
21. Verſ. Reſpondetur tamen.*

Vndecima eſt matris † confeſſio, *Socin. Iun. d. conſ. 90.* 47
*numer. 4. Vol. 2. Boſſ. de Partu ſuppoſito numer. 22. Verſ. V-
num eſt, D. meus Præſ. Menoch. dicta præſumpt. 24. libr. 5.
numer. 23. Verſic. Vndecima eſt coniectura. Maſcard. dict.
concluſ. 1152. numer 21. Verſic. Huc accedit*; maxime in † ar- 48
ticulo mortis *Maſcard. loco cit.*

Hoc reiicit *D. Menoch. loco cit.* quando filius eſſet iam
in † quaſi poſſeſſione filiationis, pro quo faciunt ea et- 49
iam, quæ in indiuiduo ſcripſit *Io. Bonifacius in tract. de
Furtis §. corporalis, num. 46. Verſic. Cum filiis infantibus.*
Adde, quod in præiudicium † tertii non creditur etiam 50
conſtituto in mortis articulo, *Idem D. meus Præſ. Menoch.
conſil. 39. Noua excitatur dubitatio, nnmer. 71. Verſic. Non
obſtat ſeptimum, Vol. 1.* maxime, vbi per quaſi poſſeſſio-
nem iam † quæſitum ius dici poteſt, *Alciat. de præſumpt.* 51
*reg. 3. præſumpt. 4. numer. 8. Verſic. Aduerte tamen, ex
Bart. in l. ſi quis moriens, §. 1. ff. ad Sillan.* vbi de * com- *
muni, *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt.
4. numer. 17. Verſic. Declarando primo, & ego de Act. in
mort. articul. cap. 50. numer. 6. Verſic. Euaneſcit tamen
primo.*

Duodecima eſt coniectura, quam ego addo, quam
deſumo ex *text. in l. 1. §. tria lumina. ff. de Ventre inſpi-
ciend.* quando ſcilicet † nocturnum eſt tempus, nec tria 52
adhibentur lumina, oritur enim præſumptio legis, quod
ſit partus ſuppoſitus.

Quod ego verum intelligo, quando tempore partus
iam erat mota ventri † quæſtio ſtatus, vt ibi manifeſte ex 53

tex. colligitur, quæ quidem quæſtio, vel erat mota per ſe
54 ex parte rei, vt quia eſſet † quinquagenaria, & de maximo tertii præiudicio agebatur, vel alias ſterilis, declarando, vt declarauimus ſupra; vel ab aliis, puta a marito, vel quibuſcunque aliis.

Diluitur autem, ſeu maxime extenuatur coniectura partus ſuppoſiti ex pluribus, atque inter alia, quando quis
55 † diu perſeuerauerit in quaſi poſſeſſione filiationis, *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. d. lib. 5. præſumpt. 24. nu. 25. Verſ. Quinto diluitur.* Maxime ſi poſt mortem patris ab ali-
56 quo † particulari tractatus fuerit tanquam filius defuncti, etenim multo magis ex eo conſtituitur filius in quaſi poſſeſſione filiationis contra tractantem, *Angel. in l. librorum, in princ. ff de his, qui notant. infam. Card. Palaeotus de Not. & Spur. cap. 22. in fin. D. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. caſu 89. Cum filiationis probatio, num. 72. Verſ. Extenditur ſecundo, Alex. conſ. 25. num. 12. Vol. 4. Maſcard. de probat. concluſ. 789. Alia ſolet num. 11. Verſ. Intellige, Vt eo Vſq;.*

Quæ quidem quaſi poſſeſſio filiationis non ſolũ procedit in filiis legitimis, & naturalibus, quos iuſtos appel-
57 lant, ſed etiam in illegitimis, & † ſpuriis, *Alex. ad Bart. in l. 1. §. ad quæſtionem. ff de quæſtionib. Pariſ. conſ. 10. Aduerſus D. Bartholomæum, num. 35. Verſ. Volentes quaſi poſſeſſio-*
58 *nem, Vol. 2.* & hoc eſſe de iure * verius dicit *Roland a Valle conſi. 22. Viſo teſtamento, num. 30. Verſ. Pariter non obſtat, Vol. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 787. Vidimus aſſerentem, num. 15. Verſ. Secundo amplia, Gozadin. conſil. 13. In hac cauſſa, num. 55. Verſic. Ad decimum quartum, per text. in l. filium cum diffinimus ff. de his, qui ſunt ſui, Vel alieni iuris,*
59 *Buſat. conſi. 88. & 89* de magis ** communi *Maſcard. loco cit.* atque his in locis plures alii allegantur.

CAPVT CLXIII.

De Symbolis.

ARGVMENTVM.

Luminis, & Noctis, ac tenebrarũ ſymbola.

Quid

Quid ſit ſymbolū hac attēta acceptione.

Svmmaria.

1 *Symbolum eſt nota arcanioris myſterij ſignificatiua.*
2 *Ciconia eſt ſymbolum pietatis.*
3 *Papauer eſt ſymbolum fertilitatis.*
Cicada eſt ſymbolum nobilitatis, ibid.
4 *Candor eſt ſymbolum ſapientiæ.*
5 *Symbolorum plurium ſignificationes remiſſiue.*
6 *Lumen ſymbolum eſt iuſtitiæ, & fidei.*
7 *Nox eſt ſymbolum iniquitatis, & infidelitatis.*

SYmbolum dum varias habet ſignificationes, illam quoque admittit, quæ ad rem noſtram attinet, vt dicatur nota † arcanioris cuiuſpiam myſterii ſignificatiua, 1
ſic † Ciconia dicitur ſymbolum pietatis; Papauer † ferti- 2
litatis, Cicada eſt ſymbolum nobilitatis, Candor autem 3
† ſymbolum ſapientiæ. Quid plura? Vide doctiſſime, & 4
latiſſime ex profeſſo diſſerentem *D. Henricum Farneſium in ſuo † ſimulachro Reipublicæ, per totum.* 5

Sed & nox occultum aliquid, & reconditum ſignificat, quemadmodum enim † lumen eſt iuſtitiæ, & fidei, ſic 6
nox, & tenebræ ſymbolum † iniquitatis, infidelitatis, & 7
ignorantiæ, ita *Io. Boniſacius in tit. de Furtis §. inuito domino, n. 25. Verſ. Quemadmodum autem,*

CAPVT CLXIV.

De Laruis, & Habitu Ementito.

Argvmentvm.

Tumultuaria quædam de Laruis, & Ha-

 bitu

bitu ementito ratione nocturni temporis.

SVMMARIA.

1 *Laruæ pertinent ad faciem.*
2 *Laruarum aduerſus vſum plura, remiſſiue.*
3 *Laruata mulier noctu cum iuuenibus incedens malam auget opinionem.*
4 *Niſi forte aliud ſuaderet inueterata conſuetudo, numero 4.*
5 *Laruatus nocturno tempore eſt ſuſpectus de commiſſo delicto.*
6 *Meretrix nocturno tempore habitu virili induta, quam pœnam incurrit Apuliæ.*
7 *Mulier fœmineum ſexum negligens in habitu cui ſubiiciatur pœnæ ex ſacris Canonibus.*
8 *Habitum alienum ementiens nocturno tempore, auget delicti commiſſi ſuſpicionem.*

NON quodlibet ementiti habitus mendacium Laruam eſſe voluit *Bartol. Bertaz. conſil. criminal. 108. concurro in ſententiam, numer. 3. verſic. Secundo certum*
1 *eſt, volum. 1.* Sed Laruas voluit ad † faciem duntaxat pertinere, ita vt Laruatus dicatur ille, qui faciem adeo coopertam habet, vt dignoſci non poſſit, quod & videtur innuere Mantua *in ſuo Dialogiſmo claſſ. 2. cap. 45. Scholari, num. 76. verſ. Laruæ deinde.*
2 Aduerſus autem † Laruarum vſum multa ſcribit *Tholoſan. in ſyntag. Iur. vniuerſ. par. 3. lib. 39. cap. 11. in tit. de Laruis, & perſonatis, per totum. Io. Boniſ. in tract. de Furtis §. Eſt, numer. 53. verſic. Ab ipſis veſtibus. Quibus addo ego Rimin. Iun. conſil. 260. numer. 41. & conſil. 274. per totum,* de quo *Baiard. ad Clar. in §. adulterium, numer. 38. verſ. Et de præſumptionibus,* volentem, quod pernoctans
3 mulier, ſi † laruata cum iuuenibus incedat, ea de re potentius probetur adulterium, niſi forte aliud ſuaderet inue-

† inueterata conſuetudo, vt voluit *Claud.Bertaz.ad conſil. patris ſui, conſ.311. Domina Camilla, ſub num.2. Vol.2.* de quo vide quæ ſcripſerim ego ſuperius *in cap.de Adulterio, n 50.51. & 52.* Sed, & quod pertinet ad nocturnũ tempus, dicit contra † Laruatum nocturno tempore delicti indicium inſurgere *Boniſ. loco cit.n.53.* quod verum intelligo, niſi aliud ſuadeat ratio temporis; quid enim ſi quis noctu etiam Bacchationum tempore laruatus incedat? Niſi dicas, in viis laruis vti non licere, & ita vidi * obſeruari Mediolani. 4 5 *

De Habitu autem ementito ſcribit *Franciſcus Viuius deciſion.345. Habitus.num.10.Verſ.Imo quandam, lib.2.* ſcribit inquam † meretricem quandam nocturno tempore repertam in Ciuitate Luceriæ hominis habitu indutam à Regia Audientia * Apuliæ fuſtigari iuſſam exulaſſe. 6 *

Sacri autem Canones mulieri † virilem habitum ementienti eam conſtituunt pœnam in *cap.ſi qua mulier el 2.30.diſtinct.* inquit text. ſuo propoſito vtile iudicans, vt virili veſte vtatur, propter hoc virilem habitum imitetur, anathema ſit. 7

Hominem vero nocturno tempore habitu † alieno vtentem, commiſſi delicti in maximam incedere præſumptionem ſcripſit *Io.de Bonifaciis in dicto tract.de Furtis §. Eſt, num.53.Verſ.Ab ipſis.* 8

CAPVT CLXVI.

De Lamiis.

ARGVMENTVM.

Lamias multiplici nomine nuncupatas; noctu vagantes, in aues nocturno tẽpore volitãtes ex Poetarũ fabulis cõuerſas.

SVMMARIA.

1 Lamiarum Varia nomina.
2 Lamia qua.

3 *Lamias Viperis quibuſdam aſſimilat Author.*
4 *Viperæ quædam dum immiſcentur, maſculorum caput præcidunt.*
5 *Lamiæ noctu vagantur.*
6 *Veneficas in aues conuerſas noctu volitantes fabulatur Ouidius.*

1 LAmias, quas alii † Laruas, alii Lemures, alii Empu-
ſas, alii Mormolycias, alii Manias, alii Striges, alii
Sagas promiſcue appellant, & indiſtinctè, eſſe nocentes
2 quaſdam † mulieres, quæ in amorem, & Venerem pro-
cliues, humanas carnes vehementer expetunt, Venereo-
rumque Cupidine multos alliciunt pulcherrimæ, quos
mox deglutiant, ſcripſit *Cælius Rhodiginus libr. 3. Lectio-
num antiquarum. lib. 29. cap. 5. Serpentem foues, ad fin. Pe-
trus Greg. Thol. par. 3. Synt. Iuris vniuerſ. lib 34. in titul de
Lamiis. ca. 20. Dicuntur mira, num. 28. verſ. Sed illud non
3 latet.* Sed quid ſi ego † Serpentibus viperiſve quibuſdam
mulieres haſce aſſimilarim? venit in mentem, quod olim
4 legi, adeſſe † viperas quaſdam, ac ſerpentes ex tota ſpecie
poſthumos, quorum dum parentes amplexantur, & im-
miſcentur, fœmina maris caput dentibus præcidit, ac de-
uorat, Quod & videtur animaduertiſſe *Rhodigin. loco cit.*
dum recenſet Philoſophum quendam Menippum Liciũ
pulcherrimum adoleſcentem Lamiam ſuccubam haben-
tem, quam formoſiſſimam credebat mulierem his verbis
inſectantem. ὄφιν θάλπεις καὶ σὲ ὄφις. Id eſt Serpentem con-
foues, & is te, vide eos.

5 Has autem † noctu vagari, & bacchari dixit Syluеſter
in ſua ſumma, in verbo Hæreſis el 1. quia, qui male agit, o-
dit lucem, *ca. conſuluit. de off. deleg. gl. in cap. vnico, in ver-
bo Occulta, vt Eccl. Benef. Crauett. conſ. 35. Ex plurib. num. 11.
verſ. 5. præſumitur, Mantua in ſuo Dialogiſmo, claſſ. 16. capit.
29. Mirabilis, num. 3. verſ. Multum ſane* quod & voluit Ho-
ratius in *Epiſtolis,*

Somnia terrores magicos miracula, ſagas,
Nocturnos; Lemures.

Et Ouidius, dum de anu venefica agit.

Hanc

Hanc ego nocturnas viuam volitare per vmbras
Suſpicor, & pluma corpus anile tegi.

Idem ſenſit idem *Ouid. alibi*, dum fabulatur veneficas in † aues quaſdam conuerſas, quas Striges vocat noctu volitantes. 6

Sunt auidæ volucres, non quæ Phineia menſis
Guttura fraudabant, ſed genus inde trahunt
Grande caput, ſtantes oculi, roſtra apta rapinæ,
Canities pennis, vnguibus hamus ineſt.
Nocte volant, &c.

Et paulo inferius.

Eſt illis Strigibus nomen, ſed nominis huius
Cauſſa, quod horrenda ſtridere nocte ſolent.

Idem omnino voluit *Tholoſ. d. par. 3. Syntag. Iur. vniuerſ. lib 34. cap. 20. à num. 2. verſ. Dicunt ſe certis, Io. Franciſcus Pinzinibus Placentinus*, qui reſpectu nocturni tēporis non diſſentit, in *tract. de Lamiis, num. 49. verſ. Quia poſtquam.*

CAPVT CLXVI.

De Morbo incubo.

ARGVMENTVM.

Morbus incubus, nocturnus morbus, quis. Eiuſdem cauſſæ, Vulgi nuncupatio.

SVMMARIA.

1 *Incuborum, & ſuccuborum plura, remiſſiue.*
2 *Morbus incubus quis.*
3 *Morbi incubi cauſſæ.*
4 *Morbus incubus quibuſdam Lancor appellatur,*

1 DE Incubis,& ſuccubis † plura nouiſſime Petrus Gregor. Tholoſanus, *par. 3. ſyntag. Iur. Vniuerſ. lib. 34. cap.20. in tit. de Lamiis,* præcipue *num. 24. Verſic. Scimus in confeſſo eſſe. Vide eum.* Eſt autem inter pleroſque mor-
2 bos, & morbos † incubos dictus, malum quoddam, quo dormientes nocturno potiſſimum tempore correpti, ſe ab aliquo pondere opprimi, & ſuffocari imaginantur. Ex
3 † craſſo is conſtruitur, frigidoque vapore ventriculos crebri replente, & prohibente ſpiritus animales per ner-
4 uos ferri. Morbus eiuſmodi à quibuſdam appellatur † Lãcor. Non plura quæſo de Morbis.

CAPVT CLXVII.

De verborum ſignificationibus.

ARGVMENTVM.

Nominum, & verborum ad nocturnum tempus ſpectãtium, tum multiplex acceptio, tum eorundem ſignificatio.

SVMMARIA.

1 *Veſpertiliones qui.*
2 *Veſpertiliones dicuntur etiam debitores decocti.*
3 *Veſpertiliones dicuntur etiam ii, qui interdiu exiliter vident.*
4 *Viſpellio eſt cadauerum nudator.*
5 *Veſpertiliones dicuntur etiam illi, qui fraudulentos mores habent.*
6 *Nyctalops veſpertilioni contrarius.*
7 *Nyctilops herbæ genus.*
8 *Nyctimene eſt Noctua.*
9 *Nycticorax dicitur coruus nocturnus.*
10 *Noctiſuga quis.*
11 *Luciſuga dicitur de debitoribus.*
12 *Noctiluca quid.*
13 *Noctipuga quæ.*
14 *Noctifer eſt epithetum ſtellæ veſpertinæ.*

15 Lu-

15 *Lucifer portans lucem idem in ſubſtantia cum Heſpero.*
16 *Heſperi nomina plura.*
17 *Pernox quis dicatur.*
18 *Socrates dictus fuit pernox, & quare.*
19 *Luna quando dicatur pernox.*
20 *Noctes Atticæ A. Gellii cur ſic dictæ.*
21 *Noctiuagus prædicatur de Luna, & Faunis.*
22 *Nocticolor id eſt niger.*
23 *Aurora rubens dicta pudori color ab aliquibus.*
24 *Ceruicalia ſunt, quibus nocturno tegimur tempore.*
25 *Nocteſcere eſt obtenebrari.*
Reprehendit dicendi genus Ceſellius, num. 26.
Sed idem tutatur Gellius, num. 27.
28 *Veſperaſcere eſt obtenebrari.*
29 *Pernoctare eſt totam noctem inſomnem ducere.*
30 *Dictio, Per, denotat perfectionem.*
31 *Abnoctare quid ſit.*

PRoperantes læti ad finem ſuſceptæ prouinciæ, quæ maxima fuit D. O.M. clementia, aliquid, & proœmiemur de ſignificatione verborum illorum, quæ ad nocturnas horas ſpectare videntur.

Veſpertiliones † à Veſpere dicti ſunt, aues, de quibus in 1
cap. de Auibus. Sed & inde deſumpta ſimilitudine, quia eiuſmodi animalia lucem effugiunt nocturnis tantum horis euolantes, debitores † decocti nimium creditores ſuos 2
pertimeſcentes, Veſpertiliones dicti fuere, eo quod interdiu non appareant, *Io. Boniſ. in tract. de Furtis. in §. Furtũ, num. 74. Verſi. Iſti obærati.* Dicuntur etiam Veſpertiliones omnes homines illi, qui interdiu † exiliter vident, *Boniſ.* 3
loco cit. & eſt *text. in l. ſi ita quis ff. de euict.* Si ita quis ſtipulanti ſpondeat, Sanum eſſe, Furem non eſſe Veſpertilionẽ non eſſe, & cæt. Sed certe in meo codice legitur † Viſpellionem nõ eſſe, id eſt, Cadauerum nudatorem, vt *ibi* explicat *Ant. Contius*, ſeu ſepulchrorum violatorem, vt explicat *gl. in l. qui decem §. qui hominem. in Verb. Veſpertilionem, ff. ſolut.* Sunt etiam † Veſpertiliones, qui fraudulẽtes mores habent, aliud dicẽtes ore exterius, aliud interius corde ſimulantes. *Boniſ. loco cit.* eſt enim Veſpertiilo incertæ 4 5

36 quando † nullus præſens fuit tempore, quo mulier ſe peperiſſe dixit.

37 Hanc coniecturam † debilem dicit *D. Menoch. loco cit.* Potuit enim eſſe, vt vel ob celeritatem partus, vel alia de re, mulieres habere non potuerit, quæ ſibi opem ferrent in puerperio.

Quod ego maxime verum arbitror, ſi non erat mota
38 quæſtio ſtatus, & enixa fuit mulier † nocturno tempore, omnes enim eo tempore ſe domi libentiſſime continent, ne in itinere in malum aliquid ſe præcipitent ipſos, aut ab aliis conſtructas ſentiant fraudes, vt *ſæpius* diximus.

39 Nona coniectura eſt, ſi partus genitorib non † aſſimiletur, quam tamen negligit *D. Menoch. loco cit. n.* 21. *Verſ.*
* *Nona eſt coniectura*, quam ** rectiorem eſſe ſententiam ſcripſit idem *D. meus de arbitr. Iud. caſu* 89. *Cum filiationis, num. 97. Verſ. Rectius contrariam*, ex eo, quod ſimili-
40 tudo eiuſmodi omnino ex mulieris † imaginatione conceptionis tempore pendeat, *D. Menoch. loco cit. Ruin. cõſ.* 53. *Et pluribus ſimul, num. 9. Ver. Quia ex hoc nõn probatur, Vol. 5. Pariſ. conſ.* 10. *Aduerſus, num.* 18. *Verſ. Nec ſimilitudo, Vol.* 2.

41 Adde † immiſcentes, & decidens ſemen varie variis temporibus affectum, & ſecundum qualitates primas, & ſecundum qualitates ſecundas, defectum materiæ, & virtutis ſeminariæ, excrementum, & eiuſmodi alia, quæ ego pluris facio, quam mulieris imaginationem, ex qua, ſi principaliter dependeret prolis forma, pulchri nimis procrearentur liberi, tanta eſt mulierum quarundam ambitio.

42 Decima eſt coniectura † Fama, quod partus fuerit ſuppoſitus *D. meus Præſ. Menoch. d. præſumpt.* 24. *num.* 22. *Verſic. Decima coniectura, Boſſ. de Partu ſuppoſito, numer.* 20. *Verſ. & ſufficit ſola fama, Socin. Iun. d. conſ. 90. num. 21. & num. 36. lib. 2. Maſcard. de probat. d. concl. 1152. n. 20. Verſ. Per famam etiam.*

43 Quod quomodo procedat, vide quæ † dixerimus *in cap. de Fama*, debet enim proceſſiſſe à fide dignis, & fama debet eſſe publica, alioquin, ſi ſit priuata, erit potius opi-

opinio † quædam, quam fama, *Capol. conſ.crim.2, in cauſ-* 44
*ſa matrimoniali, num.*8.*Verſic. Decima, & Vltima præſum-*
ptio, Bartol conſil.19. Viſo libello, ad fin. par. 2. in puncto
Grat. conſil. 94. Viſis facti ſpecie, num. 17. Verſic. Quarta
probatio Vol.2.

Adde, quod debet habuiſſe ortum ante † litem conte- 45
ſtatam, *Abb. in cap. licet ex quadam, colum.*2. *de teſtibus,*
maxime ſi ſolum fundamentum famæ ſit in perſonis, à 46
quibus illud ſit † auditum, *Boſſ. de partu ſuppoſito, num.*
21. Verſ. Reſpondetur tamen.

Vndecima eſt matris † confeſſio, *Socin. Iun. d. conſ.90.* 47
numer.4. Vol.2. Boſſ. de Partu ſuppoſito numer.22. Verſ. V-
num eſt, D. meus Præſ. Menoch. dicta præſumpt. 24. libr. 5.
numer.23. Verſic. Vndecima eſt coniectura. Maſcard. dict.
*concluſ.*1152.*numer 21. Verſic. Huc accedit*; maxime in † ar- 48
ticulo mortis *Maſcard. loco cit.*

Hoc reiicit *D. Menoch. loco cit.* quando filius eſſet iam 49
in † quaſi poſſeſſione filiationis, pro quo faciunt ea et-
iam, quæ in indiuiduo ſcripſit *Io. Bonifacius in tract.* de
*Furtis §. corporalis, num.*46. *Verſic. Cum filiis infantibus.*
Adde, quod in præiudicium † tertii non creditur etiam 50
conſtituto in mortis articulo, *Idem D meus Præſ. Menoch.*
conſil. 39. Nona excitatur dubitatio, nnmer. 71. Verſic. Non
obſtat ſeptimum, Vol.1. maxime, vbi per quaſi poſſeſſio-
nem iam † quæſitum ius dici poteſt, *Alciat. de præſumpt.* 51
reg. 3. præſumpt. 4. *numer.* 8. *Verſic. Aduerte tamen, ex*
Bart. in l. ſi quis moriens, §. 1. ff. ad Sillan. vbi de * com- *
muni, *D. meus Præſ. Menoch. de præſumpt. lib. 5. præſumpt.*
*4. numer.*17. *Verſic. Declarando primo, & ego de Act. in*
mort. articul. cap. 50. numer.6. Verſic. Euaneſcit tamen
primo.

Duodecima eſt coniectura, quam ego addo, quam
deſumo ex *text. in l.* 1. §. *tria lumina. ff.* de *Ventre inſpi-*
ciend. quando ſcilicet † nocturnum eſt tempus, nec tria 52
adhibentur lumina, oritur enim præſumptio legis, quod
ſit partus ſuppoſitus.

Quod ego verum intelligo, quando tempore partus
iam erat mota ventri † quæſtio ſtatus, vt ibi manifeſte ex 53

Quid ſit ſymbolũ hac attẽta acceptione.

SVMMARIA.

1 *Symbolum eſt nota arcanioris myſterij ſignificatiua.*
2 *Ciconia eſt ſymbolum pietatis.*
3 *Papauer eſt ſymbolum fertilitatis.*
Cicada eſt ſymbolum nobilitatis, ibid.
4 *Candor eſt ſymbolum ſapientiæ.*
5 *Symbolorum plurium ſignificationes remiſſiue.*
6 *Lumen ſymbolum eſt iuſtitiæ, & fidei.*
7 *Nox eſt ſymbolum iniquitatis, & infidelitatis.*

SYmbolum dum varias habet ſignificationes, illam quoque admittit, quæ ad rem noſtram attinet, vt dicatur nota † arcanioris cuiuſpiam myſterii ſignificatiua, 1
ſic † Ciconia dicitur ſymbolum pietatis; Papauer † ferti- 2
litatis, Cicada eſt ſymbolum nobilitatis, Candor autem 3
† ſymbolum ſapientiæ. Quid plura? Vide doctiſſime, & 4
latiſſime ex profeſſo diſſerentem *D. Henricum Farneſium in ſuo † ſimulachro Reipublicæ, per totum.* 5

Sed & nox occultum aliquid, & reconditum ſignificat, quemadmodum enim † lumen eſt iuſtitiæ, & fidei, ſic 6
nox, & tenebræ ſymbolum † iniquitatis, infidelitatis, & 7
ignorantiæ, ita *Io. Boniſacius in tit. de Furtis §. inuito domino, n. 25. Verſ. Quemadmodum autem,*

CAPVT CLXIV.

De Laruis, & Habitu Ementito.

ARGVMENTVM.

Tumultuaria quædam de Laruis, & Ha-

 bitu

bitu ementito ratione nocturni temporis.

SVMMARIA.

1 *Laruæ pertinent ad faciem.*
2 *Laruarum aduerſus vſum plura, remiſſiue.*
3 *Laruata mulier noctu cum iuuenibus incedens malam auget opinionem.*
4 *Niſi forte aliud ſuaderet inueterata conſuetudo, numero 4.*
5 *Laruatus nocturno tempore eſt ſuſpectus de commiſſo delicto.*
6 *Meretrix nocturno tempore habitu virili induta, quam pœnam incurrit Apuliæ.*
7 *Mulier fæmineum ſexum negligens in habitu cui ſubiiciatur pœna ex ſacris Canonibus.*
8 *Habitum alienum ementinens nocturno tempore, auget delicti commiſſi ſuſpicionem.*

NON quodlibet ementiti habitus mendacium Laruam eſſe voluit *Bartol. Bertaz. conſil. criminal. 108. concurro in ſententiam, numer. 3. verſic. Secundo certum*
